Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

De asse et partibus eius libri quinq[ue];

https://hdl.handle.net/1874/421424

DE ASSE ET

partibus eius Libri quinq;, Gulielmo Budęo Parisiensi, a Secretis Regis Francię, auctore.

πολλὰ μαμᾶσθαι ῥᾴων ἔστι μιμᾶσθαι,

Multa cauillari promptius est q̄ æmulari.



Venũdãtur in ædibus Ascẽsianis. Nuper recogniti & ãpliores facti.

GVLIELMVS BVDÆVS
PARISIENSIS, REGIVS SECRETARIVS, AD OPTIMVM QVEMQVE ET CANDIDISSIMVM VIRVM LITERARVM ET PHILOSOPHIAE STVDIOSVM, PRAEFATIO IN LIBROS DE ASSE ET PARTIBVS EIVS.

NATVRA COMparatum esse videmus, vt qui aliquid efficere se posse cõfidant, ii ad id aggrediendũ, auspicandũ, absoluendũ, toto (vt dicitur) pectore, totaq; cogitatione incumbant. Idq; nihilo secius etsi absq; rei familiaris detrimento, aut valetudinis incõmodo facere nõ posse intelligãt, nedũ si nullum inde dignũ operępreciũ expectent. tanta vis est naturę ad ea impellentis ad quæ nos aptos fecit. Quũ autẽ humanis animis nihil magis intelligentia ingenitũ sit, quę parens est ipsa omnis inuẽtionis: fit eiusdẽ naturę instinctu, vt q̃ quisq; ingenio maxime pręstat, tã is ad cõminiscendũ semper aliquid maxime intẽtus sit & pronus. Qđ vidẽs (vt arbitror) Homerus ingeniorũ vertex, homines alphestas interdũ appellauit: quasi indagatores & inueniendi vi prędítos. Interdũ id vocabulũ pro hominibus vsurpauit, quasi scilicet hoc hominis maxime propriũ esse existimaret, indagare & inuenire. Inde artium omniũ cõsumatio, quas Varro intra mille annos repertas & absolutas fuisse tradit, cũ varias scilicet vsus meditando excuderet artes, vt inquit Homerus alter. Verũenimuero res multę pręclaræ ab antiquis vel inuẽtę, vel vsurpatæ, & in eorũ vsu positæ, ita vel æui situ squalidæ, vel incuria temporum neglectæ, vel rerũ inclinationibus diu desitæ fuerunt, vt iterũ inueniendas in vsum suũ easdem posteritas habuerit. Quare virorũ acrium doctorumq; diligentia tantũ vna & altera ætate effectũ est cõmentando, vt antiquitas propemodũ interpollata in vsum linguę Latinæ ad nos peruenisse videat. Quũ igitur ad ea quę restabant inuestiganda, ita animatos æquales ætatis nostrę studiosos animaduerterẽ, vt certatim vnusquisq; in cõmune negociũ nauare operã contenderet, quasi e medio desumere sibi glorię argumẽtum: ausus sum & ipse cum ad hæc studia, nec parum nec leuiter incubuissem, quę cõminiscí potuerã in mediũ afferre: si forte ipsa quoq; placere, & adiuuare laborem inquirentiũ possent. Itaq; Annotationes primũ in Pandectas edidi. in quibus non pauca contra receptã in vulgus hominũ opinionem, & multarũ ætatũ sententia præiudicatam, in iudiciũ deduxi: nonnulla etiã fortasse ne inter doctos quidem satis animaduersa. Qua in re vtinam mihi


Homines alphestæ.

Annotationes.

non obfuerit q; tumultuoſius q̃ decebat in medium attuli, quæ tumultuarie collegeram: ita enim incõſulto feruore me intuli in publicum, vt facilius culpam deprecari q̃ nũc inficiari aut excuſare poſſim: auſus ipſe Mineruam (vt aiunt) Athenis violare, id eſt Accurſii auctoritatem inter iuriſperitiſſimos obtrectare, quæ ſumma & optima pars eſt noſtrorum magiſtratuum. Nunc alteram lucubrationem grandioris inceptí operoſioriſq; profero: non in vnum genus illam quidem editam, aut diſciplinarũ, aut artiũ: ſed in vniuerſum pertinentem ad antiquitatis interpretationem, & per omne prope genus auctorum probiorum vtraq; lingua patentem. Quin & illud intereſt, q; in illa commentatione cum ignorantię alumnis res mihi tãtum fuit, quibus fere veritas retrorſum longius repetita perſuaderi vix poteſt. Docti autem viri nullum mihi negocium faceſſere videbantur, qui vel ipſi veritatem ſuapte intelligentia deprehendere ſolent, vel dociles ad optimam quanq; doctrinam ſe præbere non grauantur. At vero huius ea ratio eſt & conditio, miníme quidem ipſa popularis: vt quas res in iudicium affero, iis de rebus cenſuiſſe recte non niſi ſolus & vnus poſſim. Quo fit vt ſi in ſumma forte operis (o pręcipitem ſcribendi ſortem non modo ancipitem) hallucinatus eſſe videar, omnium ſcriptorum recentiorum præiudiciis, & præcipue doctiſſimi cuiuſq; damnatum me iri neceſſe ſit. Huius anxietatis vnũ id demũ ſolatium habeo, q; ſi ſecundũ me (vt ſpero) doctorũ qui nunc ſunt ſuperſtites conſenſus pronunciarit, in huius certaminis palma nullam ſibi partem fortuna vendicabit, nullam inde frondem hominũ quiſq̃ præcerpturus eſt. Nam cum res attuli non forte fortuna repertas, vt legendo fit interdum, ſed omnibus veſtigiis indagatas, iiſq; partim exoletis, partim perplexe inuolutis: tum vero ita res nata tulit, vt enarratorum lites nullas vertere in meam rem potuerim, quũ eodem errore (niſi fallor) concordes ad vnum offenderim. ſic fit vt nec repoſitum cibum nec frigidũ attulerim, nec qui faſtidium mouere ſtomachis a copia lectionũ redundantibus poſſit. Primus enim (vt reor) inſtaurandam hanc partem vetuſtatis ſuſcepi, ab aliis illam quidem neglectam, ſed vel hactenus conclamatam, vel prævaricatione tranſmiſſam. Addidi etiam vocabula non e promptuaria penu ſumpta, quum ipſum per ſe operis argumentum ſuopte guſtu poſſet ad ſtomachos acriores facere, nulla etiam ſermonis iucunditate condítum. Titulum operis eum elegi qui rem tractandam implere recte intelligentibus poſſet, nec tamen profiteri Archimedeum quoddam inuentũ vi- Titulus opis argumentũ.
deretur, aut auidã ſpem legentium immani pollicitatione fruſtrari. Nam neq; eiuſmodi librum condidiſſe glorior, qui in arce Mineruæ ſtatim cõſecrandus ſit: nec rurſus cuiuſlibet induſtrię eſſe cẽſeo pondera & menſuras priſcorum, nomiſmatis Gręci Latiniq; ratione ęſtimationẽq;, ſimul numerandi colligẽdiq; modũ hoc tempore explicaſſe, ac priſcam mundi opulentiã ad nummũ perpẽdiſſe. Id quod niſi effeciſſe videbor, propoſiti compos non ero. Mercimonii vero expoſiti explicatio docebit (vt eſt in ſermone hominũ) quid inſtitor rerũ nouarum viſendũ attulerit. Neq; vero vitio mihi vertetur (vt arbitror) q; adhuc vnus inuẽtus ſim qui res denſiſſimo ſitu ve

tuſtatis obductas refricare nunc auderem, reiq; comploratæ & ab aliis ab iectæ explicationem ab longioribus ſeculis repetere,q̃ vt eorum nũc redire ſcientia poſtliminio poſſet,pręſertim accedentibus tot memorię noſtræ ſuperioris q; præiudiciis.Non ſum enim neſcius quoſdã de opere tantũ fama cognito,nec adhuc abſoluto ſententiam eam tuliſſe ,prope vt bidental mouiſſe a quibuſdam exiſtimarer,qui tanto interuallo hunc lapidem molirer ab omnibus intactum, aut certe inconcuſſum. Hoc autẽ ea de cauſa libentius ſuſcepi, vt æqualium poſterorumq; ſtudia noſtrorum præcipue,ad parem aut maiorem contentionem excitarem,& in eandem cauſam mecum q̃plurimi incumberent.ſimul ocioſæ huius vitæ rationem,quam libens amplexatus ſum occaſionẽ præbente temporis conditione,cõſtare mihi apud patriam meam volebam. Cuius rei indiciũ hoc eſſe volo q; nemini vni hũc librum,ſed genio Franciæ patriæq; dicare conſtitui.Nullum enim amplius præmium laboris prope ſeſquiannui exoptaui, q̃ vt gratiam vniuerſim a Francis & ſubinde a Pariẽſibus municipibus meis inirem.Dolebam etiam vehementer eam opinionem temere inualuiſſe,, quaſi ingenia gallica a quinquatribus Mineruæ interdicto naturæ ſummouerentur. Qua de re in opere ipſo quid ſentirem explicui,neſcio q̃ appoſite. Itaq; ſub nomine iam dicto librum auſpicate proditurum cenſui,vt vel Genio vel Mineruæ Franciæ quaſi q; in æde honoris publici dicatus eſſe videatur. Nunc viros doctos huius certaminis iudices,qui de captu noſtro ſcriptis aliis cognito, coniecturã facturi ſunt in huius operis ſummã, exorandos habeo,vt Areopagitarum more rem magis iudicandam q̃ reum animaduertant.librũ primus perlegant,relegantq;,argumenta probationesq; expendant,ita quod viſum fuerit ad extremum pronuncient.Et quando ita neceſſe eſt , vt ex oratione noſtra æſtimatio noſtri fiat,quum libris in publicum editis calculũ ipſe iudicibus iam porrexerim monitos eos velim vt ſpecimen iudicii non a muſteo adhuc ſtilo noſtro tyrociniiq; feruore exultanti, ſed ab auſteriore ſumant,aut qui iam intepuiſſe & conſediſſe videatur:non aliter atq; ſi de vino iudicium faciendum habeãt,de amphora potius aut certe de dolio q̃ de lacu ſumi par ſit.Poſtremo autem hoc libens ab omnibus lectoribus arbitris & ipſis operis poſtularim,vt cum mihi leuiores culpas condonarint, cui Ariſtarcho nullo vti licuit:ſicubi obſcuriores fuimus, q̃ vt abs quolibet lectore plane aut facile intelligamur, (vt certe interdum de induſtria fuimus,quoniam ita referre aut noſtra aut decori arbitrabamur) ibi vt diẽ ipſi partim iudicii ſui diffundant quoad alios acriores cõſuluerint,partim quaſi ſibi hæc inquirere non vacet,aut pigeat:de figuratis locis non liquere fateantur,potius q̃ vt præpropere,aut inique quicq̃ de nobis pronuncient. Vale optime lector,& eandem in cauſam mecum primo quoq; tempore incumbe,Pariſiis Idibus Martii,Anno domini,M,D,XIIII.

Tabula ordine literatio rerũ & vocum insignium in marginibus sequentis operis partim signatarum tm̃, partim etiam explicatarum.


Bdemonus Tyrius,cxviii.
Abducere fide mili tẽ.clxxvi.
Acacus,vii.
Achilles Homericus,xiii.
Actiacus exercitus,lxxiiii.
Actio bonæ fidei,clxxiiii.
Ad lotophagos hęrere,clxxxiiii
Adagium Græcum,ci.
Addicere nummo,xxiiii.
Adespota & res adespotæ,xci.
Adytum in aula quid sit,xxi.
Admissionales qui sint,cv.
Administrationis publicę integritas ardua,clxxxviii.
Adrastia Nemesis,xviii.
Adumbrare placita principum quid sit,cii.
Aduocatorũ honorariũ,clviii.
Aedes Ro.magnificę,lxxviii.
Aedes Saturni,cxciiii.
Aeolidæ translatiue,cvi.
Aeoli in aula,cxciiii.
Aenigmatis vsi sunt prisci,ii.
Aedilitia munera,xl.
Aegypti reddítus,xc.
Aegyptii Iudæos exosi veritatẽ historię peruerterunt,cxviii.
Aegyptiorum opes,cxxi.
Aerarii Ro.copiæ,xlii.
Aerarium Ro.sanctius a Cæsare direptum,xliii.
Aerarium Ro.ex tribus reddituum generibus,xc.
Aerarii sacrosãctę pecunię,cxii
Aerarium Ro.cxciiii.
Æris millia & cẽtũ millia,xxxiii
Aeruscatores qui sint,clxxxvii.
Aes alienum Cæsaris Dictatoris,l.bis. Milonis,lxxxiiii. Curionis,ibidem.& li.
Aesculanus deus & argenteus, folio clxxxii.
Aesopus mimus, lv. Eius & Vitellii patina,xxxvi. xcvii.
Aestimatio denarii & Sestertii, folio xl.
Aestimatio Talenti ære Gallicano,xlix.
Aestimatio frumenti in Sicilia fo.cxxii.& cxxiii.
Aethiopiam Romana arma inuaserunt,lxxv.
Aethon,id est ardens, clxxxvii.
Agere resalias,xxi.cxx.clxxxvi
Age hoc,clxxvii.
Agnasci quid sit,clxxiiii.
Agones epitaphii,clxxxix.
Agnatum, cxcvii.
Agricolatio domini clxxvii.
Aius Locutius,cvii.
Alastores dæmones,clxxviii.
Albati scurrę,clxxxix.
In album æternę prouidẽtiæ relati,clxxiiii.
Reiicere ex albo,cci.
Alæ equitum,xvii.
Alcinoi apologus,cxc.
Alecto irrequieta,clxxxvii.
Alexãder Magnus Homeri studiosus,xx.Alexand.conuiuæ, lxix.Quas opes Susis reppererit,xcix.Eiꝰ ĩ nuptiis luxus,c Augustale & Prętoriũ castrẽ se,c.Eiusdẽ vinositas,cxxxvii
Alexandro colaces,c.
Alexander Polyhistor,cxv.
Alexandria,xcii.
Alexicacus Hercules, clxxii.
Alias res agere. Vide Agere,
Aliptæ,clxxv.
Alogistia,clxxiii.
Amare a lenone,cci.
Amasis qui Pharao,cxxi.
Ambitus Ro.lxxx.
Ambitus lex,lxxxv.
Ambitionis amplexus,clxxxix
Ambitione perditos in aula notat,clxxxvii.
Ambitiosorum spes,clxxxix.
Ambulationes basilicanę,cci.
Amentatę hastę,ccii.
Amentum,ibidem.
Amymones,li.
Amphorę forma,cxxiii,cxlvi.
Amphora,cxxxi,cxxxii.
Amphora qnquagenaria,144.
Amphoteroplus,xxvi.
Amussis alba,clxxii.
Anadyomene Apellis,xlvii.
Anagnostę serui,lv.lxxx.
Anantapodoton,clxxxi.
Anaphora & Epanaphora,vi.
Anarocismus antiquorũ, clxii.
Androsphinx,cxcvii.
Angelus Politianus,vii, cxxii.
Eius panepistemõ,cxxi,cxxii.
Anginarium pyrum, clxxviii.
Anima & Animus,ix.
Animæ in dei manum per baptisma mancipatio,cix.
Animus æquus,clxxiiii.
Aiaduertẽda,cxxv. vide locus.
Annibalis putei,xcii.
Anniuersaria fœdera,ciii.
Annos ferentia vina,clxxiiii.
Anodyna medicamẽta,cxciiii.
Catapocia,cxcvi.
Antesignani Christiani q sint, fo.clxxxiiii.
Anteus ab Hercule victus, folio cviii.
Anthypophora illis respondẽs qui literarum secularium studium damnant,clxxxi
Anthropolatres,cxciiii.
Antigoni,cxxxiiii.
Antipathian segetum miscere quid sit clxx.
Antonii cœna,lxxiii.
Antonius a Prato Cancellarius Franciæ,cxcix.
Apartilogia,lxviii.
Apellis anadyomene,xlvii.
Aphrodisium,clvii.
Appion polyhistor,cxviii.
Apirocalia,xix.
Apitii luxus,lvii.
Appiani locus,lxxii.
Apocalypseos loc.xcv.cxlix.
Apocalypsis parcarum est commentarium.clxxxvi.
Apocatastasis,cc.
Apolides,cxciiii.
Aquæ Chrysulcę vis,lxii.
Ara Lugdunẽ,ciiii.
Arbitri oculati,ccii.
Arbitrari oculariter,ibidem.
Arbores in quinquuncem digestæ,x.
Archidicastes,xci.
Archiplanus dæmon,cxcvii.
Ara Lugdunensis memorabilis folio xciiii.
Arbores in quinquuncem digestæ,fol.x.

Archidicastes, xci.
Archiplanus dæmon, cxci.
Argentum signatum, xxiiii.
Argentum Parisinum & cineraceum & pustulatum, lxii.
Argẽti ad aurũ analogia, lxiii.
Argentea vasa, lxxviii.
Argentum Rom. sermone auro fuit celebratius, lxxxiii.
Argenti fodinæ memorabiles, folio xcii.
Argenteus quo Christus diuẽditus, cliii.
Argentum quando primũ Ro. signatum, cliiii.
Argentinus deus, clxxxii.
Argyraspides, xvii, c.
Argyrocopiũ Lugduneñ. xciiii.
Arietes talentares, xciiii.
Arimaspea carmina, cxc.
Aristeas Proconnesius, cxc.
Aristides, cxciiii.
Aristippea schola, clxxxviii.
Aristippei, cxciiii.
Aristoteles quantum præmiũ acceperit ab Alexandro pro animalium historia, xlvii.
Arma hecatombœa, xlviii.
Arpennum, cxxv.
Artes quæ nunc euiluerũt olim habitæ in precio, xlvi.
Artes liberales, cxciiii.
Artificia antiqua, lxxxiiii.
Arura, cxvi.
Aruum veruactum, cxxv.
As est libra & pondo, i.
As dipondius & sestertius, x.
As nummulus, xxiii.
As & Assis dipondius, cliii.
Assis partes, i.
Assis in partes aut in assem diuiditur res omnis, iii.
Asses mille valuerunt aureos centum, lxxxv.
Assis partes hodiernę, clix.
Asses stipendiarii, clxv.
Asses sextarii, cliiii.
Aschematistos, iiii.
Asiæ imperata ab Sylla viginti millia talentum, lxxii.
Asia deuicta luxuria est Romã inuecta, lxxiiii.
Asia proprie dicta, lxxxix.
Asina reatina quanti sit çstimata, folio xxxv.
Asinus memorabilis, xxxv.
Aspectus quadrãtalis, nonagenarius, trientalis, triquetrus, sextus, sexagenarius, semissis, quadratus, tetragonus, hexagonus, sexag enarius &c, vi.
Aspendius citharistes, xvi.
Assyriorum regnum, cxv.
Astes Minerua, cci.
Ata, cxlii.
Ἀτέλκ, cxxx.
Athei philosophi, clxxxvii.
Athenieñ. census, cxxv.
Athenieñ. diuites, cxxvi.
Athenieñ. redditus, cxxvii.
Atlantes in columnis metaphorice, clxxv.
Atrienses seruí, cv.
Auaritia mira, xcii.
Augusti genitura, xxxvii. Imperiũ, lxxiiii. Potestas & prouinciæ legiones & gesta. lxxvi Testamentum & opera publica, lxxvii.
Amicorũ locupletatio, lxxxiii.
Quãtũ bibere solit⁹, cxxxvi.
Augustale, clxxi.
Augustula Alexandri, c.
Auibus lętis renũciari, clxxv.
Auletes, xci.
Aulę pernicies, xxi.
Aulicastri, cvi.
Aulici sacerdotes, clxxii. Potẽtes, clxxxix. Epi. clxxxiii. Simulatio & actus, cxc, cxcii. Elogium & crimina, cxciiii. Theramenes & curia, cxcv.
Aurei versus Virgilii, lxxx.
Aureus, lvii.
Aurea nomismata & prisca expensa, lix, & lx.
Aureus Atticus stater, lx.
Aureum seculum, cxv.
Auri pretium, lxi.
Auri libra Ro. & vncia, lxi.
Auri summa nota, lxii.
Auri ad argẽtũ analogia, lxiii.
Aurũ olim Romę rarũ, lxiii, 83.
Aurũ duodeuicenariũ & vicenarium, duoetuicenarium & vndeuicenarium, lxiiii.
Auri celaturæ raro apud Romanos mentio, lxxxiii.
Auri metalla quõdam in Gallia, xciii.
Auri ad argẽtũ analogia, xciiii.
Auri metalla exhausta hoc tẽpore, xciiii.
Aurea domus Neronis, xcvi.
Aureæ compedes Darii, ci.
Auri & argenti talenta nõ fuerunt æqualia, cxiii.
Auri libra, cxlvi. In iure, clvii.
Aurei æstimatio in iure, clix.
Aurum purum probum, cxcii.
Auspicia maiora, clxxxix.
Autolici, cxciiii.
Axiomata aulicacademiæ, folio cxci.

Babylonicum talentum, folio lxxxvii.
Babylonicorum triclíniarium precium insigne, xliii.
Baptisma, clxxxv.
Basilius & Nazianzenus & alii antesignani, clxxxiiii.
Batus, cxlvii.
Beatorum insulæ, clxxxii.
Bellatores fugillat pontifices, folio, clxxv.
Belus rex, cxv.
Beroaldus, cxxxv.
Berosus historicus, cxviii.
Bibliotheca Luculli, lii.
Bicongii & Torquati, folio cxxxvi.
Bicongius Marci Ciceronis filius, cxxxvi.
Bis & vicies sestertium Neronis prodigalitate profusum, folio xcvi.
Blattarum contubernium, folio, cxci.
Blondi opinio, cli.
Bonũ summũ, clxxxi.
Borbonianus dux Magister equitum, cxcix.
Brochus, cxlviii.
Bruta fulmina, ciii.
Bulęa Themis, clxxxiiii.
Briareus aulicorum, clxxxii.
Busta Gallica Ro. ciii.

Cadus congiarius, cxlvi.
Cæsaris & aliorũ æs alienum, l. bis.
Cæsar corruptor animosissimus fo. lii, lxxxv.

Cæsaris donatiuũ & congiariũ lxxii,Pecunia,lxxiii.
Caii principis prodigentia infamis,xciiii.
Calderinus,cxxxvi.
Calendarium,xxv.
Caligulę cœna,xcviii.
Caligulæ domus,lxxxv.
Callipidę in aula,clxxxix.
Calix erroris,clxxviii.
Cambyses,lxxxvii.
Cancellarius,cv.
Cancellarius Franciæ,cxcix.
Canon frumentarius,cxlv.
Canonici iuris seu Pontificii libri taxantur,clxxviii.
Canones Lesbię structurę,177.
Canon pensitatio,xciiii.
Canon reddituum,lxx.
Canonizati dicẽtur publica religione consecrati,clxxvii.
Canonizati Latine dicentur inter diuos relati,clxxiii.
Capito Cossutianus,xliii.
Caput Ciceronis quãti sit æstimatum,lxxx.
Carceres,clxxxvii.
Cardiulcus, cxcvi.
Cardinalium galeri,clxxxix.
Cassiana iudicia, id est seuerissima,clxxiii.
Cardines mathematici,vi.
Castor & Pollux,cxcv.
Catasta obseruantiæ illiberalis, folio xvii.
Catastrophe fabulæ,xvii.
Catonis animo & Ciceronis stomacho ferre,ccii.
Catone hoc cõtenti simus, xxi.
Catorthomata,cxci.
Cauere capite,clxxiii.
Causia cardinalium,clxxxix.
Causarii milites,cxli.
Cedrinæ Liburnicæ,clvi.
Cedrina stemmata,xvi.
Celeno harpyia,clxxi.
Celeusma,clxxviii.cxciiii.
Cella,cci.
Cellulæ septuaginta in Aegypto,cxix.
Celsi locus,cxxxiii,cxliiii.
Census Athenien.cxxv.
Cẽsus Senatorius,xxix,xxxix.
Census equester,xxxix,xliiii.
Cecilius Claudius Isidorus quã tũ testamento reliquerit, xli.
Censu s primæ classis,cli.
Centauri,clxxxix.
Centena verbũ in numeris antiquis sepe supplendum,xcv.
Centenarii iudices,lxv.
Centesima vsura,xxiiii.
Centies sestertium de quo animaduertendus locus,lxvii.
Centies sestertium,xxxix.
Centies sestertium est compendiosa locutio,xxxi.
Centum ætris millia,xxxiiii.
Centuria,clxvi.
Centuriale aruum,clxxvi.
Centussis,cli,clxi.
Ceramiũ, cxxxvii, Thracicum idẽ est quod Stamnũ,cxxxix.
Ceratium & siliqua,ii,lxii.
Cęræ primę hęredes,clxxiiii.
Cercopes & Cercopum Hedra, folio cci.
Cernere hæreditatem ad quos pertineat,clxxiiii,cci.
Ceruical regis Persarum,ci.
Chalcus,clx,& cxlix.
Chamęleontes aulici,cxc.
Chares,c.
Cheopi na & χέ ωίνδμ,cxlviii.
Chiliades,l.
Chirobii,cxliii.
Choenix,cxxxvi,cxxxix,cxlii.
Choragus qui,xvii, cii.
Choragium,clxxx.& cxci.
Choregia,cxxviii.
Chorus,clxxv.
Chorostates,clxxviii.
Chorypheus,clxxv.
Chrestologi,cvii.
Christiani historicis odio habiti,cxviii,cxix.
Christi dogma,cxx.
Christophorus Longol,clvii.
Christus Hercules Alexicacus verus,clxxi,cxci,cxcv.
Christus Ianus Geminus & Mercuri9 sit dicẽdus,clxxxv.
Christianorũ res per inuidiam silentio transmissę,cxix.
Chrysammos,xcii.
Chrysitis & Chrysammos, 88.
Chrysomallę oues,cviii.
Chrysoplysium & Chrysoplytes Parisiensis,lxi.
Chrysulcæ aquæ vis,lxii.
Chus mensura,cxxxvii.
Cicero merito a Græcis accusatus,vi.
Cicero humana scripsit Minerua,ix.
Ciceronis domus,lxxviii.
Ciceronis caput quanti vendi tum,lxxx.
Cicero puiciã deposuit, lxxxi.
Cicero Ciceronis filius temulentia notatus,cxxxi.
Ciceronis locus in Verrina tertia,xxxi.
Ciceronis erratum in Catone, cxxxiiii,cxxxv.
Ciceronis locus,xxxiii, lxviii, & lxxx.
Ciceronis stomacho & Catonis animo ferre, ccii.
Cimeliarchium,xxxix.
Cintia lex,clx.
Circe Dædala,cxiiii.
Circus maximus a Cæsare Dictatore extructus,lxxxiiii.
Classes Ro.cxxv.
Classis primæ census,cli.
Classis Xetxis,clv.
Claui denarum librarum,clvii.
Claudii Isidori opes,xli.
Cleopatræ luxus in conuiuio, folio lxxii.
Cleopatræ vnio,xxxix,li.
Clodii domus,lxxxiiii.
Coci precium,xliiii.
Coclea miranda,clvi.
Coctura,clxi.
Cœlũ & esse in cœlo,clxxxiii.
Cœna Antonii,lxxiii.
Cœna Vitelliana,xcvii.
Cœna Calígulæ,xcviii.
Cœna recta,cxlix.
Cœnationum triginta capax contignatio nauis,clv.
Cœnobiarcharum ambitio & dinundinatio,clxxviii.
Cœnobiarcha qui fit, clxxii.
Collimare,clxii.
Colophonem imponit disputationi Budæus,lxix.
Columbarum precia,xxxvi,
Comitiales dies,cx,
Comœdiæ motorię & statarię,

folio ccii.
Cõparatio diuitiarũ nostri tẽporis cũ prisca opulẽtia,clxx.
Comperẽdinari vadimonium quando dicebatur,cxc.
Competitores sacerdotiorum taxantur,clxxxix.
Concilium ab Leone indictum folio clxxvi.
Cõcilii Gallicani authores carpit,clxxxiii.
Confarreare,clxxvii.
Confectaria,clxxxi.
Congiaria Augusti,lxxvi.
Congiarius Cadus,cxlvi.
Congii diuersa acceptio,138.
Conspicilia oraculorũ,clxxiii.
Conspicilium,cxcii.
Conscripti,clxxiiii.
Consulum & prętorum Romanorum qui duces erant exercituum potestates,lxxxi.
Contẽti simus hoc Catone,xxi.
Contignatio triginta cœnationum capax,clvii.
Conturbare .i. pecuniam dissipare,clxxiii.
Conuenę Synclydes,xciii.
Conuenę & Apolides in aula, folio cxciiii.
Conuentus Galliæ,cxi.
Conuiuæ Alexandri & Persarum regum,lxix.
Copiæ Romanæ,xxii.
Corculus Scipio,cvi.
Coronidem imponit disputationi Budæus,lxix.
Corpus organicum,viii.
Corruptor aĩosissim⁹ Cęsar,lii.
Corus,clxvii.
Cothurnata scelera,clxxi.
Cothurnus,clxxxiii,cxcv,cc.
Cotula,cxxx,cxxxvi.
Crassi diuitiæ,xli,l.
Crassus orator,lxxviii.
Cratetis in mantica philosophari,cxcvi.
Critica seueritas,cci.
Crœsus & Midas,clxxxi.
Crustulum sanctificum Eucharistia, clxxvi.
Cubus,cxxii,cxxiii.
Culei duplares,clvii. Trimodii, fol.eodem.
Culeus,cxlvi,cxlvii.
Cuneus,cvii. Inter cuneos sedere & cuneis esse,cx,183,& cxci.
Curionis æs alienum,lii.
Cyathissare,cxxxv.
Cyathus & eius græce nomina.& Stare ad Cyathum,fo. cxxxv.
Cyathus scdm Hesichiũ,139.
Cyathi amoris & amicitiæ.135
Cybium,cxlv.
Cynici & momi Harpocrates fiunt,clxxxviii.
Cyprĩa gaza publicata,lxxxii.
Cyriæ doxę,clxxxviii.

DActylotheca,lxxxvi.
Dędala Circe,clxxxviii
Darius,lxxxvii.
Darius aureis compedibus vinctus & trucidatus,ci.
Darius filiam Alexandro offert cum dote opima,ci.
Darius longimanus,xcviii.
Darii Persarũ regis luxus, lxx.
Darius vltimus,xcix.
Dauid & Solomonis opes & imperium,cxvi.
Dauid ditissimus regum,cxii.
De cœlo tracti,clxxvii.
Decies centena,lvii.
Decies sestertiũ & dena sestertia,clii.
Decumanus,clxxviii.
Decuma frumẽti in Sicilia, 123.
Decus scenæ,cx.
Decussis,i,x. Decussare,ii.
Dedere ob noxam.clxxxi.
Defrutarium,cxlvii.
Deiotarus rex,lxxxi.
Delumbare,cvii.
Demensum,cxlii.
Demetrii profusio,cxxvi.
Demetrius Poliorcetes, folio clvi.
Demosthẽnes de muneribus trierarchiæ,cxxvii.
Demosth.facultates,cxxix.
Demosthenis locus,cxxx,bis.
Demosthenes silentium magno vendidit,cxxvii.
Denarii æstimatio,xl.
Denarius drachmalis,xxvii.
Denarius diurnus,cl.
Denarius Francorum,clviii.
Denarius nũm⁹,xxiii,xxiiii.
Denarius quaternis sestertiis valuit,xxvii.
Denarius sestertius,xxiiii.
Deprecatio ad lectores & iudices huius operis,cxl.
Deprehensi,cxli.
Desultoria amicitia,cxcii.
Dianome diuisio,clii.
Dibapha purpura, clxxxix.
Dicæodotes,xci.
Dicendi facultas Gallis olim vernacula,xii.
Dicenda quę restant videbũtur maiora fide,xlvi
Dicere diem manibus,clxi.
Dicere sacramẽto, cix,clxxxvii.
Dictum memorabile Hybreæ oratoris,lxxiii.
Dichalcum,cxlix.
Didrachmum,xlviii,clxvii.
Didrachmum,cl.
Diem manibus dicere,clxi.
Dies comitiales,cx.
Diffuudi vina,cxlvii.
Digitos argutos & crepitantes præferentes,xvii.
Digitus,cxxiii.
Δίμοιρον,x.
Dynamis,vii.
Diobolaris,cl.
Dionysiocolaces,c.
Dioscuri,cxcv.Dipõdi⁹ as,x,cl
Diras imprecari,ccii.
Ditis officina,cx.
Diuitiæ Claudii Isidori & Crassi,xli.
Diuitias eleuat,clxxx.
Diuitiarũ nostri tpis cũ ãtiqua opulentia collatio,clxx.
Diuitiæ Pythii,clxvii.
Diuitię vt sint p̃ studio sapiẽtię contemnendæ,clxxxvii.
Dolet Budęo q̃ nullis plectorẽ aut pręceptorẽ nactus sit,xlv.
Dolum & Dolium quadrangularium,cxlvi.
Domus Caligulæ & Neronis folio lxxxv.
Domus Ciceronis,lxxviii.
Domus magnificæ Romæ & earum precia,lxxviii.
Domus P.Clodii,lxxxiiii.
Donatiuum Antonii,lxxiii.

Donatiuum Cęsaris & Congiarium memorabile,lxxii.
Donatiuũ Hadriani,lxxvii.
Dotata megalia,clii.
Donatiua venialia,xvi.cci.
Dotes Massilienses,clii.
Drachma,ii.xxvi.xxviii.
Dramaticum opus,iiii.
Ducenarii iudices,lxv.
Duella,ii.
Duodecies sestertium erat census senatorius,xxix.
Duracina persica,xxxv.

E

EDdictũ ppetuũ est lex euãgelica,clxxiii.clxxxii.
Eiurare veniæ petitionẽ,cxli.
ἐκτενῶς,cxxxix.
Elysii campi,clxxxii.
Eloquentia,clxxxi.
Eloquẽtia qbus inuisa,clxxxiiii.
Eloquentia publice necessaria, fol.cxc. Emmelia,clxxv
Emblemata,lxxxiiii.
ἡμιδραχμον,x.
Encyclopædia,clxxxi.
Entelechia,vi.vii.viii.ix.
Enthusiasmos,xix.
Epanaphora,vi.
Ephectici,vi.cvi.
Ephestionis funus,c.
Epicataphora,vi.
Epidecatum fœnus,xxvi.
Epilogus huius operis,clxx.
Episcoporũ & Cardinaliũ impunitas,clxxviii.
Episcopi mali Christi affectæ taxantur,clxxviii.
Episcopi aulici taxãtur,cix.
Episcopi aulici,clxxxiii.
Epistates,cxlii.
Epitaphii agones,clxxxix.
Epistola Solomonis,cxii.
Epobelia,cxxx.
Ergastulum piraticũ,clxxxvii.
Esaiæ dictũ memorabile,cxci.
Eschematismenos,iii.iiii.
Ethelodulia,clxxxvii.
Euang.loca,clii.
Euangelia innuuntur,clxxiii.
Euboicum talentum,xlviii.
Eucharistiæ periphrases,176.
Euerriculum,clxxxii.
Eustochia,clxii.
Euthanasia,xcvi.cxc.
Euthymia,184.clxxxvi.cxc.
Exclamat in ambitionẽ ecclesiasticorum ordinum,clxxi.
Exclamatio in tempora,cxci.
Exegematicum opus,iiii.
Exegetes,xci.
Eximere e numero,cci.
Exolui religione,clxxvi.
Exoterica disciplina,xcviii.
Expẽsare.i.expẽsũ ferre,cv.173.
Experiri actione,xvii.
Extispices & exta regalia,189.

F

FAsces summittẽtes,cxci.
Fascinantiũ more laudare quid sit,cxciii.
Fauere linguis,clxxxiii.
Felicitas galliarum,xciii.
Feras in populum mittere allegorice,clxxvi.clxxxii.
Ferociam præ se ferentes excussis vultus sordibus,cci.
Ferre animo Catonis & Ciceronis stomacho,cci.
Fertilitas memorabilis & stupẽda soli,clxiiii.&,clxvii.
Fertilitas soli lutetiani,clxvii.
Tritici in Africa,clxiiii.
Feudũ vulgo,dicit i fide eẽ,173.
Fideicõmissũ verbũ iuris,172.
Fidei bonæ actio,clxxiiii.
Fidem bonã agnoscere,clxxv.
Fide mea esse iubeo,clxxxii.
Fides quid sit,cxci.
Fidelia bis,cxlix.cxlvi.
Fiducia pro cõmenda,clxxii.
Fiduciaria sacerdotia,clxxiii.
Figura & figuratæ laudes,4.
Figuræ scenicorum,cvii.
Flos frugiperdus,cxciii.
Flos & pollis,cxlii.
Fœdera anniuersaria,ciii.
Fœnus epidecatum,xxvi.
Fomentum pręcalidum,cix.
Formula indulgentior,clxxiiii.
Formularum aucupia,clxxvii.
Francianus ager,cxxv.
Franciæ bona,ciiii.
Franciæ regni reddítus,lxx.
Franci pitarchici,lxxi.
Franciscus rex,cxciii.
Franciscus Deloinus,cxciii.
Franciscus Calendis Ianuariis rex appellatur,cxcviii.
Francomastix,cxl.
Frigere in aula,clxxxiii.
Frugiperdæ arbores,cxli.
Frumentarius canon,cxliii.
Frumenti in Sicilia æstimatio, cxxiii.decuma,cxxiii.
Fucum facere ordinibus,cciii.
Fulmina bruta,ciii.
Fulmen prodigiosum,cxciii.
Fumos venditare,cvi.
Furta Verris,xxii.
Furcula,clxxiiii.

GAleripetæ,ciii.
Galeri rubri,clxxix.
Galliarum felicitas,xciii.
Galli priscis historicis ignotissimi,cxvii.
Gallis dãnosa in gallia literarũ studia,xlvii.
Gallorũ elogiũ ex Strabone, & q fuerũt olim & cũdię studiosi & philhellines,xix.
Gallis olim vernacula dicendi facultas,xii.
Gallorum priscorum memorabilia consilia,xx.
Gellii locus,lxix.
Gẽmarũ authoritatis ordo,li.
Genitura augusti,xxxvii.
Geodæsia,iii.
Geriones tergeminus,cxci.
Gigantes terrigenæ,clxxi.
Gigantes,clxxv.
Gloria huius vitæ vera,clxxxi.
Gloria vera & expressa,cxc.
Gomor,cxlii.
Gradus in theatro,clxxxiii.
Gramma,ii.
Graphis vide templũ,clxxxvi.
Greca lingua cui9 latina ẽ discipula,quid latinæ præstet,vii.
Græci & Latini prisci in magna ignorantia versati,cxix.
Græcorum scripta sunt recẽtia, cxviii,nec ab eis historiæ antiquę sunt petendę,ibidem.
Gregori9 Naziãzenus,clxxxiiii.
Grossus pro drachma attica,38.
Guido a rupeforti,cv.cvi.cxcix

HAbe tibi res tuas,cix.
Hadrianus imperator, lxxvii.Eius donatiuũ,ibidẽ.
Herba quinquuncialis,iii.

Hæredes primę cęræ,clxxiiii.
Harpocrates,clxxxviii.
Haſtæ amentatæ,cclí.
Hebræorũ inuenta aliís gentí-
bus ſunt aſſignata,cxviii.
Hecatonbœa arma[li]apud Ho-
merum,cl.
Hellanodicæ,cxciii.
Hemímnæon,xxvii.
Hemínæ,cxxx.
Hemíxeſtes,cxlv.
Heraclití ſcripta,clxxxiiii.
Hercules alexícacus,clxxí.
Hermolaí Barbarí locus de vſu
rís,xxiiii.in Plíniũ,lxxxvii.
lxxxí.&,clxví.
Hemixeſtos,clxviii.
Herodotus & alíi ſcriptores an
tiquiſſimí,cxvii.
Herodotí.lo.de copiís Xerxís,
Heſtiaſis,cxxviii. cxxxix.
Heteroplus,xxví.
Hexagonus aſpectus,ví.
Hexapeda & hexapedes,cxxiiii
Hybreas orator,eiusq; memora
bile dictum,lxxiii.
Hieremías,clxxxv.
Hieroduli,lxxxí.clxxí.
Hieroglyphica,xix.
Hierõis liberalitas,cxlvii.clv.
Hieronomi qui ſint,clxxviii.
Hilaria,cxciii.
Hypogeon menſurarium,ví.
Hieroſolyma,cxvi.
Hypomnematographus,xci.
Hypopheræ qui ſint,clxxxv.
Hippotrophiũ mẽcrabile,cxiii.
Hiſpania opibus abũdãs,xcii.
Hiſpaní priſcis hiſtoricis igno-
tiſſimi,cxvii.
Hiſtaſpis,lxxxvii.
Hiſtoria memorabilis,cxxí.
Hiſtoriæ veritas a quibus ſit
quærenda,cxviii.
Hiſtoricorũ in Chriſtũ & chri-
ſtianos maleuolẽtia cxix.
Hiſtrionum motus,cvii.
Hoc age,177.honor p̃cari9,cx.
Honorariũ aduocatorũ,clix.
Horoſcopus,ví.
Hoplítæ,cxxix.
Humanitas interpolís, clxxviii
IAm vero,xlii.
Ian9 gemin9,Chriſt9,clxxv.
Idíos logos,xci.Illa vero,xlii.
Imperii Ro.magnitudo,lxxii.
Imperiũ Ro.p.lxxxix.eius ter-
mini & monarchia,ibidem.
Implere ſtipendia,clxxxvi.
In cœlo eſſe clxxxiii.
Indagine cinctæ feræ,clxxxiii.
Indicare rem,clxxii.
Indictio redditus,lxxí.
Inducere ſententiam,cxl.
Ineptus græce,vii.
In fide eſſe,clxxiii.
Infra q̃ liii.
Infulatí duces,ccii.
Inimicus proceſſibus ſuis,cx.
Inire nexum, clxxiii.
In ordínibus ſedere,cxcí.
Inſulæ beatorum,clxxxii.
Innocens græce,vii.
Innocentia prædití,clxxviii.
Inquirendũ etiam in ſcripta, an
tiquorum,cxxxii.
Inſtitutum Perſarũ aduerten-
dum,ci.Alterum,cxxí.
Inter diuos relatí,clxxiii.
Interpolís humanitas,clxxviii.
Inteſtínum medium,ix.
Intra q̃,liii.
Ioannes euangeliſta ſeruus rece
ptítius,clxxxvi.
Iocũdus architectus,xcv.cxliii.
Iromus rex tyrí,cxii.cxviii.
Irudo quæ & ſanguiſuga,cv.
Iſodion & Iſodos,lxxxiii.
Iſonomia,cviii.clxxviii.
Iſphora,128. Italicí.clxii.
Iudeorum opulentia,cxí.
Iudeæ terræ ſolum,cxví.
Iudæí & eorum opes Gręcís &
Latinís incogniti,cxvii.
Iudæí cõmerciorum ignarí &
ídeo ignotí,cxvii.
Iudæorum de antiquítate quí li
brí ſint refutandí,cxviii.
Iudaícum tributũ,clxvii.
Iudíces centenarii & duc.lxv.
Iudicem ferre,cci.
Iugerum,ii.cxxiiii.
Iugerum Pariſinum,cxxv.
Iulíum ſecundum notat,ciii.
Iuppiter in membranas ſuas re
ſpicit,cxcii.
Ius aulę moribus cõſtitutũ,182.
Ius prætoriũ,cl.Gẽtiũ,cxcviii.
Ius diuinum,clxxxiii.
Iuſtínus martyr,cxix.
Iuuenalís loc9,cxxxv.&,cxliiii.
Ixionidę,clxxxix.
LActes,ix.
Lætís auibus renunciari,
fol.clxxv.
Lagena,cxlviii.bis.
Lances argẽteæ,memorabilí põ
dere,fol.lxxviii.
Laníſta,ciii.
Laoplanus,clxxxvii.
Lar & larem ſalutare,clxxxix.
Latifundium,clxxví.
Latína língua eſt græce línguę
diſcípula,vii.
Latíni & Grecí príſcí in magna
ignorantía verſatí,cxix.
Laudare auctorem,clxxví.
Laudare more faſcinãtiũ,cxciii.
Laur.Vall.laus,cxxxiii.
Erratum,cxxxix.
Lectío ſarcroſancta,cxliiii.
Leges ſumptuariæ,cli.
Lex de ambítu,lxxxv.
Lex Cíntía,clx.
Legiones Auguſti,lxxví.
Lentuli auguris opes memora-
biles,lxxxiiii.clxxí.
Leo.x.pont.max.clxxvii.
Leſbiæ ſtructurę canões,lxxxiiii
Leſtrígones &c.cxc.
Libella,xxiii.
Libra as & pondo,i.
Libra,mína, pondo pro eodem
ponuntur,xxviii.
Libra nummaría centum dra-
chmas valet.xxxvii.
Libra Ro.ẽ mina greca,xxxvii.
Libra Pariſina zygoſtatica &
nummularia,xxxviii.
Libra auri cxlvii.
Libra auri in iure,clviii.
Librípendes,xxiiii.
Libri huius lectio vicem prębet
hiſtoriæ,xxxvi.
Libri quinq; Moſis ſeu penta-
teuchon,clxxxv.
Liburnicæ cedrínæ C.Cæſaris
fol.clviii.
Línguis fauere,clxxiii. cxciii.
Lyſanías,cxcvi.
Literæ vnciales,iii.
Literæ bonæ iacẽr modo, xiiii.

Literarum humaniorũ calũnia toribus respondet, clxxxi.
Literarum studiis toti dediti, fol.clxxxiii.
Liticines sacrosancti, ciii.
Lituus pastoralis, clxxiiii.
Liturgiæ cxxviii.
Liuii locus, xxxii. xlix. lxiii.
Loci Plinii & aliorũ authorum videantur in noĩbus eorum.
Locorum in sacris literis vocabula, cxiiii.
Loc⁹ memorabilis, xx. clxxxiiii. cxciiii.
Lo. animaduertendus, lxviii. cxxx. clxv. & clxxxvii. cxcvii.
Locutius Aius, cvii.
Logodædalus proteus, lxviii.
Logos filius dei, clxxxv.
Longimanus Darius, xcviii.
Longolius clix.
Loquendi mos priscorum circa numeros, xxxi.
Lotophagi & ad eos hærere, fol.clxxxiiii.
L. Crassus orator, xviii.
Lucullus & eius bibliotheca ac luxus memorabilis, lii.
Luculli otium, lxxxi.
Luculli piscinæ, lii.
Ludouici, xii. cõiugium cix.
Ludouicus, xii. notatur, cxcii.
Eius mors cxciii.
Ludus ꝓbãdi nomismatis, 64.
Luerius Atuernus, xciii.
Lugdunense argyrocopiũ, 94.
Lugdunensis ara, ibidem.
Luxus nuptiarum Alex. c.
Luxus Ro. xix. liiii. 74. Darii, lxx. Vitellii & Neronis, 97.

MAcaron insulæ, clxxxii.
Macrobii de Herode locus animaduertendus, cxix.
Magistratuũ Romanorũ emolumenta, lxxxi.
Magistratuũ Ro. in prouinciis commoda, lxxxii.
Magistratus renunciari, cviii.
Magistratus qui indignos promouent, clxxxii. & sequent.
Magistratus vrbani se aulicis venditantes, clxxxviii.
Magni reges Persarum, cxv.
Mamurra locupletatus, lii.
Mancipes societatum, cci.
Mancipio dare nummo sestertio, xxiiii.
Mancipiorum precia, liiii.
Mancipium, clxxxv.
Manethon historicus, cxvii.
Manibus diem dicere, clix.
Manubiæ sacræ, cx.
Marescalli græce dicendi polemarchi, cc.
Margaritarum & cæterarum gem. authoritatis ordo, li.
Margaritæ Cleopatræ & Seruiliæ & de illis plura, li.
Mariani muli, clxxiiii.
Marlianũ Budęi, cxxv.
Maronis census, lxxxi.
Mathematici cardines, vi.
Mathematicorũ in demonstrationibus mos, xlvi.
Mediastini serui, clxxxii.
Medicorum stipendia memorabilia, xlv. xlvii.
Medimnum, cxxiii. cxxiiii.
Medium intestinum, ix.
Megalia dotata, cl.
Memnonia regia, xcix.
Mensorum vocabula, ii. iii.
Mensuris & drachma Solonis vtuntur Parisieñ, cxlvi.
Menstruæ vsuræ, xxiiii.
Mẽsurę parisinæ, 32. cxlvii. retinẽt antiqua vocabula, cxlviii.
Mensurarium hypogeum, vi.
Mercurius institor, clxxi.
Mercurius Christus, clxxxv.
Meroe, cxv.
Metallorum redditus memorabilis, xcii.
Metalla auri in Gallia, xciii.
Metella vxor Syllæ, lxxxvi.
Metempsychosis, cxciiii.
Metreta & Caddus, cxxxviii.
Michael Bodetus, xciiii.
Midas & Crœsus, clxxxii.
Milia æris, xxxiii. xxxv.
Mille nummum quanti æstimari debeat, xxxviii.
Mille asses centum aureos valebant, lxxxv.
Militare apud Romanos stipẽdium, cliii. clxvi. & clxvii.
Milites causarii, cxxxix.
Milonis æs alienum, lxxxiiii. lxxxv. Voracitas, cxxxviii.
Mimorum salarium Ro. lv.
Mimi & planipedes, clxxxiii.
Mina libra pondo, xxviii.
Minerua & Pallas, xx.
Minerua in athenęo non in lacario colenda, clxxxviii.
Minerua astes, cci.
Myriades, l.
Misopatrides, clxx.
Mythistoria, cxvii.
Modius, cxxxi. cxxxii.
Modius Parisinus, clvii.
Moduli prisci, clxxv.
Monetæ imminutio, cliiii.
Motorii actus & motoriæ cœmœdiæ, cci.
Mulctarum modus, cl. &, cli.
Mulcta Demosthenis, cli.
Mulli piscis precium, lvii.
Muli mariani, clxxiiii.
Munera ędilitia, xl.
Musęum, cci.

NAbuchodonosor, cxv. 116.
Narcissi diuitiæ, l.
Nassam illapsi pisces, clxviii.
Natalibus restitui, clxxviii.
Nati intra pomœria, cvii.
Nauclerus, cxcii.
Nauigiũ mẽorabile, clvi. clvii.
Nauium diuersarum magnitudo memorabilis, clv.
Nauis frumẽtaria Hieronis Regis, clvi.
Nauis in qua cõtignatio capax triginta cœnationum & reliquos eius apparatus, clv.
Nauis magnitudo ingens, ibid.
Naues philadelphi, clvi.
Nauis philopatoris, clv.
Nauis Philopatoris thalamegos, ingentissima, clvi.
Naues onerariæ, clvi.
Nemesis, xviii.
Nequam, lix.
Neronis domus, lxxxv.
Nero æmulus Caii auunculi sui, xcvi.
Nero magiæ studiosus, xcvi.
Lusit aleam quadringentis in punctum sestertiis. Eius domus aurea & quanti constiterit ibidem. Eius prodigalitas ibidem.

Nero quantum a Senatu exegerit,xcvii.
Nexum inire,ciiii.clxxxii.
Nicolai Perotti erratũ,xxxvii.
Nobilium culpa iacent bonæ literæ,xiiii.
Noctuam Athenas,cl.
Nomades & nomadũ more viuere,clxxxviii.
Nomina vasorum,x.
Nomismatum priscorum recẽsio, & de nomismate Ciceronis,xxxvii.
Nomismatum diuersorum ẽstimatio,xxxviii.
Nomismata aurea expensa,lix.
Nomisma Augusti,lix. Nomismata prisca,lx.
Nomisma extenuatum,Nomismata prisca Frãciæ,clx.
Nomismata antiqua pessimo instituto nostro tpe aliquãdiu abrogata,clx.
Nomophylacium,cxcviii.
Nonagenarius aspectus,vi.
Nos numerus sumus,cix.
Notæ antiquę nummorũ,lviii.
Nota auri summa,lxii.
Nouies millies sester.xcvii.
Noxa primigenia,clxxvi.
Numeri apud Plinium mendosi,& quorundã restitutio,xlii. etiam a tergo.
Numeri apud Plinium corruptissimi,lxvi.
Numerorum vocabula,l.
Numerãdi mos priscus,xcv.
Numerãdi ratio apud Latinos Græcosq;,xcv.
Numeri apud authores depravati,clv.
Numerus summus Ro.cxxv.
Nummaria res & eam concernentia,lx.& sequenti.
Nummariæ rei apud Græcos ratio,cxlviii.
Nummus quadrans,x.
Nummo sestertio mãcipio dare & nummo addicere,xxiiii.
Nũmus & sestertius idẽ sunt, fol.xxiiii.liii.
Nũmorum antiquę notæ,lviii.
Nuptiarũ Alexandri magni luxus,c.
Nus seu νοῦς,viii.
OBlationes reddítus,lxxi.
Ob noxã dedere,clxxxii.
Obnunciatio augurũ,clxxviii.
Obnunciare,ccvii.
Obseruare de de cœlo,clxxviii.
Oculati arbitri,cci.
Odeum,cc.
Odyssea metaphorice pro variis erroribus,clxxiii.
Oenochoi,cxxxv.
Oenophorus,cxlvii.
Offendere ad populũ,cxcvii.
Officinę Parisien.lxxxiiii.
Officina ditis,cx.
οἶκος,cxxx. ὁλκὰς,xxv.
Onerarię naues,clviii.
Onocephali,cix.
Onomatotheres,cxlii.
Opera publica ab Augusto extructa,lxxvii.
Opertanea sacra,clxxxii.
Optiones,cci.
Opes Dauid &c.cxv.
Opes Aegyptiorum,cxx.
Opobalsami precium,clxiii.
Optimus maximus,cxxvii.
Opũ ꝓfligator mẽorabilis,94.
Oraculorũ conspicilia,clxxiii.
Oracula metaphorice,clxxiii.
Orca,cxlvi.Orchestra,cvii.183.
Ordines,cvii.
Orci similes,cx.
Organicum corpus,viii.
Otacustæ,clxxxi.
ὄδε ἐν πρὸς τὸν Διόνυσον,lvi.
Oues chrysomallæ,cviii.
Oxybaphus,cxxxii.
PAeon & pęonia man9,178.
Pagina vtraq; rõnũ,174.
Palæ,xcii.
Palladium Franciæ,clxxi.
Pallas & Minerua,xx.
Pallas libertus Claudii qui mille sestertiũ possedit, erat Crasso ditior,l.
Palimpsestos,xlviii.
Paludati duces,ccii.
Panificium Parisiense,cxlii.
Panis tria genera,cxliii.
Panes Iulii pon.max.cxliiii.
Panes græcanici,cxliiii.
Parasanga,xcviii.
Parisini modii,talenta, & libra, fol.clvii.
Pastinare quid sit,clxv.
Pastophori,xvii.clxxxiiii.ccii.
Pastos,ccii.
Patina Aesopi,xxxvi.
Patinę Aesopi & Vitellii,xcvii
Pauonum precia,liii.
Paupertas Ro.priscorũ,cli.
Paulus Apostolus hypopheta sapientiæ,clxxxv.
Pax genialis,ciii.
Pecunię signatę vocabula,x.
Peculiaris titulus a dño differt fol.clxxii.
Pedis diuisio,ii.
Pelta,cxiii.
Pensitationum tria gña,xciiii.
Peripatetici,cxx.
Perotti erratum,xxxvii.
Perpetuũ edictũ,clxxiii.clxxxii.
Persica duracina,xxxv.
Persarum regnum,lxxxvii.
Persarũ opes & via regia,xcviii
Persarum regnũ euersum,xcix.
Persicarũ opum ab Alex. captarum summa,xcix.
Persarum regis ceruical & scamnum suppedaneum,ci.
Persarum institutum,ci.
Persarum reges magni,cxv.
Persepolis,xcix.
Phæaces,cxc.
Pharao a Mose vexatur,cxviii.
Philologia,cli.&.clxxviii.
Philopatoris nauis,clvi.
Phileleutherus,cc.
Phihellenes galli,xix.
Philoplut9 & philologia,178.
Philosophari in mantica cratetis,cxcvi.
Philosophorũ sectæ,clxxxi.
Philosophi quomodo studia instituere debeant,clxxxi.
Philosophia vera,clxxxvi.194
Philosophi reip. administrãdæ non ineptí,cxcii.
Philosophia est homini necessaria,cxcvii.
Phia proprie appellata, cxciiii.
Philosophia vranophron,cxcv
Phia cordatos facit,cxvi.
Philosophia quando prodire debeat,cxcvi.

Picturę precia & honor,xlvii.
Pincerna,cxxxv.
Pindari cultor Alex.xlvi.
Pinta Parisina,cxxxii.
Pyrricha,clxxv,cci.
Piscinarii insignes,liii.
Piscinæ Luculli,liii.
Pistoria opera,cxliiii.
Pitharchici Franci,lxxi.
Pythii Bithynii memorabiles diuitiæ,clxvi, clxxxi.
Pyxides Argyrocopiorũ,lxiii.
Planipedes & mimi,clxxxiii,cc.
Plan9 apud Horatiũ,clxxxviii.
Platanus aurea,ci.
Plinii Iunioris diuitiæ,lxxx.
Plinius Iunior de Christianis, folio cxix.
Plinius Maior humana scripsit Minerua,ix.
Plinius interdum memoria defectus est,iiii. Errat,v.
Plin.historia,xliii.
Pliniani numeri corruptissimi, folio lxv.
Plinii historia naturalis quanti vendi potuerit,lxxx.
Plinius auctor memorabilium rerum omniũ,lxxxiiii,
Plinii dictũ pulchrum, cxxxi.
Plinius vtrum Dioscoridem legerit,cxxxvii.
Plinii loci emẽdati aut discussi foliis,ii, iiii,v, xxiiii, xxxii, xxxiiii,xxxvi,quatuor,xl,xlii xlv,liii,quatuor, lv, lvi, lvii, lviii.duo.lxi,lxiiii,lxv,lxxiiii, lxxv,lxxvii.duo.lxxxiiii,lxxxv lxxxvii,xcii,xcviii.duo.cxvi, cxx,cxxvi,cxxxi,cxxxiiii,138, cxliii.cxlv.multi.itẽ fo.clxi,& clxii,clxiii.duo.clxvi, & multis mendis purgatus,xcvii.
Plin.loc. corruptus, cliii.
Plutarchi lo.xxx,& lxvi.
Plutacademica proloquia,cxci.
Pluto & Plutos,cxci.
Pocillatores,cxxxv.
Podargus,clxxxvii.
Poetę Græcorũ antiqssimi,cxvii
Poetarum & Rhetorum annua salaria,xlvi.
Poematis genera tria,iiii.
Polemarchi,cc.
Polioreetes Demetrius,cliiii.
Politiani conatus,vii.
Polytropus,clxxxiiii.
Pollis & flos,cxliiii.
Pomœria intra nati,cvii.
Pomorum precia Romæ mirãda,xxxv.
Pompeius quantam pecuniæ summã intulerit ærario in triũpho Mithridatico,lxxi.
Pomponius Atticus,lxxix.
Pondo libra & as,i.
Pondo mina libra,xxviii.
Pontificatus Maximus Romæ quanti fuit,li.
Pontifices duos quibus successit Leo.X.compellat,clxxv.
Pontificum taxat luxum, folio clxiii.
Pontifices bellígerantes seu bellatores taxat,clxxv.
Popeę cędes,xcvi.Luxus,xcvii.
Porcus Troianus,liiii.
Posthumę rationes,clxxxii.
Pręcalidum,cix.
Prælatorum quos dicunt taxat ambitum & dinundinationẽ folio clxxi.
Pręrogatiua trib9,clxxviii, cci.
Pręrogatiuum suffragium, folio cci.
Præscriptis verbis agere verbũ iuris,vi.
Prętes & Prętites dii ,cci.
Prętules & Coryphęi,clxxv.
Præsul,ccii.
Prętcrire & præteriti,cci.
Prætexta,clxxxviii.
Prætorium castrense Alex.c.
Prætorii fornices,xlvii.
Precarius honor,cx.
Precium auri,lxi.
Precia tabularum pictarum,folio xlvii.
Precia pauonum & mancipiorum Romæ,liiii.
Precium mulli piscis,lvii.
Precia ædium seu domuũ magnificarum Romę,lxxviii.
Precium opobalsami & vini apud antiquos,clxi. Vineatũ, folio clxiii.
Primæ cęrę hęredes,clxxi.
Principes Ro,abstinuerunt nomine regio,lxxxix.
Prytaneum,cv,cix,cxxvi.
Prigenia noxa,clxvi.
Pronaus,cci.
Processibus suis inimicus,cx.
Proconsulare imperium, cxlix.
Prodigalitas mira,xciiii.
Proletarii,cxcii.
Proludere,cxciii.
Pronœa.clxxxiiii.
Pronuba legatio. xxi.
Propædeumata,clxxxiiii.
Proreta,clxxxvii.
Proteus vetustatis typus,lxiiii.
Proteus vinosus,cxxxvii.
Proteus Logodędalus,lxviii.
Proscenium,cvii.
Prudentia,xx.
Prouerbium,cl.
Prouidentia,clxxxiiii.
Prouinciæ Augusti & populi Romani,lxxv.
Prouinciarum sub Augusto ad ministratio,xci.
Proxenetę sacerdotiorum,x.
Psegma,lxxxvii.
Pseudocatones,clxxxviii.
Pseudophilosophia,clxxxv.
Psychagogos,cxciiii.
Publica religione cõsecrati qui vulgo canonisati,clxxvi.
Purpuræ precium,xliiii.
Purpura dibapha,ibidem.
Purpura ignota,xliiii.
Purpura insigne imperatorum Romanorum,xliiii. Sumitur pro magistratu summo ,ibid
Purpura dibapha,clxxix.
Purum probum aurum,cxcii.
Pustulatum argentum,lxii.
Putei ab Annibale incohati, folio xcii.

QVadrans vas & nũmus, folio x.
Quadrans,xxxiiii.
Quadrans & Teruncius,cxlix.
Quadrantalis aspectus,vi.
Quadratus aspectus,vi.
Quadrantal,cxlv.
Quadragies sestertium, xxxix.
Quadragies millies sestertium, folio xcviii.
Quadringenta sestertia & quadringenta millia,xxviii.

Quanti mille nūmū æstimari debent. xxxviii.
Quanti auri libra Romana æstimetur. lxi.
Quanti Plinius commentarios suos de na. hist. vēdere potuerit. lxxx.
Quartarius bis. cxlviii.
Quaterdecies &c. xciii.
Quære peregrinum. clxxxviii.
Quæstores. clxxxii.
Quinarius nummus. xxxiiii.
Quinquiesdecies. xciii.
Quīquagenaria ăphora. cxlvi.
Quingenties sestertium. xxx.
Quinquuncialis herba. iii.
Quinquuncialis ordinū ratio. & Quincunx. x.
Quirito. lvii.

RAtiocinatio animaduertenda. fo. li. in fine. Rationum vtraq; pagina quid significet. clxxiiii.
Receptitius seruus. clxxxvi.
Recocti aulici. clxxiii.
Reddítus regni Franciæ. lxx.
Reddítus Ro. & Aegypti. xc.
Redímitum caput. cxcii.
Reges Persarum magni. cxv.
Regio nomine abstinuerūt prīcipes Ro. lxxxix.
Regina a Saba. cxiiii.
Regna quomodo sint in prouincias redacta. xci.
Regnum Assyriorum. cxv.
Relati inter díuos. clxxi.
Relati in album æternæ prouidentiæ. clxxiiii. & cxci.
Religione exolui. clxxvi.
Remora pisces clxxxviii.
Renunciari lætis auibus. clxxv.
Res omnis diuiditur in Assem & eius partes. iii.
Res tuas tibi habe cix.
Res alias agere. clxxxvi.
Renunciari magistratus. cviii.
Restibile vinetum. clxxvi.
Riuales. clxxxix.
Remorū longitudo in nauí philopatoris. clvi.
Romanorum publica & priuata opulentia. xxxix.
Romanorum luxus. xlv.
Romanorum tributorum summa ex Plutarcho. lx.
Romani ipii magnitudo. lxxii.
Romani imperii ratio. lxxv.
Romana arma in Aethiopiam penetrantia. lxxv.
Romanorum magistratuum in prouinciis commoda. lxxxii.
Romæ exornatio. lxxxvi.
Romanoꝝ cēſ9 & classes. cxxvi.
Romanorū numerus summus non vltra cētum milia. cxxvi.
Ro. prīscorum paupertas. cl.
Roscii in aula. clxxxviii.
Roscius mimus. lv. Eius salariū Romæ, ibidem.
Rude donati. ciiii.

SAba & inde regina. cxiiii.
Sacerdotes minores ære dominico fraudantur a potentioribus. clxxi.
Sacerdotes aulicoscarpit. clxxii
Sacræ res quare verborum phucum respuant. clxxxv.
Sacrosancta scripta. clxxxiiii.
Sacerdotiū opimū ī pōto. lxxxi.
Sacerdotía fidutiaria. clxxii.
Sacerdotiorum cōpetitores taxantur. cxxxix.
Sacrarium veritatis. clxxxvi.
Sacras prouincias ante tempus decessionis petentes. clxxxix.
Sacramento dicere. clxxvi.
Salamandra. cxxxvii.
Salinator vnde dictus. xc.
Samiis vasis nō lītādū. clxxxiiii
Sammauriana num Budæi. x.
Sapientía. xx.
Sapientiæ libri interpretis errata. clxxviii.
Sardanapali pyra & opes atq; exitus cxi.
Sarcta tecta. clxxvi.
Satytiscus & Satyriscorum ioci. fo. clxxxv. & clxxxviii.
Scalmus & ad Scalmū alligati. fo. clxxxviii.
Scamnum suppedaneum Persarum regis. ci.
Scarus piscis. xcvii.
Scauri magnificentia portentifica. lxxxv.
Scenicorum figurę, cvii.
Scenę decus proceres. cx.
Scenę seruire & populo, cx.
Schemata iii. iiii.
Scotina scripta. clxxxiiii.
Scripta antiquorum exquirenda & examinanda. cxxxi. ii.
Scrupulum
Scrupula & reliqua vocabula ponderum. iii. clxxiii.
Secare viam. clxxxi.
Sectæ philosophorum. clxxxix.
Sectores metaphorice. clxxxix.
Secularia & spiritalia quæ sint. fo. clxxxii. cxiiii.
Seculum aureum. cxcii.
Sedere in ordinibus. clxxv.
Selecti dii & iudices. cxliii.
Selibra panis cxxv.
Sementis ratio. ii.
Semiobulus vi.
Semissis aspectus. cxxxiiii.
Semisextariolus. lxxxv.
Semūcia venire bona. lxxxv.
Semuncia nummi. Senatorius census. xxix. xxxix.
Senatoribus salaria constituta adnotanda sunt xlvi.
Senat9 collatio ab Nerone exacta. xcvii.
Seneca prædiues appellatus ad Neronem accusatur. clxvi. cx.
Sequestres intra septa. cxlvi. cxlix.
Seria. cxc
Sermo ītetior & exterior. cci.
Seruare de cælo li.
Seruiliæ vnio. i.
Sescunx pro sexcuns. i.
Sescuplum & sexcuplum. i.
Sesostris rex superb9. cxvi. cxxi
Sesqui & sesculyxes. xliiii.
Sesquipendium. clxxvii.
Sessiones conciliorum. clxxvii. cxlix.
Sestans. x.
Sestertius as. & sestertius Pōd9. iii
Sestertii æstimatio. xi.
Sestertius & nūmus idē. xxiiii.
Sestertius denarius. xxiiii.
Sestertii quaterni in denario. folio xxvii.
Sestertia quadringenta & milia quadringenta. xxviii. xxvii.
Sestertia singula.
Sestertia centum & centies sestertiū quid differant. xxviii.
Sestertium decies &c. xxix. xxxiii.
Sestertium.

Seſtertio pro ſeſtertiorũ,xxxii.
Seſtertii ibidem.
Seſtertio quadragies ibidem.
Seſtertius,xxxiiii.
Seſtertiis centenis aureus æſtimatus,xxxiiii.
Seſtertium duodecies,xxxix.
Seſtertium centies,xxxix.
Seſtertii nota,lv.
Seſtertium centies &c.de quib9 locus aĩaduertendus,lxvii.
Seſtertia triginta,lxxix.
Seſtertium vicies & ſepties millies,xcv.
Seſtertiũ nouies millies,xcvii.
Seſtertii valor,cxxiii.
Seſtius Niger,cxxxvii.
Sexcunx,i.
Sexcuplum & ſeſcuplum,i.
Sextans,x.
Sextarius,cxxx.
Sextarius Romanus,cxxxiii.
Sextula,ii.
Sextus & ſexagenarius aſpect9, fol.vi.
Sextus & Clemẽtinus,clxxvii.
Siciliquum,ii.
Siclus,cxii.
Siclus apud Plinium cxx.
Siderati,cxciii.
Siliqua & Ceratium,ii,x.
Siligo,cxliiii.
Sylla viginti talentũ millia imperauit Aſiæ,lxxii.
Symbola clxxxiiii.
Similago & ſimila,cxliiii.
Symmoriæ,cxxvii.
Symmoritæ,cxxix.
Sympoſiacus antiquorum mos cxxxiiii.
Simulatio aulica,cxc.
Synclydes conuenæ,xciii.
Syria terrarum maxima,cxvi.
Siſyphidæ,clxxxvii.
Sitometrium,cxlii.
Soli mira fertilitas,146.166.
Luteciani,clxvii.
Solidus,clviii.
Solomonis ſymbola,clxxxiiii.
Solomonis philoſophia,cxx.
Solomonis ad Vaphrẽ Aegypti regẽ epiſtola,& tẽplũ,cxii.
Solomon,clxxviii.
Solomon encyclopædiam noſtrã,fol.clxxxi.
Solomon triſmegiſtus,clxxxv.
Solonis drachma & menſuris vtuntur Pariſiẽſ. cxlviii.
Sophophilos,clxxxviii.
Sordes reorum,xxi.clxxxii.
Sordibus vultus excuſſis præſe ferre ferociam: eſſe in ſordibus,fol.ccii.
Soríces prætorii,xlvii.
Sorites,clxxxviii.
Specilla,clxxxviii.
Spes ambitioſorum, clxxxix.
Spintriæ,clxxxvii.
Sportula cẽtũ q̃drãtes,cxlix
Stater.ii.cxiiii.clxvii.
Stater aureus Atticus,lx.
Stater multiplex. Cyzicenus atticus perſicus &c.clxviii.
Stater Lyſimacheus,ibidem.
Stilo exigere,ccii.
Stipẽdiũ medicorũ Rõę,xlv.
Stipendium,cliii.
Stipendiũ militare,clv.clxix.
Stipendia facere mineruæ & æra non merere,cxli.
Stipendia emerita,cxxxix
Stipendia implere,clxxxvi.
Stomachus ꝓprie dict9,148.
Studiorum qui tenor tenendus,clxxxiii.
Sub vexillis retineri,clxix
Subciſiuum,ii.
Sublimipetę,clxxxiii.
Suetonii locus,xxiii.xxxii.
Sũetonii locus emendatus,85.
Vide Tranquilli.
Sufflamen,clxxxvii.
Suffragiũ prę̃rogatiuum,cci.
Suffuſio oculorum,clxxiii.
Summa pecuniæ a Pompeio in ærarium illatæ,lxxi.
Summa opum Perſicarum captarum ab Alexãdro,xcix.
Summus atrienſis domini,i.põtifex maximus,clxxii.
Summum bonum,clxxx.
Sũmũ ius,183.Sũptuariæ leges,
Supraq̃,liii. cxlix.
Supremus diſceptator & iudex Chriſtus,clxxviii.
Suſa & ſuſiani theſauri,xcix.
TAbularũ pictarꝫ p̃cia,47.
Taciti locus,xxxii.
Tacitus ſcriptorum vecordiſſimus,cxix.
Talentum,xlviii.
Talentum babylonicũ,lxxxvii.
Talentum euboicum,xlviii.
Talentum hebraicum,cxx.
Talentum magnum,& Talentũ ſecundum Victruuium,xlix.
Talẽti mẽtio apud Ro. & Talenti æſtimatio ære noſtro,i. Gallico,fol.eodem a tergo.
Talentũ non vnum tantũ apud Hebræos,cxiii.
Talenta auri & argẽti non fuerunt æqualia,cxiii.
Talenti ſignificatio,cxiiii.
Talentum nummarium & ponderale,cxiiii.
Talenta omnia ad formulã vnã redacta,primo talentum Atticum,lxxxviii.
Talentum euboicum ibidem.
Talentum pro ſiclo.cxii.
Talthybius domini & Talthybiadæ qui ſint,xv.
Talthybius & talthybiadæ iterum,fol.cxv.
Tarius ruffus,clxx.
Tectorium opus,clxxxvii.
Tele,cxxviii.
Telephium vulnus,xxi.
Teletarches Chriſtus,clxxii.
Tẽpli Solomonis impenſæ,cxii
Templũ Solomonis fuit typus eccleſiæ Chriſti,clxxxvi.
Tertuliani locus memorabilis de chriſtiana re,cxx.
Teruncius,xxxiiii.
Teruncius & quadrans,cxlvii.
Teſſera & cubus,cxxii.
Teſſerę hoſpitales,clxxvii.
Teſſerę veniales,clxxvii.
Canones Leſbiæ ſtructuræ. fol.clxxxiiii.
Teſtamenta rupta agnatione poſthumorum,clxxiiii.
Teſtamentum domini in procinctu nuncupatum, clxxiiii.
Tetartemorion,v.
τεταρτημόριον & τριτημόριον. τρίμοιρον & τρίτον,x.
Tetradrachmum,xlviii.
Tetradrachmum,clxvii.
Tetrobolum,cl.

Thalamegos nauis fluuialis Philopatoris,clviii.
Tharseis,cxiiii.
Theatrum metaphorice,cvii.
Theoria,clxxvii.
Theramenes aulici,cxcv.
Theriotrophium,liiii.
Thesauri Susiani,xcix.
Theseia amicitia,clxxxviii.
Threnodiæ,clxxii.
Thucydides ab exilio reuocat ob historiã quã cõdidit,xlvi.
Tibicines,clxxvi.
Tiridates rex & eius aduentus Romam,xcvi.
Tympana publicæ famæ pulsare,fol.cxi.
Togati & infulati,ccii.
Tollenones,lix.
Tollere manum de tabella nescire,fol.lxvi.
Torquatus tricõgius,cxxxvi.
Tracti de cœlo,clxxvii.
Tranquillitas animi,clxxxvi.
Trãquillus de christianis,cxcix
Tranquilli locus,xxix.vide Suetonii.
Trãquil.loc.emẽdatus,lxxxv.
Translatitium,xxxvi.
Translatitium iterum,ccii.
Trecena pondo Romana,xcii.
Tribules,cxxix.
Tribunitia potestas,cli.& intercessio,clxxviii.
Tributũ Romæ pro modo sensus conferebatur,xc.
Tributorum po.Ro.summa ex Plutarcho,lxx.
Tributum Iudaicum,clxvii.
Triclinarium Babylonicorum insigne precium,xliii.
Triens vas,x.
Trierarchiæ munera, cxxvi. lex,cxxix.
Triẽtalis & triquetrus & tetragonus aspectus,vi.
Triobolum & hõ trioboli,cl.
Tripatinum,xcvii.
Tripudium solistimum,cxcix.
Triremes & quinqueremes & vlteriora vocabula nauium, fol.clvi.
τριτεύς,cxxxix.
Tritici ĩ Africa fertilitas,clxiiii
Tritici pondus,cxxxiii.
Triũuiralis partitio,lxxiii.
Triũncis,xxxiiii.
Troianus porcus,liiii.
Tropꝰ multiplex oſonis,clxxvii
Turditania eadem quæ & Betica,fol.xcii.
Turdus vocalis,xxxvi.
Tutelares regni virtutes,cc.

VAdes locupletes,clxi.
Vadimoniũ fati,clxxxvi
Vaphris Aegypti rex,cxii.
Variana clades,lxxvi.
Varronis locus,cliiii.
Vasorum nomina,x.
Vasa argentea,lxxviii.
Vasarium,lxxxii.
Vcalegon,cvii.
Vectores,cxciiii.
Velites & velitari,ccii.
Venationes,xl.
Venditare fumos,cvi.
Venialia donatiua,cci.
Vænire semuncia alicuius bona,lxxxv.
Ventriculus,cxlviii.
Verris furta,xxii.
Verrinæ Ciceronis tertiæ locus,xxxi.
Veritas historiæ ab Aegyptiis & Chaldæis quęrẽda,cxviii.
Veritas apud Iudęos sedem habuit ante aduentum domini, cxx. Ignota priscis,cxx.
Veritas cõtubernalis hominũ, fol.clxxvi.
Veruactum aruum,cxxv.
Versuris auctorare obæratos, fol.cix.
Vespasianus tributis & vectigalibus grauis liberalissimusq; fuit,xcviii.
Vestæ ignis,clxxi.
Veterani,clxix.
Via regia Persarum,xcviii.
Vicies & septies millies sestertium,xcv.
Victimæ inauratæ,clxxxix.
Vina diffundi,cxlv.
Vina ferre annos,clxxiiii.
Vinea domini,clxxvi.
Vinearum precia,clxv.
Vini pcitũ apd antiquos,163.
Vinum opimianũ de quo locus Plin.explicatus,clxi.clxiiii.
Virgilii versus aurei,lxxx.
Virgilii census,lxxxi.
Vitæ huius gloria,clxxxi.
Vitellii patina,xcvii.
Vitellius & eius cœna,xcvii.
Vitellianus luxus,xcvii.
Vitem tenentes,clxxi.
Vitis aurea,ci.
Vitiũ aut vinetorũ cultus,163
Vitium obuenire,cci.
Vitruuii locus restitutus,xcv.
Vitruuii locus molestiss.cliii.
Vlyxis socii,clxxxiiii.
Vncia auri quanti sit,lxi.
Vncia in mensura,cxxiii.
Vnciales literæ,iii.
Vniones Cleopatræ & Seruilię & de vnionibus plura,li.
Vnio seu margarita Cleopatrę reginæ,xxxix.
Vnio Seruilio datus ad Cæsarem rediit,lii.
Vranognomon,clxxvi.
Vranophron,cxciiii.
Vranopolis,clxxxiiii.
Vranoscopus,cxciii.
Vrna,clxviii.
Vsura cẽtesima & oli mẽstrua, 24.Vsura sesqcẽtesima,xxv.
Vsuras concernens locus.Her.
Barbari,xxiiii.
Vsuræ species,xxvi.
Vtraq; rationũ pagina.clxxiiii
Vociferatus confusus,cx.
Vocabula multa iam diu non intellecta,xi.
Vocabula locorum,cxv.
Vocabula mensorum,ii.
Vocabula pecunię signatæ,x.
Vocabula vasorum,x.
Volones,clxxxii.
Vulcani vincula,clxxxviii.
ἡμίεκτον,cxxxviii.
ὁλκὰς,xxviii.

XEnagogi,cxciiii.
Xenomania,ciiii.
Xerxis Persarꝝ regis classis,clv
Xestes,cxlviii.
Zoroastres,cxviii.

FINIS.

ASSIS PARTES SVNT QVADRANS, TRIens, ſemis, bes, & dodrans, & alię enumeratę in lege ſeruũ: ſub titulo de hęredibus inſtituẽdis: libro duo detriceſimo Pandectarum: quo in loco male ſexcuns legitur per x, in priore ſyllaba, & ꝑ s, in poſteriore: inuerſa orthographia: quũ viceuerſa ſeſcunx & ſeſcũcia vnciã ſignificet & vnciæ dimidiũ, qui error etiã in ſeſcuplo inualuit, pro quo vocabulo ſexcuplũ per x, plerũq; legitur in exẽplaribus: errore haud cõtẽnẽdo. Eſt enim ſexcuplũ quod ſexies id capit ad quod relationẽ habet, græce hexaplũ appellatur: vt ſenarius ſexcuplus eſt ſingularis numeri. at ſeſcuplũ per ſ, ſcriptũ: quod & ſeſquiplũ dicitur: numerũ hemioliũ ſignificat, qui latine etiã ſeſquialter appellatur, vt quũ dicim⁹ ſenariũ ſeſquiplũ eſſe quaternarii. cõtinet em̃ eũ totũ: & inſuper dimidiã ei⁹ partẽ. Eadẽ ratione ſeſcunx & ſeſcuncia hemioliã rationẽ ad vnciã habet: & ſeſquipes ad pedẽ. Hęc autẽ omnia vocabula ab vncia declinata, per x in fine ſcribẽda ſunt, vt quincũx, ſeptunx, deunx, licet hoc perraro a librariis obſeruatũ ſit. Hoc aũt ex eo intelligim⁹: q᷑ x, recti caſus in genitiuũ per c, exire ſolet: vt phœnix phœnicis, felix felicis. Sic igitur deuncis & ſeptũcis genitiui deunx & ſeptunx rectos ſuos expoſcũt. Porro ſeſqui vocabulũ in appoſitione inuẽtũ pro hemiolo accipiẽdũ eſt, qđ ꝑinde eſt ac ſi dicas, tãtũdẽ & ſemis. Cicero in libro de Oratore perfecto. Pes (inquit) qui adhibetur ad numeros partitur in tria, vt neceſſe ſit partẽ pedis, aut æqualẽ eſſe alteri parti, aut altero tãto, aut ſeſquimaiorẽ: ita fit æqualis dactylus, duplus iambus, ſeſquipæon. ſeſqui appellauit pæona: quia pes omnis pæon lõga vna ſyllaba & breuibus tribus cõſtat. at lõga ſyllaba in tẽporũ metricorũ ratione duas breues æquare dicitur. ita fit, vt tres breues lõgã vnã dimidio ſuperẽt. nã ternarius ad binariũ relatus ſeſquialterã ꝓportionẽ habet. Quomodo igit̃ dactylus æqualibus partibus cõſtat, quia prima lõga duab⁹ breuib⁹ ęqualis eſt: ſic pęon alterã partẽ dimidio maiorẽ habet. Iãbus etiã altero tãto maiorẽ, hoc eſt duplã. breuis em̃ ſyllaba lõga eſt dimidiata. Fortaſſe aũt illa verba Ciceronis ſic legerent̃ rectius: aut altero tãto maiorẽ, aut ſeſqui: hoc ſenſu, vt pes altero tãto maior, in ſecũda ſui ꝑte, ſit duplus: qui aũt nõ altero tãto, ſed dimidio maior eſt, ſit ſeſqui, ad priorẽ ꝑtẽ poſteriore parte relata: nõ aũt ſeſqui maior: qa ſeſquiplũ min⁹ eſt duplo. Locus aũt Ciceronis ꝑpoſtere lectus viros doctos haud ita pridẽ in errorẽ ꝓtraxit. In cõpoſitione aũt ſeſqui itidẽ dimidio maius ſignificat: qđ grẽco vocabulo hemiolium a noſtris etiã appellatur, vt ſeſquipes, ſeſquicubitus, ſeſquidigitus, ſeſquiiugerũ. vnde ſeſquipedalia tigna apud Cęſarẽ. hoc eſt pedis vnius & dimidiati, qđ ad craſſitudinẽ referẽdũ eſt, & apud Horatiũ: ſeſquipedalia verba & ſeſquimẽſis, mẽſis & ſemis. Hoc aũt ſeſqui ſignificat ſiue cũ vocabulo cõponat̃ mẽſurã aut numeri aut tẽporis aut modi ſignificãte ſiue etiã cũ alio quocũq; vocabulo, vt ſeſquiopera apud Columellã. & ſeſquiplaga apud Plautũ & Tacitũ, & ſeſculyxes in prefatiõe Plinii quo verbo ſi recte emendatũ eſt (nã eius verbi Plinii veſtigiũ nullũ in antiquis exẽplaribus

Aſſis partes.

Sexcuns.

Seſcunx.

Sexcuplũ.

Seſcuplum.

Seſqui.

Seſqui.

Seſculyxes.

Plínii extat) ego hominẽ ſumme aſtutũ & veteratorẽ plane expolitũ íntel
ligo. fit eius vocabuli mẽtio apud Noniũ. Tacitus lib. xv. Et ille multum
tremẽs quũ vix duobus íctibus caput amputauiſſet, ſequitiã apud Neronẽ
iactauit, ſeſquiplaga interfectũ a ſe dicẽdo. Plautus ĩ captiuis. Inde porro
ibis ĩ latomias lapidarias: ibi quũ alii octonos lapides effodiũt, niſi quoti
dianus ſeſquiopus effeceris, ſexcentoplago nomẽ indetur tibi. hoc eſt niſi
tu duodenos effoderis. Seſqui Greci nõ habẽt quo modo vno vocabulo ſi
gnificẽt. nec ideo minus elegãter id exprimũt, hoc modo loquẽtes, vt De
moſthenes, κ) Διοκρίνου τῆ τῶ ἀργυρομάχου οἰκία ἐβδόμη ἡμιμναῖα τότῳ ὧδ' ἀποφοδωκήτῳ.
Cũ ſeſquiminã dicere vellet τρία ἡμιμναῖα dixit, hoc eſt, tres ſemimínas. Sic
Xenophon ἡμιδαρεικὰ pro ſeſquidarico dixit. τῆς στρατιώτας ἐφίκοντο ἡμιόλιον
τὸν μισθὸν ἀντὶ δαρεικοῦ ἡμιδαρεικά. Militibus ſeſquipẽdiũ dedit, vel ſeſquiplum
ſtipẽdiũ, & pro darico ſeſquidaricum pepẽdit. Et in œconomico τρίημιτόδιον
ſeſquipes, vt πενθημιτόδιον duo pedes & ſemis, hoc eſt quinq; ſemiſſes. Cẽte
rũ ſeſquitertiũ, ſeſquiquartũ, ſeſquioctauũ, & alia q̃ in ꝓportionibus ſigni
ficãdis vſurpãtur: & antehac, nõ modo a mathematicis, ſed etiã a doctiſſi
mis viris frequẽtata ſunt & ꝓlata: recte nec ne, & latine dicta ſint an ſecus,
alterius eſſe inſtituti nũc duximus. Scio emm eſſe qui improbẽt: qb⁹ ego nõ
aſſentior, cũ Cicero ex Platone Timei locũ repetẽs vti nõ dubitarit. Verũ
(vt dixim⁹) vt ſequunx ſic etiã ſeſquũcia dicit: & deunx, & deuncis ĩ recto,
& as & aſſis, & ſemis & ſemiſſis, bes & beſſis. Varro lib. primo de lingua
latina aſſem ab ære dictũ eſſe putat: as emm & libra & põdo idẽ ſignificãt.
vnde aſſipondiũ & dupõdius, ab aſſe fiũt: treſſis, quadraſſis, nonuſſis, &
decuſſis, ꝓ trib⁹, quatuor, nouẽ, & decẽ aſſib⁹: & rurſus ꝓ binis decuſſib⁹
viceſſis: & triceſſis ꝓ trib⁹. hoc eſt tricenis aſſibus: & cẽtuſſis ꝓ denis de
cuſſibus. quo maius æris apud antiquos vocabulũ nullũ fuit: Perſius, Et
cẽtũ Grecos curto centuſſe licetur, id eſt centũ aſſibus. Deciſſem Victru
uius pro decade accipit lib. iii. his verbis, Platoni placuit denariũ numerũ
ea re perfectũ, q̃ ex ſingularibus rebus, q̃ monades apud Græcos dicũtur
perficit decuſſis, quę ſimul ac vndecim aut duodecim ſunt factę, quot ſu
peraueĩnt nõ poſſunt eſſe perfectę donec ad alterũ decuſſim peruenerint.
Alibi ꝓ decuſſatione accipit libro. x. quo in loco de cochlea, id eſt organo
loquẽs ſic inqt, Ita quo loci deſcribũtur lineę, quę ſunt in lõgitudine ſpe
ctãtes, faciẽdę decuſſationes. & in decuſſationib⁹ finita pũcta. his ita emẽ
date deſcriptis ſumit ſaligna tenuis: aut de vitice ſecta regula, quę vncta
liquida pice figit in primo decuſſis pũcto, deinde traiicit oblique ad ince
dẽtes lõgitudines & circuitiones decuſſiũ. Decuſſes & decuſſationes Vi
ctruuius vocat rectas & exactas diuiſiones complanatorũ capitũ tigni &
exaſceatorũ, quę decuſſatio fit ductis lineis quatuor ad centrũ complanati
tigni ſeſe interſecãtib⁹, ita vt lineę areolas octo faciãt trigonas, quas vul
go facies appellam⁹ ob id octãtes ab eodẽ auctore dicunt. Hoc aũt facile
eſt intelligere: ſi qs ꝓ ambitũ teretis materię, & in duob⁹ ſummis capitib⁹
lęuigatę cõplanatęq;, iiſdẽ ſpatiis octo pũcta adnotet: & a pũcto ad pũctũ
obuerſariũ perpetuã lineã ducat, ſic emm fit: vt omnes lineę per centrũ pla
nitiei trãſeãt, & ſimilitudinẽ ſtellę reddãt. Pli. lib. xviii. de ventorũ obſer

As.
Libra.
Pondo.

Centuſſis.
Perſius.

Decuſſis.

uatione loquēs:Obſeruato ſolis ortu quocūq; líbeat díe ſtātibus hora díeí ſexta ſic vt ortū eū a ſiníſtro humero habeāt,cōtra mediā faciē meridíes, a vertíce ſeptētrío erít,quí íta límes ꝑ agrū currít,cardo appellat'.Circūagí deínde melíus eſt,vt vmbrā ſuā quíſq; cernat:alioqn poſt hominē erít.ergo permutatís lateríbus,vt ortus íllí⁹ díeí a dextro humero fíat:occaſus a ſiní ſtro:tūc èrít hora ſexta quū mínímavmbra cōtra mediū fíat hominē ꝑ huí⁹ mediā lōgitudínē ducí ſarculo ſulcū vel cínere líneā:verbí gratía pedū.xx. cōueníet,mediāq; mēſurā.hoc eſt ī decímo pede círcūſcríbí círculo paruo, quí vocetur vmbílícus,per hūc mediū trāſuerſa currat alía línea: hæc erít ab exortu æquínoctíalí ad occaſum æquínoctíalē, & límes quí íta ſecabít agrū decumanus vocabít'.ducātur deínde alię duę líneę ín decuſſeís oblí quę,íta vt a ſeptētrionís dextera lęuaq; ad auſtrí dexterā lęuāq; deſcendat, oēs ꝑ eūdē currāt vmbílícū,oēs ínter ſe pares ſínt,omníū paría ínterualla. Quí hūc locū Plínií íntellígít,quíd ſít decuſſare optíme nouít.Q; ſí quís Plíníū eo ín loco nō facíle íntellígít:vídeat Vítruuíū líbro prímo.& octo gonū ſchema apud eū decuſſatū.Quo ín loco de collígēdís vētorū flatíb⁹ loquítur. Verum quādoquídē eū ín locū Plínií íncídímus,obíter duo eius verba emendāda duxímus,íd quod ín hoc opere ſępenumero faciemus, ſic em̄ fert ínſtítutí operís ratío,vt nō cōtemnēdū operępreciū facturí vídeamur,ſí ín huíuſmodí díuertícula caſtígatíonū modice euagemur : nec ſí íd facere ant nolímus aut nequeam⁹,curſum ínoffenſum tenere tractatus híc noſter poſſít. Quādoquídē ígítur in eā neceſſítatē íncurrímus nonnūq; líbrorū caſtígādí,& eodē legentíū vtílítas nō parua nec ſíne quadā oblecta tíone cōpetítura vídetur: Age vídeamus an ab hoc loco haud abſurde auſpícaturí vídeamur,quí vt ſílētío fortaſſe ꝑterírí potuít ſíne pręuaricatío nís nota:ſíc íta obtuliſſe ſe vídetur,vt vítío vertí nobís nō poſſít,quaſí occaſionē eíus quęſierímus. ſequítur em̄ verba Plínií ſupradícta cōtínuo híc verſus.Quę ratío ſemel ín quoq; agro ineūda erít vel ſępíus ſí líbeat,íta ví tę ligno faciēda regulís parib⁹ ín tympanū exíguū ſed círcínatū adactís . Sic in oībus ímpreſſís líbrís legítur:cōníuēte etíā Hermolao Barbaro Plínií caſtígatore,ego ex antíquís ſíc reſtítuēdū puto,vel ſępíus,ſí líbeat vtí, e ligno faciēda regulís paríbus.quorū verborū aptus eſt ſenſus . Decuſſís ſígnífícatíonē Columella quoq; clare ſígnífícat líbro.v.de íugata vínea loquēs.Fere aūt ꝑdícta ætas lęto ſolo trūcoq; tres materías,raro quatuor deſíderat,quę ꝑ totídē parteís ab allígatore díuídí debet:níhíl em̄ refert íugū ín ſtellā decuſſarí atq; díduci,níſi & palmites adíūgātur.Decuſſare ꝑ prie ꝑ mediū ſecare ſígnificat,íd qđ oſtēdít Cícero ín líbr.de vníuerſítate quū ínqt.Hāc ígít' oēm cōíūctionē duplícē ín lōgitudínē díffídít medięq; accōmodās mediā quaſí decuſſauít.Plena em̄ decuſſatío fít cū lítera x, ín ſeípſam trāſuerſa incídít,vt ex eo loco Platonís íntellígēdū dat' quē Cícero latínū fecít.Martíanus de coluris loquēs ín.víí. Alíí a cardíne meridíano incohamēta círculí perhíbētes, eūdē ꝑ arctícū verticē vnde ortus eſt, denuo retulerūt , quí qdē alíū ab ortu círculū decuſſantes:ín quatuor quadras mūdí ambítū díſcreuerūt.Et decuſſatím apud eūdē ín prí. Hínc roſis decuſſatím vínculatís ſertata cōtextío. Poſt vncíā ſequūtur ꝑtes vncíæ,vt

Decuſſare.

Plí.locus.

Decuſſare.

Semuncia. Sextula. ſemuncia id eſt dimidium vncię:& ſextula , ſexta pars vncię:verbũ etiã in teſtamẽtis vſurpatũ.Cicer.p Cecinna. Teſtamẽto facto mulier moritur: facit hęc hęredẽ ex deunce & ſemũcia Cecinnã,ex duabus ſextulis M.Fulciniũ libertũ ſuperioris viri,Ebutio ſextulã aſpergit.Hęreditatẽ.i.aſſem his verbis Cicer.in deuncẽ,ſemũciã,& tres ſextulas diuiſit. ex quo liquet ſextulã tertiã eſſe partẽ ſemũcię,& vncię ſextã.duas ſextulas dixit p tertia parte vncię,quũ tamẽ aliud vocabulũ latinũ haberet:duellã ſcilicet.nã

Duella. duę ſextulę duellã faciũt:q̃ tertia pars eſt vncię . hoc eſt ſexta & triceſima

Drachma Siciliquũ Scrupulũ Gramma. toti⁹ aſſis.Poſt hęc ſequit drachma octaua pars vncię:quæ ipſa geminata ſiciliquũ efficit:aſſis duodeqnquageſimã.drachma in terna ſcrupula diſtribuitur,q̃ a gręcis grãmata.i.literę ideo dicunt,p quatuor & viginti literas Gręci in alphabeto ſuo habẽt,quot vncia ſcrupulos capit,& dies ciui

Semiobolus. Vocabula mẽſorum. lis horas.Scrupulũ rurſus in binos obolos diuidit,vt obolus in binos ſemiobolos.vltra has minutias nullũ eſt vocabulũ facile Latinis vſurpatũ. Itaq; menſores poſt mẽſuras maiores (de qbus ipſis ſatis late in Annotationib⁹ noſtris dixim⁹) ad pedẽ deſcẽdẽtes & palmũ,nec habẽtes quomodo palmũ cõmode diuiderẽt(vt author eſt Boethius)id qđ inter palmũ &

Stater. digitũ mediũ erat,vnciã vocare iſtituerũt, ſecũdo loco digitũ,tertio ſtatere,id eſt ſemũciã,quarto quadrãtẽ,quinto drachmã,ſexto ſcrupulũ, ſeptimo obolũ, octauo ſemiobolũ,quẽ Gręci ceratiũ vocãt,nono ſiliquã,deci-

Ceratium Siliqua. mo loco pũctũ,vndecimo minutũ,duodecimo momẽtũ poſuerũt.Alii ſiliquã latine putãt eſſe id qđ Gręci ceratiũ dicũt.hoc eſt ſiliquę fructus granũ.ſiliqua in Italia naſcit hodie quoq; lõgitudine digitali,latitudine pollicari, vt auctor eſt Plin.intus habet grana, q̃ ſena ſingula ſcrupula pẽdẽt.

Pedis diuiſio hoc eſt diobolũ.Pes igit in duodenas vncias partit,dicimuſq; ſemiſſem,p ſex pollicibus vt noſtrates loquũtur.i.octo digitis.Spithame gręco vocabulo dicit mẽſura digitor⁹.xii.hãc noſtri dodrãtẽ appellare ſolẽt.palmus quaternos digitos ſignificat,& alio noie quadrãs vocat.eadẽq; ratio in reliquis ſeruat,vt in triẽte & beſſe,quor⁹ ratio facilius pollicũ vſu q̃ digitorũ iniri poteſt,vt triẽs quaternos pollices ſignificet,& bes octonos.& itidẽ in minutiis.eſt emi pollex medius inter palmũ & digitũ,quã vnciã Boethius a mẽſoribus vocitatã eſſe dicit.Varro libro primo Rerũ ruſticarũ.

Iugerum. Iugeri (inqt) pars minima dicit ſcrupulũ.i.decẽ pedes , & lõgitudine & latitudine quadratũ.ab hoc principio mẽſores nõnũq̃ dicũt i ſubſiciuũ eſſe vnciã agri aut ſextãtẽ.Hoc pugnare videbit cũ antedictis,niſi itelligam⁹ vnciã agri duodecimã partẽ iugeri intelligi: vncię aũt quartã & viceſimã ſcrupulũ eſſe. hoc eſt drachmę tertiã,qua ratione fit, vt ducẽta octoginta octo ſcrupula ſint in iugero,quę ſi cẽtenario multiplicẽtur (hoc eſt denis quoquouerſus pedib⁹,ex ſentẽtia Varronis ſupradicta) duodetriginta pedũ quadrator⁹ millia,& octingẽti pedes fiẽt,q̃ eſt mẽſura iugeri.Varronis igitur verba ita intelligẽda ſunt,vt ab vncia agri ad vltimã minutiã deſcẽdatur,quã vult eſſe ſcrupulũ.hoc eſt ducenteſimã & octogeſimã octauam partẽ iugeri,& iugerũ ducẽteſimã partẽ cẽturiæ.Rurſuſq; a ſcrupulo quali metiẽdi initio ad vnciã peruenirí & ſextantẽ & alia menſurarũ maiorum

Subſiciuũ. vocabula.Subſiciuũ autẽ verbũ eſt menſorũ vt alia permulta, quorũ Boe-

thius in geometria meminit, Columella vero libro. vi. iugeri partitionem faciẽs minutias a dimidiato scrupulo incohãdas esse cẽset. sic eñ inquit. Vt a minima autem parte iugeri, id est ab dimidio scrupulo incipiã, pars cclxxxviii. pedes efficit quinquaginta, id est iugeri dimidiũ scrupulũ. Verũ numer⁹ eo in loco corrupt⁹ est. nõ eñ pars, cclxxxviii. sed pars. dlxxvi. legẽdũ est, sic eñ recta calculi ratio exposcit, & facile est ex Varrone intelligere & ex iis quę apud eũdẽ Columellã sequũtur: q̃q̃ & ipsa corruptissima sunt. sed hoc modo emẽdata totus locus ille sic legendus. vt a minima parte, id est a dimidio scrupulo incipiam⁹. pars. dlxxvi. pedes efficit. L. id est iugeri dimidiũ scrupulũ. pars clxxxviii. pedes. C. hoc est scrupulũ. pars cxliiii. pedes. cc. hoc est scrupula duo. pars. lxxii. pedes. CCCC. hoc est sextulã in qua sunt scrupula quatuor. pars. xlviii. pedes. dc. hoc est sicilĩquũ in quo sunt scrupula sex. Reliqua q̃ sequũtur eo in loco emẽdata fere sunt. Columella igit᷑ minutias a semiscrupulo incohãdas esse cẽset. nã vlteriores (inqt) persequi supuacuũ est pro quibus nihil depẽditur mercedis, sed superiores tãtũ partes cadũt in æstimationẽ facti operis: de mercede fossorũ & agricultorũ intelligẽs. Ordo igit᷑ huiusmodi est, vt a dimidio scrupuli ad scrupulũ transeat, a scrupulo ad sextulã, in qua sunt scrupula quatuor. idẽ est eñ scrupulũ qđ grãma, quarta & vicesima pars vncię, & sextula sexta pars. Porro a sextula trãsitũ facit ad sicilĩquũ id est scrupula sena. nã drachma geminata sicilĩquũ efficit. quare sicilĩquus quarta pars est vncię, a sicilĩquo ad semunciã progreditur, in qua scrupula duodecim. ita ad vnciã & ab ea ad sextantẽ, deinceps ad quadrantẽ trientẽq; & quincuncem vsq; dũ ad assem, id est iugerũ perueniat. hic est eorũ verborũ ordo sursum versus, & viceuersa deorsum, id est ab asse ad semiscrupulũ. Vncia autẽ a Boethio nõ pro duodecima iugeri parte, sed pro digito ac triẽte digiti accipitur, quẽ pollicẽ nostri vocãt. huiusmodi autẽ vncia pedẽ habet ,ꝑ asse. & eã nõ agricolę sed mensores & geodętę secuti sunt, quorum olim apud Romanos ars fuit celebrata, & vocabula artis propria, q̃q̃ ea sit alioqui ratio horum vocabulorũ vt omne corpus & res omnis deniq; in assem eiusq; partes diuidi possit. siquidẽ Vitruuius lib. iii. architecturę: senariũ numerũ in has partes diuisit, his verbis, Mathematici vero cõtra disputantes: eare perfectũ esse dixerũt numerũ qui sex dicitur, q; is numerus habet partiones eorũ rationibus sex numero conueniẽtes: sic sextantẽ vnũ. trientem duo. semissem tria. bessem, quẽ dimœron dicũt, quatuor. quintarium, quẽ pentamœron dicũt, quinq;. perfectũ sex. Ne autẽ scrupulosa hæc magis q̃ necessaria horũ verborũ enarratio videatur: veniamus ad exẽpla, vt ex iis intelligatur citra huius rei explanationẽ auctores linguæ latinæ perfecte intelligi non posse: magnumq; lumen rei literarię accedere hinc posse, & (vt spero) accessurũ. Columella libro. xiii. Ad prædictũ autẽ modũ musti adiici debẽt hi odores, myrrhę quincunx: calami pondo libra: cassiæ selibra: amomi pondo quadrans: croci quincunx. Plinius libr. xiii. de citrinis mensis loquẽs, qua in re non omittẽdum videtur Tyberio principi mẽsam quatuor pedes sextãte & sicilĩquo excedentẽ: tota vero crassitudine sescuciali, operimento conchylii & laminæ per medium vestitã fuisse. Quibus

De scrupulo & reliquis vocabulis.

Geodæsia. Res omnis in assem eiusq; partes diuiditur.

verbis Plinius mẽsam eã quatuor pedes lõgitudinis habuisse significauit, & duos prẽterea pollices & pollicis quadrantẽ. crassitudine vero sesquipollicem æquauisse. Idem ibidem: magnitudo amplissima adhuc fuit vni⁹ cõmissę ex orbibus dimidiatis duobus a rege Mauritanię Ptolemæo, quatuor pedũ & semipedis ꝑ mediũ ambitũ, crassitudine quadrãtali. Maiusq; miraculũ in ea est artis latẽte iũctura q̃ potuisset esse natura solidę, a Nomio Tyberii Cæsaris liberto cognomẽ trahẽtis, trib⁹ siciliquis infra quatuor pedes totidẽq; infra semipedẽ crassitudinis. Plinius crassitudinẽ quadrantalẽ dixit: quę quatuor esset digitorũ. lõgitudini autẽ quaternũ pedũ tres pollicis partes, id est dodrantẽ pollicis defuisse significat, & tantũdẽ semipedali crassitudini. Idẽ libro. xxvii. Asplenũ sunt qui Hermioniũ vocãt, foliis trientalibus multis, radice limosa, & rursus eodem libro, Inter omnes hẽrbas litospermo nihil est mirabilius, alii ægonychon vocãt, alii dioſporon. hẽrba quincuncialis fere, foliis duplo maioribus q̃ rutę. Quincuncialem hẽrbã appellauit minorẽ semipede, & septenũ ferme digitorũ, sequitur emẽ post paulo: iacere eã atq; humi serpere auctores tradũt. Idem lib. xxxiii. de lapide lydio loquẽs, Sũt autẽ modici quaternas vncias lõgitudinis, binasq; latitudinis nõ excedẽtes. Vitruuius lib. iii. Crassitudines autẽ graduũ ita finiẽdas censeo, vt neq; crassiores dextante, neq; tenuiores dodrãte sint collocatę: sic emẽ durus nõ erit ascẽsus. Dodrantẽ appellauit xii. digitos. dextantẽ decẽ pollices. Idẽ libro. v. Superq; laterculis bessalibus pilę struãtur: ita dispositę vti bipedales tegulę possint supra esse collocatę. Bessales dixit laterculos qui octo pollicum longitudinẽ habẽt. Liuius lib. v. ab vrbe condita, Terna iugera & septunces viritim diuiserunt. Septũces dixit ꝑ dimidiato iugero & duodecima parte iugeri. Tertii Regũ septimo, Crassitudo aũt luteris triũ vnciarũ erat. Pro quo secũdi Paralip. quarto legitur, Porro vastitas ei⁹ habebat mẽsurã palmi. Palmus aũt, vt alibi diximus, quatuor digitorũ est, & quadrans appellat. licet palmus pro dodrãte interdũ vsurpet. Hoc glossulariis illorũ librorũ diuinasse magis q̃ intellexisse videnẽ. quippe cũ diu⁹ Hieronymus in prefatione libri Iob, ita scripsisset, Habeãt qui volũt veteres libros vel in mẽbranis auro argentoq; descriptos, vel vncialibus (vt vulgo aiunt) literis onera magis exarata q̃ codices. Hęc inquã cũ enarraret interpres, vnciales literas esse dixit auri vnciã appẽdẽtes, vel auri vncia cõstãtes, ignarus videlicet horũ vocabulorũ significationis: vnciales emẽ literas Hieronymus intelligi voluit pollicis crassitudine exaratas. Parí ignorãtia & illa eiusdẽ prefationis verba imperiti rrãsmittũt. Obliquus emẽ (inqt ille) etiã apud Hebręos liber hic fertur, & lubricus: & (qđ Gręci rhetores vocãt) eschematismenos dũ qui aliud loquitur aliud agit. Qđ verbũ primę literę aphęresi acephalũ factũ est. vulgo enim e præcisa schematismenos in exẽplaribus lectitatur. Nicolaus Liranus Huguitionis auctoritate fret⁹ mirifice hoc verbũ enarrauit: veritas tamen hoc habet vt eschematismenos liber Iob ab eo auctore eleganter dictus sit qui figuris verborũ sententiarũq; variatus & quodãmodo velatus atq; adeo vestitus sit. Schemata enim. i. figurę duorũ sunt generũ. i. dictionis & sententię: sed quæ sententiarum dicuntur maxime in

Quincuncialis hęrba.

Vnciales literę.

Eschematismenos.

Schemata.

oratorio ſunt inſtrumento. Schemata enim a Grecis dicũtur quaſi geſtus quidã & cõfigurationes habituſq; orationis, quæ omnia propemodũ Cicero in.iii.de Oratore enumerauit, ſed ſimplici contẽtus nomenclatura, vt qui oratoris magis perſonã q̃ rhetoris & ſophiſtę in iis libris ſuſcepiſſet, quomodo & in libro de Oratore perfecto. quapropter Fabius quaſi Ciceronis enarrator, luculẽter & copioſe ex Ciceronis p̃ſcripto de figuris diſſeruit. Ex cuius verbis lib.ix. quid ſit ſchema diſcere facile poterimus: ſed ſi habitus quidã (inquit ille) & quaſi geſtus ſic appellãdi ſunt: id demũ hoc loco ſchema dici oportebit, qđ ſit a ſimplici ac in prõptu poſito dicẽdi modo poetice vel oratorie imutatũ. ſic em̃ verũ erit aliã eſſe orationẽ aſchematiſton. i. carẽtẽ figuris (qđ vitiũ nõ inter minima eſt) aliã eſchematiſmenen. i. figuratã. hactenus Fabius. Ex cuius verbis intelligim⁹ diuũ Hieronymũ vt literarũ bonarũ nõ ignarũ ſic plerũq; nõ diſſimulatorẽ, libri illũ Eſchematiſmenon. i. figuratũ ideo appellaſſe q̃ nõ ſimplici ac vulgari ſenſu res diuinas & in vera germanaq; philoſophia recõditas poſteritati tradiderit: ſed figuratoſtilo atq; a ſenſu cõmuni alieno & abhorrẽte, vt mirari nõ debeam⁹ ſi arcanę abditęq; doctrinę ſenſum qlibet nõ capiat, quẽ Hieronymus obliquũ ac lubricũ appellat ob dialogorũ ambagẽ. Cũ autẽ ſint poematis genera tria (vt fere auctores tradũt) dramaticum .i. actiuũ vel actuoſum: exegematicũ. i. enũciatiuũ, & qđ eſt inter vtrũq; anceps mictũ id eſt ex vtroq; mixtũ. Dramaticũ eſt in quo perſonę agũt ſolę abſq; vlla poetę ipſi⁹ & auctoris interlocutione: cuiuſmodi tragœdię ſunt & comœdiæ & quędã Vergilii bucolica. Exegematicum autẽ genus eſt in quo poeta omnia narrat ſine vlla perſonarũ interlocutione. In hoc omnia didaſcalico more & ſimplici tradũtur, vt georgica eiuſdẽ Maronis. Is igit̃ liber qui Iob inſcribitur, vel id poema potius (vt auctor eſt Hieronymus) dramatico & mimetico. i. imitatiuo charactere, cõſcriptus eſt. ſiquidem in eo perſonarũ actus videmus velut in ſcenã quãdã prodeuntiũ, nõ popularib⁹ oculis ſed philoſophicis inſeruientẽ. Porro cũ ſchemata exornandis poematis & orationibus inuenta ſint, eũ etiã prębẽt vſum, q̃ magis iis multo afficimur & permouemur, quę figurate nobis q̃ quę ſimpliciter & cõmuni ſenſu tradũtur, propter quod Fabius de vi figuratę orationis loquẽs: nã ſi frons (inquit) oculi, manus multũ ad motũ animorũ valẽt, q̃to plus orationis ipſius vultus ad id quod intẽdim⁹ cõficere cõpoſitus? Eſt em̃ figura ſicut nomine ipſo apparet, cõformatio quædã orationis remota a cõmuni & primũ ſe offerẽte ratione. Tranquil. in Veſpaſ. Amicorũ libertatẽ, cauſidicorũ figuras, ac philoſophorũ cõtumaciã leuiſſime tulit. Figuras Trãquillus appellat obliqua dicta, quę nõ recta & ſimplici ſententia, ſed obliqua p̃textaq; imperatorẽ ipſum taxabãt. Idẽ in Domiti. Hermogenẽ Tarſenſem occidit ꝓpter quaſdã i hiſtoria figuras librariis etiã q eã deſcripſe rãt crucifixis. Ruffinus cõtra Hiero. ſcribẽs: nã & ſanctũ (inqt) Ambroſiũ epiſcopũ qualibus figuris laceret, qualibus obtrectationib⁹ ſecet: in iis ipſis in quibus laudet Origenẽ, ex p̃fationibus ei⁹ edocebo. & Hiero. Ad Ruffinũ. Iã tuę moderationis eſt & tuorũ nullã occaſionem impatiẽtibus dare, ne nõ oẽs ſimiles mei inuenias q̃ poſſint figuratis laudib⁹ delectari.

Schemata.

Aſchematiſtos.

Eſchematiſmenos.

Poematis genera tria.

Dramaticũ opus.

Exegematicum.

Figura.

Figuratæ Laudes.

(inquit)locorum ignorantiã,ii qui ripheos montes & populos hyperboreos fabulati sunt,in hominũ existimationem venerunt & ipse Pytheas massilienſis mendaciter hęc scripsit,quę ad Oceani littus pertinent, illo vsus prętextu q̃ cælestium & mathematicarum rerum historiã scriberet. Martianus(quod miror)Plinium in hoc sequutus est his verbis in sexto.In Britãnia(inquit)noctes decem & septem horarũ:solstitiali vero tempore cum cæli verticem sol inuectus subiectas læuorsum terras perpetui diei continuatione colluſtrat.Itemq̃ brumali descensu semiannuam facit horrere noctem.quod in insula Thyle compertũ Pytheas Massilienſis asseruit. Pomponius Mella de his loquẽs lib.iii.ita inquit,In Asiatico littore primi Hyperborei super aquilonem ripheosq̃ montes sub ipso siderum cardine iacent.vbi sol non quotidie vt nobis,sed primum verno ęquinoctio exortus, autumnali demum occidit.& ideo sex mensibus dies:& totidem aliis nox vsq̃ continua est.Si verum est Plinii dictũ necesse est vt Mella auctor probatissimus ignarus sphericę rationis fuerit,& vnus eorũ quos Plinius in peritos appellauit.Enimuero in supradictis lapsum esse Pli.per rerum mathematicarum ignorantiam,vt persuadere mihi nolim,sic nequeã si velim. non enim rudimenta tantum mathematicarum artium perdidicisse Plinius videtur:id est sphericæ disciplinæ rationem:quam necessariam esse de situ orbis scribentibus Strabo nobilis geographus lib.primo docuit:Sed etiã astronomiam ipsam non leuiter attigisse: eiusq̃ asseclam dioptricam. nam absq̃ harum rerum peritia quonammodo stellarum erraticarum circulos, cursus,stationes,retrogressus,accessus terrę citimos, recessusq̃ vltimos, res omnino perplexas explicare inaudita breuitate quiret? Adde triplicem vmbrarum rationem luculenter ab eo scitęq̃ expeditam: nam solis lunæq̃ magnitudinem & eorum deliquia ecquis enarrare expeditius aut docere potuit? ambages certe lunares,& desultorii sideris mirificas vicissitudines, nec elegãtius quisq̃ priscorum,nec explanatius totidem verbis complecti potuisset, tametsi rursus in magnitudine lunæ etiam suo sibi testimonio reprehenditur:quum mucrone vmbræ terræ luna in deliquio obscuretur eodem ipso auctore,& ipse tamen lunam maiorem esse terra dixerit, quæ duo dicta colliduntur inuicem. sed sic sunt res mathematicæ.Neq̃ vero legitimam ipsam harum rerum scientiam nouisse tantum Plinius videtur:sed etiam genethliogorum commenta non ignorasse.id quod ex lib. eius septimo intelligere possumus,quo in loco de spatiis vitæ longissimis loquens:poscere(inquit)videtur locus ipse sideralis scientiæ sententiam. Epigenes. cxxii.annos impleri negauit posse: Berosus excedi.cxvii. durat & ea ratio quam Petosyris & Mecepsos tradiderunt, & trimorion appellant a trium signorum portione : qua posse in Italiæ tractu.cxxvi. annos vitæ contingere apparet. negauere illi quenq̃ nonaginta partium exortiuam mensuram quod anaphoras vocant transgredi,& eas ipsas incidi occursu maleficorũ siderũ.Quo in loco non trimorion vt male emendatũ est sed tetartemorion lego:ex antiquis exemplaribus in quibus artemorion legitur . Est autem tetartemorion græce qui latine quadrans dicitur , id est quarta pars signiferi circuli,hoc est tria signa.Ad cuius rei intelligen-

Plinij locus.

Tetartemorion.

tiã ſciendũ q̃ numerus duodenarius & aſtronomicis, & genethliacis familiaris & accõmodatus eſt. vñ & aſpectus quadrãtales obſeruãt & triẽtales ſextãtesq̃: hos duos extremos trinos & ſextiles vulgo vocãt. Quadrãtalis aſpectus, q̃ quadratus etiã appellat̃: fit p̃ triũ ſignorũ interſtitiũ, & gradus nonaginta. ob id nonagenarius appellatus. Plinius lib. ii. Martis (inquit) ſtella vt propior etiã ex quadrato ſentit radios ab nonaginta partib⁹, vñ & nomẽ accepit. Is motus primus & ſecundus nonagenarius dictus ab vtroq̃ exortu. Triẽtalis eſt aſpectus q̃ in quatuor fit ſignis, hoc eſt in tertia parte ſigniferi q̃ conſtat centũ & viginti gradib⁹. Hũc triquetrũ Pli. vocat. Sextãs aũt fit in ſexta parte ſigniferi hoc eſt. lx. gradib⁹ & ſignis duob⁹. ob id ſexagenarius dictus. Semiſſis aſpectus eſt qui fit per diametrũ, id eſt per lineã circuli dimetiẽtem. Hãc radiationẽ mathematici, i. Chaldęi minacẽ malignãq̃ eſſe dicũt: hæc fit a ſigno vno ad aliud ſignũ quod ab eo ordine ſit ſeptimũ: vt ab ariete ad libram. Triquetrus aſpectus id eſt trigonus qui triẽtem ſigniferi capit: quinto ſigno fit. vt (verbi gratia) in duobus ſignis quæ tãtum inter ſe diſtent, quãtum aries & leo. huiuſmodi radiatio læta felixq̃ eſſe dictitat̃. Tetragonus, id eſt quadratus fit in quarto ab eo a quo incohatur ſigno, id eſt ab horoſcopo, vt ab leone in ſcorpiũ. Hanc radiationẽ triſtem putãt. Hexagona eſt quã ſextantẽ diximus, quę fit in tertio ſigno, eadem benignitate cũ trigona prędita. Propterea Pli. de ſexagenario aſpectu loquẽs, hic numerus (inquit) ſexangulas mundi effícit formas. Antedictis quatuor, genethliaci etiã cardines quatuor addũt, ortũ ſcilicet & occaſum, & meſuranium quod & meſuranema dicitur (vocabulum vbiq̃ in Firmico deprauatum) hoc eſt locus medii cæli, & huic oppoſitũ locum quod hypogeon dicitur, hoc eſt punctum ſubterraneũ inter ortum occaſumq̃ mediũ. Vt autem as ipſe mathematicus impleatur, & omneis ſuas partes habeat: addunt & alia quatuor loca, quę pigra deiectaq̃ eſſe dicunt, q̃ nullo ferme radiationis fœdere cum ortu, id eſt cum horoſcopo cõiungantur. Hęc ſunt in. ii. vi. viii. & .xii. ab horoſcopo ſigno. Horoſcopus eſt ea pars cæli quæ geniturę tempore ab orientali parte cæli emergit in hemiſphęrium noſtrum, & ortus appellatur: quã ex Cicerone natalẽ horã & natalitiã appellare poſſumus: ex cuius obſeruatione natalitia prędicta fiunt, vt ipſe loquitur. Poſſumus etiã ex Plinio exortiuã horã vocare, Gręci horoſcopũ ab horæ natalis notatione appellauerũt. Huic pars p̃ diametrũ oppoſita in. vii. (vt diximus) ſigno in occidua cęli parte, occaſus appellat̃. Ea autẽ pars cæli quę triginta partib⁹ ab horoſcopo diſtat: in ſecũdo ſigno exiſtẽs ab eo in quo$ horoſcop⁹ incohatur, anaphora appellat̃ & interdũ epanaphora. quaſi pars iamiã emerſura. Quę autẽ pars ſigniferi totidẽ partib⁹ in demerſu occiduũ punctũ ſigniferi pręceſſerit, quot partib⁹ in emerſu anaphora ab horoſcopo relinquit̃, ea pars cęli a mathematicis epicataphora dicit̃: qđ ſignificat pręcipitẽ locũ cęli. in. viii. ab horoſcopo ſigno. reliqua duo loca noia habẽt malę fortunę & cacodęmonis. Hęc tãetſi vaniſſime a mathematicis diſputant̃, ideo tamẽ vtilia ſunt cognitu, q̃ & aſpectuũ radiationũq̃ adnotatio, aſtronomię etiã cum genethliologia cõmunis eſt. Vt autẽ ex ante dictis apparet non trimorion, quod nihil (vt arbitror) apud Græcos ſignificat,

Aſpect⁹ quadrantalis.

Nonagenari⁹ aſpectus.

Triẽtalis aſpectus qui & Triquetrus.

Sextus aſpectus.

Sexagenari⁹.

Semiſſis aſpectus.

Quadrat⁹ & Tetragonus aſpectus.

Hexagonus & Sexagenarius.

Cardines mathematici.

Meſuraniũ.

hypogeon.

Horoſcopus.

Anaphora & Epanaphora.

Epicataphora.

(trimœrō em̄ gręcū est nō trimoriō) sed tetartemoriū legēdū est: ita verba illa Plinii supradicta intelligere me nō potuisse fateor: negauere illi quęq; nonaginta partiū exortiuā mēsurā qđ anaphoras vocāt, trāsgredi. Hermolaus Barbarus neutrū vlcus attigit. Proinde cū Plinius huiuscemodi multa & scite & cōcinne de rebus mathematicis scripserit, nec cādidi profecto est, nec recti iudicii ob vnū & alterū incōmodius dictū: dicā ipsi imperitiæ velut ad tribunal Rhadamāti scribere, aut quāuis aliā formulā intēdere quæ tantę auctoritati ignominiosa esse possit. petita tñ venia cū eo agere præscriptis (vt ita dicā) verbis honorē prędantib⁹ licet: ne iure nostro cedamus asserēdę veritatis, cui nec tēporis spatio, nec auctoritate cuiusq; nois p̄scribitur. Nec em̄ ętati huic nostrę literarū interpollatrici hāc legē promulgā dā cēsuerim, quod Pli. qđ prisci, qđ primi meriti scriptores, dixerint, scripserit, quā rē cūq; inter monumēta sua reliq̄rint, eiusce rei ęterna, ac sacrosancta auctoritas esto. q huic velut cōsecratę sentētię derogauerit, abrogauerit, obrogauerit, is ob eā rē intestabilis, & sacer esto: eū literati oēs ex cōuētu certati exigūto. Illā em̄ potius legē ip̄e suaserim, q discēdi cupidi sint, iuratissimi cuiusq; scriptoris maiestatē comiter cōseruāto. qđ secus (vt sūt hūana) dictū in eorū cuiusq; libros irrepserit, obrepserit, fefellerit, q de eo dicto indagādę veritatis ergo addubitet: addubitauerit, q̄stionē referat, retulerit, qđ eorū ab vno quoq; absq; dolo malo aut liuore animi factū sit, ei⁹ rei mulcta ne sit, nec bonorū offensio, qđ instar est extremi supplicii. Proinde adnotatis tm̄ locis hęrēdum esse cēseo: vt eorū more philosophorū qui Ephectici dicūtur (nos cūctatores appellare possumus) iudicium sustinea mus: potiusq̄ vt qcq̄ arrogātia critica statuamus de classicis auctorib⁹, citraq; cōtrouersiā receptę auctoritatis. Sūt qui Plinio multa in mathemati cis nō intellexisse affirmāt: quę qdē ex Gręcis trāscripserit. quale est illud quod de lignifero dicit ca. xvi. secūdi lib. qđ toīno explanatius dici debuit etiā si vere dictū esse videt & acute. id quod vix mihi p̄suaserim. Eiusdē notę cū superioribus si dicere fas est, illa entelechia Ciceronis est, cuius hæc sunt verba in pri. Tuscul. Aristoteles lōge oībus (Platonē semper excipio) p̄stās & ingenio & diligētia: cū quatuor illa genera principiorū esset cōplexus e qbus oīa orirētur: quintā quādā naturā cēset esse e qua sit mēs, cogitare em̄ & prouidere, & discere, & docere, & inuenire aliqd, & tā multa meminisse, amare, odisse, cupere, timere, angi, lętari: hęc & similia eorū in horū quatuor generū nullo inesse putat. Quintū genus adhibet vacans nomine: & sic ipsum animū entelechiā appellat, nouo nomine quasi quādā continuatā motionem & perēnē. Entelechiā Cicero cōtinuū motū intellexit, quasi Aristoteles endelechiā per d literā scripserit. i. cōtinuationem, & nō entelechiā potius, quā actū & p̄fectionē doctissimi Gręcorū interpretā tur. ob id Ciceronē a Gręcis accusatū non magnopere miror: vtpote quos & orationib⁹ suis exagitare nō definit, q̄q̄ ab ipsis p̄clara illa ingenii ornamēta, philosophiā & oratoriā facultatē accepisse se nō dissimulat. Quare si verum fateri volumus, eloquentiæ latinæ princeps parensq; a Plinio iure ac merito dictus: diserti nōnunq̄ magis viri q̄ oratoris officio functus esse iudicādus est. Si quidē eius ipsius auctoritati credimus oratorem eum

Præscriptis verbis agere verbum est iuris.

Legis forma quā nō fert.

Ephectici.

Entelechia.

Cicero meritoa Gręcis accusatus.

esse non posse qui non idem vir bonus sit: Viri autem boni esse persuadere mihi nequeo, nō modo Grecos viros, sed etiā grecā ipsam linguā latinę elo quentiæ auctorē, vt inopē & ieiunā cōuicioſe vocitare: & latinę linguę ve luti exuberantē copiā præ illius inopia admirari. Nisi vero credimus Cice ronem recta fretum conſciētia, & ex animi ſui ſentētia id dixisse, & non pla ne aurę populari Romanorū ſuorū inſeruiisse: cuius populi gratia nullum vnq̄ numen pręſentius esse credidit. Calumniæ igitur Cicero excuſari non poteſt, quaſi ita exiſtimauerit. nā prętereq̄ ꝙ græcam omnem facundiā per nouerat: vt vel eo nomine græcis ipſis æqualibus admirandus esset. Si cui etiā eloquētię græcę elogia ex eius ſcriptis colligere vacet, & libeat: eum aliter cēſuisse haud dubie iudicabit. Fabius lib. x. de comparatione Demo ſthenis & Ciceronis loquens, cedendū vero in hoc (inquit) ꝙ & ille prior fuit, & ex magna parte Ciceronē quātus est fecit. Nā mihi videtur. M. Tul lius cū ſe totū ad imitationē Græcorū cōtuliſſet: effinxisse vim Demoſthe nis, copiā Platonis, iucūditatē Iſocratis. Idem lib. xii. Latina mihi facūdia, vt inuentione, diſpoſitione, cōſilio, cęteriſq̄ huius generis artibus ſimilis græcę ac prorſus diſcipula eius videtur: ita circa rationē eloquēdi vix ha bere imitationis locū. Si igitur teſte Fabio, pene altero Cicerone, lingua la tina diſcipula & imitatrix linguę greccę, cum ſe totū ad præſcriptū parētis ſuæ cōponere effingereq̄ inſtituiſſet: in ea parte artis oratoriæ a qua elo quentia nomen accepit, imitationē implere nō potuit, id est in eloquēdi ma gnificentia, & ſublimitate, quonā modo præferendā hanc illi. M. Tullius vtriuſq̄ peritiſſimus exiſtimare potuit? Ceu vero ſi quam Protogenes tabu lam ex nobili illa Apellis Anadyomene effingere ſtatuiſſet, omniaq̄ linia menta ad pręſcriptū ducere: tuq̄ id apographū præſtantius esse exempla ri ſuo contenderes: non aut improbus esse aut ridiculus viderere? At enim Venere nos Græci & verborū ſuauitate non etiā copia ſuperauerūt. Hoc rurſus iudicandū ad Fabium reiiciamus: apud quē libro eodem ſic legitur. Itaq̄ tanto est ſermo grecus latino iucūdior, vt noſtri poetæ quoties dulce carmen esse voluerunt: illorū id nominibus exornēt. His illa potētiora ꝙ res plurimę carēt appellationibus, vt eas neceſse ſit trāſferre aut circūire, etiā in iis quę denominata ſunt, ſumma paupertas in eadē nos frequētiſſi me reuoluit. at illis nō verborū modo, ſed linguarū etiam inter ſe differen tiū copia. Quare qui a latinis exigit illā gratiā ſemonis Attici: det mihi in loquēdo eandē iucunditatē & parē copiā. quod ſi negatū est, ſentētias apta bimus iis vocibus quas habemus. Q̄ pugnātia ſint hęc verba Fabii cū ver bis Ciceronis, nemo nō videt. qui etiā (ſi diis placet) alibi vociferatur oia per ſe melius Romanos & ſapiētius q̄ Grecos inueniſſe, aut ab eis acce pta meliora feciſſe. Et rurſus, vt omnia (inquit) Græcorū perquiras: quid ſit ineptus nō inuenies. & innocētię verbū græce dici nō poteſt. Equidem prēter ἀνάσμοστον etiā ἀπρόκαλον apud illos tā ſignificās esse puto q̄ apud nos ineptum. nec minus fortaſſe ἀπίθανον καὶ σκαιὸν καὶ μάταιον, καὶ ἀφυὲς καὶ ἀσοικὸς & innocentē nō meliorē acaco esse iudico, quo verbo areopagita & literæ ſa crę vtūtur atq̄ etiā Demoſth. in oratione κατὰ Δὲ ἐργυ. his verbis. καὶ προσποιάμενος ἄκακος εἶναι ἐξηπάτησε τὸς δικασάς. Et rurſus. εἶτα ἀγνοήσας τοῦτο, ἀκάκως ἢ

Latina lingua diſcipula linguæ Græcæ.

Ineptus græce & innocēs.

Acacus.

γῆσαι τοὺς ἀπράγμονας εἶναι. & κατὰ νεύσεις ἐλπίσασα αὐτὸν ἡ βουλὴ διὰ τὴν ἀκακίαν τὸ πρόσω.
Nísi si scrupulose ita díscernẽtes dícamus ἄκακον simplicẽ, & fraudis nescíũ
significare: innocentẽ autem eum qui cum secus agere possit, intra fines ta-
men æquitatis se cõtinuerit. Nam ἄκακος apud Demosthenẽ circunscríben
di ignarũ significat, & cui ímpostura non ęgre fieri possit. Verũ esto vt aca
cos ad verbũ magis innocenti q̃ ad significationẽ respondeat: ἀγνώμων ὠμὸς
κὴς ὅσιος καθαρόν, καλοκάγαθος χρηστὸς εὐήθης innocẽtis significationem non imple
bũt: atqui ego hæc plenius aliquid & exuperãtius innocẽtia significare pu
to. Meliora etiã fortasse his alia Cicero apud Gręcos inuenísset, si Græco-
rũ partes tuẽdas suscepísset. Has ob causas & alías huiuscemodi viuus ad-
huc (vt auctor est Fabius) obtrectatorũ sermonibus sæpe exagitatus fuit.
Ingrati profecto est animi cũ Gręcia latínos non modo díscíplinis, sed etiã
suis verbis locupletauerit: eaq; adhuc teneãt, nec beneficiũ nos, nec debitũ
Græca quid latinę prestat agnoscere. Prędertim cum Græcia id nũq̃ repetitura sit mutuum quod vsu
nostrum fecímus. Mihi autem videtur (ingenue etiam proloquar) língua
græca ad latinã relata, poetæ, id est tragici auctoris aut comici rationem
habere. Latina autem actoris tantum scenici qui fabulã a poeta inuentã &
emodulate scriptam, artifici ac numerosa pronunciatione in theatralẽ con-
sessum profert. Quid enim aliud & poetæ & oratores nostri q̃ poesi & ora-
tioni ciuitatem (vt ita dícam) Romanã dederunt, latinęq; línguę suffragio
ornauerunt? A Grecis igitur neotericis entelechiæ interpretatio Cícero-
ni crimínose obiecta est: idq; meritíssimo. cuius defensionem Polítianus
ad sui magis ostentationẽ suscepísse mihi videtur, q̃ díluendi crimínis fidu
Politiani co-natus. tiam habuísse. Nam vt in omnia sese versęt Polítianus: causam haud dícere
poterit, quin si Cícero ita verba scripta relíquit, vt nunc in exemplaribus
leguntur: non ílle longe ab Arístotelis sentẽtia aberrauerit: id quod vt in-
tellígatur, age Arístotelẽ ipsum auctorẽ entelechię testem dícti nostri lau
demus. hic autem in principio statim secũdi voluminis de anima ita ínquit,
λέγομεν δὴ ἓν μὲν γένος τῆς ὄντων τὴν οὐσίαν, ταύτης δὲ τὸ μὲν ὡς ὕλην ὃ καθ' αὐτὸ μὴ δέ τι τόδε τι,
ἕτερον δὲ μορφὴν καὶ εἶδος καθ' ὃν ἤδη λέγεται τόδε τι πρῶτον, τὸ δὲ τρίτον ἐκ τούτων ἐστὶ δὲ ἡ μὲν ὕλη
δύναμις τὸ δὲ εἶδος ἐντελέχεια. id est. Dícimus igitur vnũ genus entium esse sub-
stantiam: hæc autem partim materia est, quę per se quidem ipsa non est hoc
aliquid. altera pars eius forma & species, secundum quam iam dícitur hoc
aliquid. ab his tertium est quod ex ambobus consit. porro materia poten-
tia est: forma autẽ entelechia. Idem líbro eodẽ ostẽdere clarius volens quid
sit anima. διὸ ψυχὴ ἐστιν ἐντελέχεια ἡ πρώτη σώματος φυσικοῦ ζωὴν ἔχοντος δυνάμει. τοιοῦτον δὲ οὗ
ἂν ᾖ ὀργανικόν. ideo anima est entelechia prima corporis naturalis vitam habẽ
tis potestate. tale autem est quodcunq; organicum est. Potestate vitam ha-
bens appellat: quod actu vitam nõ habet: qualis est dormiens qui habitum
tantum habet. plus est enim actu habere, qualis est vigílans. & paulo in-
ferius ἀλλὰ καὶ κοινὸν ἐπὶ πάσης ψυχῆς λεῖ λέγειν, εἶναι ἂν ἡ πρώτη ἐντελέχεια σώματος φυσικοῦ ὀρ-
γανικοῦ. Qz si commune aliquid in omni anima dícere oportet: erit quidem
prima corporis entelechia corporis naturalis organici. Entelechiam vbiq;
Entelechia. Dynamis. pro perfectione & actu ponit. duo enim sunt in rebus: actus, id est entele-
chia, quę etiam interdum ab eo energia appellatur: & dynamis, i. potentia.

Organicum appellat corpus quod ad aliquid cõditum eſt:vt oculus ad viſum,& auris ad auditum.naturale autem dixit ad differentiam opificialis & manu facti.Summa igitur antedictorum hæc eſt vt ex Themiſtio Ariſtotelis clariſſimo paraphraſte intelligi facile poteſt:animam primam eſſe perfectionem corporis,id eſt Entelechiam:quod quidem corpus poteſtate in actum prodeunte vitam habeat.atq; id quod ex duobus conditum eſt & cõcretum:iam integrum factum,animal eſt.forma enim, id eſt Entelechia: licet in materia edatur,nõ tamẽ materiæ forma eſt:ſed eius forma eſt quod greçe σύνολον dicitur,id eſt ex ambobus concretũ. omne enim tale ſimul atq; in aliquam ſpeciem formatum eſt,hoc aliquid eſſe cœpit. id vt facilius intelligeretur:hoc.(inquit Ariſtoteles)ſpeculari partium exemplo conuenit.Eſto igitur vt oculus ſit animal animã eius eſſe,id eſt entelechiã aſpectũ oportebit,cum ſit viſus ſua oculis ſubſtantiæ ratio,id eſt forma & perfectio.ſic enim appellare ſolet rationem ſubſtantiæ,ἐὰ γὰρ εἴη ὁ ὀφθαλμὸς ζῷον, ψυχὴ ἂν αὐτῷ ἦν ἡ ὄψις, αὐτὴ γὰρ οὐσία ὀφθαλμοῦ ἡ κατὰ λόγον. At vero oculus : materia eſt viſus.quo defectus oculus,iam non eſt oculus niſi æquiuoce: quomodo oculus lapideus aut pictus ὁ δ' ὀφθαλμὸς ὕλη ὄψεως.ἧς ἀφαιρεθείσης οὐκ ἔστιν ὀφθαλμός, πλὴν ὁμωνύμως.Proinde Ariſtotelis entelechia perfectio eſt & forma,cũ corpus naturale a poteſtate,id eſt a materia nuda in actum prodiit,& animal eſſe cœpit,vel viuum eſſe.quare entelechia etiam brutorũ eſt & etiam ſtirpium: eorum corporũ quę vegetabilia ſunt . eſtq; entelechia non continua motio,ſed perfecti corporis comprehenſio,id eſt τοῦ ἐντελοῦς σωματος. Hoc enim etymum eius verbi ſignificat.Quare liquido(vt arbitror)conſtat verba illa Ciceronis de animo humano non eſſe cõſentanea cum entelechia Ariſtotelis.Quid illa quę alio loco eiuſdẽ libri ſubdidit:diuinitatẽ animis humanis aſſerere volens.ſinautẽ eſt(inquit)quinta quædã natura ab Ariſtotele inducta:primum hæc & deorum eſt & animorũ.Hanc nos ſententiam ſecuti his verbis in cõſolatione hæc expreſſimus.animorum nulla in terris origo inueniri poteſt.nihil eſt enim in animis mixtum,atq; concretũ,aut quod ex terra natum atq; fictum eſſe videatur:nihilve aut humidum quidem aut flabile aut igneum.His enim in naturis nihil ineſt quod vim memorię,mẽtis,cogitationis habeat,quod & præterita teneat,& complecti poſſit præſentia:quę ſola diuina ſint.nec inuenietur vnq̃ vnde ad hominẽ venire poſſit niſi a deo.Singularis eſt igitur quædam natura atq; vis animi ſeiuncta ab his vſitatis notisq; naturis.Ita quicquid eſt illud quod ſentit, quod ſapit,quod vult,quod viget,cæleſte & diuinum eſt:ob eamq; rem eternum ſit neceſſe eſt.Hęc vt pręclare dicta ſunt a Cicerone de immortalitate animę: ita referri nequeunt ad ea quę Ariſtoteles de anima dixit quam entelechiã appellat:Sed ad ea potius quæ de intellectu vel mente Ariſtoteles mirifice differit in.iii.de anima.quæ mens ab eo non entelechia ſed νοῦς dicitur. Entelechiam enim ſuam.i. animam Ariſtoteles interituram eſſe credidit. Quapropter Iuſtinus philoſophus idem & martyr in parænetico loquens de placitis philoſophorum , ita inquit. καὶ ὁ μὲν πλάτων ψυχὴ πᾶσα ἀθάνατον εἶναι λέγει. Ἀριστοτέλης δὲ ἐντελέχειαν αὐτὴν ὀνομάζων, οὐκ ἀθάνατον ἀλλὰ θνητὴν αὐτὴν εἶναι βούλεται.καὶ ὁ μὲν ἀεικίνητον αὐτὴν εἶναι λέγει. Ἀριστοτέλης δὲ ἀκίνητον αὐτὴν εἶναι φησί, ἀπάσης

Organicum corpus.

Entelechia.

Nus.

κινήσεως προηγούμενην. & Plato quidem animam omnem immortalẽ esse non tam dicit q̃ clamitat. Aristoteles autem entelechiã ipsam nominans: nõ immortalem, sed mortalem ipsam esse vult. Rursus ille nunq̃ non mobilem eam esse tradit. Aristoteles etiam immobilem: licet ad omnem motum præeuntem. Plutarchus in quarto placitorum. πλάτων ἀκίνητον τὴν ψυχήν, τὸν δὲ νοῦν ἀκίνητον μὲν μεταβατικῆς κινήσεως. Ἀριστοτέλης ἀκίνητον τὴν ψυχὴν πάσης κινήσεως προηγουμένως. μὲν δὲ κατὰ συμβεβηκός μετέχειν καθάπερ τὰ εἴδη τῆς σωμάτων. Plato (inquit) nunq̃ non mouentem animam existimauit: intellectum autem immotum duntaxat transgressili motu. Aristoteles immobilem animam esse censuit: & eandem motus omnis auctorem: & motionis tamen accidentariæ non exortem, quomodo & formas corporum. Eum librum cum verteremus: aliter hunc locum traduximus, aliud exemplar secuti. Verum his auctoribus planum fit: illud Ciceronis dictum non posse ad Aristotelem referri: qui entelechiam pro anima & forma, non pro mente & animo intellexit nec entelechiam perpetem quandam motionem significare: cum Aristoteles immobilem entelechiam esse dixerit motu suo & proprio. Idem Plutarchus eodem in libro hoc verbum interpretans ab Aristotele de anima prolatum ita subdit. τὴν δὲ ἐντελέχειαν ἀκουσέον ἀντὶ τῆς ἐνεργείας. Entelechiam autem pro actu exaudire oportet. de quinta autẽ natura ab Aristotele inducta: Laertius ita inquit. εἶναι δὲ παρὰ τὰ τέσσαρα στοιχεῖα ἤ ἄλλο πέμπτον οἷς δ τὰ ἀιθέρια σωμασθῆναι. ἀλλοίαν δ' αὐτῶν τὴν κίνησιν εἶναι. κυκλοφορικὴν γάρ. καὶ τὴν ψυχὴν δὲ ἀσώματον· ἐντελέχειαν οὖσαν τοῦ πρώτου σώματος φυσικοῦ ἢ δυνάμει ζωὴν ἔχοντος. Esse autem præter quatuor elementa & aliud quintum censuit: ex quo ætheria omnia constituta sint. Sed & eius alium esse motum vtpote circularem. Animam etiam incorpoream esse voluit, & entelechiam primam corporis naturalis organici potestate vitam habentis. Ex quibus verbis apparet entelechiam non esse ab Aristotele in quinta natura positam. Id autem de intellectu & mente censuisse Aristotelem melius dici posset. de quo cum multifariam ac subtiliter Aristoteles & Themistius disseruerint: vnum ex vtroq; locum assumã qui id planum fieri possit: ne si iusta disputatione id probare conemur, in tẽdium abeat longior hæc multo digressio q̃ initio destinaueramus. ἐπὶ δὲ ὥσπερ ἐν ἁπάσῃ τῇ φύσει ἐστί ζ, τὸ μὲν, ὕλη ἑκάστῳ γένει. τοῦτο δὲ ὃ πάντα δυνάμει ἐκεῖνα. ἕτερον δὲ τὸ αἴτιον καὶ ποιητικόν· τῷ ποιεῖν πάντα, οἷον ἡ τέχνη πρὸς τὴν ὕλην πέπονθεν, ἀνάγκη καὶ ἐν τῇ ψυχῇ ὑπάρχειν ταύτας τὰς διαφορὰς. καὶ ἔστιν ὁ μὲν τοιοῦτος νοῦς, τῷ πάντα γίνεσθαι. ὁδί, τῷ πάντα ποιεῖν· ὡς ἕξις τις, οἷον τὸ φῶς, τρόπον γάρ τινα καὶ τὸ φῶς ποιεῖ τὰ δυνάμει ὄντα χρώματα, ἐνεργείᾳ χρώματα καὶ ὅτως ὁ νοῦς χωριστὸς καὶ ἀμιγὴς καὶ ἀπαθὴς, τῇ οὐσίᾳ ὢν ἐνέργεια. Locus hic vnus est eorum quos Aristoteles offusa caligine obscurasse dictus est, vt a suis tantum intelligi posset: nos tamen q̃ poterimus explanatissime vertemus. Quoniam vero (inquit ille) vt in vniuersitate naturæ est aliquid, cuius altera pars vnicuiq; generi materia sit. eaq; idcirco sic est, q̃ omnia illa est dũtaxat potẽtia. altera pars est, quę causa est & effectrix: vt quæ omnia faciat, cuiusmodi rationem ars ad materiam obtinet: necesse est in anima quoq; has differentias esse. estq; intellectus quidam huiusmodi vt omnia sit. alter vero vt omnia faciat: qui velut habitus aliquis est: perinde ac lumen. Siquidem modo quodam lumen actu colores effi-

cit:quí potẽtía colores ſunt,& ſic íntellectus abſtractus,& nulla cõcretíone permíxtus ímpatíbílíſq;,ſubſtãtía ſua actus exíſtens, & paulo ínferíus. ἀλλ' ὃχ ὅτε μὲν νοεῖ,ὅτε δὲ ὃ νοεῖ.χωρισθὲς δέ ἐστί μόνον τοῦτ' ὅ περ ἐστί.καὶ τοῦτο μόνον ἀθάνατον καὶ ἀίδιον. Sed nec ínterdum íntellígít,& ínterdũ non íntellígít. Separatus vero,íd eſt demum quod eſt,& hoc ſolũ ímmortale eſt & ęternũ. Hæc verba paraphraſtíce enarrãs Themíſtíus líb.eodẽ íta ínquít, Quum ením ſtatuíſſet Arıſtoteles ín omní natura alterũ pro matería haberí, alterum pro forma mouente perfícíenteq;:neceſſe(ínquít) eſt eaſdẽ díffererẽtías ín anima reperírí,& talem alíquẽ íntellectum adeſſe quí pars anímę rationalís præſtãtíſſíma ſít. Atq; hoc quoq; ex íllís verbís clarıſſíme ínnoteſcít quorũ paulo ante mentionẽ fecímus.de íntellectu(ínquít)& ví ea quæ cõmentatur cõtemplaturq;,níhíl adhuc líquet.Sed vídetur díuerſum anímę genus eſſe.ſolumq; íd abíũgí & ſepararí cõtíngere,tanq̃ perpetuũ a morticíno caducoq;. Hactenus Themíſtíus.hoc vltímũ dictũ ídeo addídímus , prímũ vt planũ fíeret,íd qđ Cícero entelechíę tríbuít:Arıſtotelẽ non anímę,quã formã,íd eſt ſubſtãtíæ rationẽ eſſe vult, ſed íntellectuí tríbuíſſe,dũtaxat agẽtí, q ab íntellectu potẽtíę díffert,vt ars a matería.& hunc ímpatíbílẽ eſſe ímmortalęq;:anímã autẽ mortalẽ,ſíue Arıſtoteles íntellectũ & mentẽ, partẽ eſſe anímæ díuínã præſtantíſſímãq; íntellexerít,ſíue alíud ab anıma formalẽ rationem obtínẽte,quã entelechíã vocat.Príſcí eñ díffererítíã ínter anímũ & anímã poſuerunt. Anímus eſt(ínquít Nonius) quo ſapímus, aía qua víuímus. Sine anímo anima eſt debílís.Varro,In relíquo corpore ab hoc fonte díffuſa eſt anima,huíc anímus ad íntellígentíã tríbutus.Plí.líb.xxíí.de íracundía loquens,Ergo & anímí aſperítas,ſeu potíus anímę, dulcíore ſucco mítígatur. Verũenímuero índe maíor íllа q̃ſtío exíſtít vtrũ ítellectũ íllũ ſíngulorũ eſſe hoím Arıſtoteles íta exíſtímauerít,vt homo poſt obítũ ſuũ ímmortalís futurus ſít,an vnũ eſſe íntellectũ vníuerſorũ.Ita eñ hoc ímplícuíſſe díſputatíonũ ambage ípſe exíſtímaſ,vt íngenía ſtudíoſorũ torſerít potí9, q̃ certũ alíquíd fixũq; relíquerít.Sunt tamẽ mhílo ſecíus quí exíſtímẽt entelechíã duplícẽ eſſe.vnam íllam quã díxímus ex ſententía Themíſtíí,Laertíí & Plutarchí,quę nomẽ eſt anímę nõ modo rationalís atq; írrationalís,ſed etíã phyſícę.& hęc a corpore naturalí organíco ínſeparabílís eſt.alterã díxerũt a corpore íta ſeparabílẽ,vt a naví nautã,anímã.ſ.rationalẽ.quę cũ alíud ſít a corpore, nec ſít corporís forma,corpus ípſum.í. ſubíectũ cõponít, & moderaſ,perfícítq;,& íta regít vt nauẽ nauta.ἥκιστα γὰρ ἐντελέχεια ἔοικεν ὅσα σωτῆρά τε καὶ διακοσμεῖ ἢ πλεῖ τὸ ὑπκείμενον.ὅταν οὖν λέγῃ ὡς τῷ λογικῷ ψυχῷ ἐντελέχειαν,τὸ κεχωρισμένον ἔοικε τοῦ σώματος λέγειν. Secundũ hoc nõnulla ex parte Cíceronís díctum defendí poſſet.quí fortaſſe quod apud alíquẽ philoſophũ legerat de entelechía,hoc Arıſtotelí tríbuít eíus nomínís auctorí, vt ſurrepere ſolet ſcrıbẽtíbus oblíuío,vtcũq; quíduís potíus cõmíníſcí par eſt,q̃ vt ínter reos ínſcítę ſentẽtíę eíus nomẽ auctorís a nobís recípíaſ,quí extra oẽm íngenií aleã,íd eſt extra oñe díſcrímẽ íudícíorũ Plínií maíorís ſentẽtía poſítus eſt, íudícís íngenıorũ ſummí. Addã & alíũ locũ admonendí gratía.Idẽ Cícero ín ſecũdo de natura deorũ,fabrícã humaní corporís nõ modo felící & ꝑſpícua,ſed etíã accurata & artífící facũdía deſcrıbẽs,Ex inteſtínís autẽ (ínqt)

Anímus, Anima.

Entelechía duplex.

& aluo ſecretus a reliquo cibo ſuccus is quo alimur, permeat ad iecur per venas quaſdã a medio inteſtino vſq; ad portas iecoris. Sic enim appellãt ductas & directas vias quę pertinẽt ad iecur, eiq; adhęrẽt. Medium inteſtinũ Cicero dixit, quod Gręci meſenterion appellauerunt, & in primis Ariſoteles quod tamen inteſtinũ non eſt, vt ex Ariſtotele apparet. qui de ea parte ita inquit. ὑπὲρ δὲ τὴν φλέγμαν τὸ μεσεντέριόν ἐστιν. ὑμὴν ὡδὴς δ' ἔστι τὸν καὶ πλατὺν καὶ πίον γίνεται. Supra inteſtina autem meſenteriũ eſt, mẽbranaceũ latumq; & pinguescens. Meſenterium ad verbum Cicero mediũ inteſtinũ tranſtuliſſe videtur: cum græce ex eo (vt puto) dicatur q; media inteſtina cõplectitur. Ab eo autem venę & fibræ permultæ ſurſum deorſumq; ad interteſtinorum poſituram ferunt, cum ipſum principibus venis maiori & aortæ adnexum ſit, vt Ariſtoteles tradidit. id quod Cicero ſignificare haud dubie voluit. Nã portarum iecoris appellationẽ Cicero ab eodem auctore mutuatus eſt, qui pylas hepatos vocat his verbis. πρόσφυκται δὲ τῇ μεγάλῃ φλεβὶ τὸ ἧπαρ. τῇ δ' ἀορτῇ δὲ κοινωνεῖ. διὰ γὰρ τοῦ ἥπατος διέχει ἡ ἀπὸ τῆς μεγάλης φλεβὸς φλέψ. ἣν καλοῦμεν πύλας ἡπατος. Adhęret enim magnę venę iecur nulla parte aortę cõmunicans. Siquidem vena illa quæ a magna proficiſcitur, per medium iecur pertendit ea parte qua portæ iecoris ſitum habent. Proinde Cicero medium inteſtinum pro meſenterio dixit, in ea etiam parte elegantiſſimi libri in qua Ariſotelem ipſum exquiſita deſcriptione ſuperaſſe videtur. Theodorus Gaza vir Gręcus non modo latine doctiſſimus, ſed etiam medicus, lactes pro meſenterio dixit. quo nomine ab Hermolao Barbaro & aliis reprehenſus eſt, quaſi eo in loco hallucinatus ſit vel in eo potius verbo. At ego cõſulto eũ id feciſſe cenſeo, vt qui in eo verbo Plinii auctoritatem ſequi nollet. Lactes enim non tam inteſtina ſignificãt q̃ pingue illud quod ambit inteſtina. Trã quil. de patina Vitelliana: In hac (inquit) ſcarorum iecinora, phaſianorum & pauonum cerebella, linguas phœnicopterorum, murenarũ lactes cõmiſcuit. Quare immerito Hermolaus hoc verbum vt licenter vſurpatum in Spartiano notauit. Noſtrates piſcium lactes lactentias appellant. Verum vt notæ & Ciceronem & Plinium eximimus, idq; meritiſſimo, ſic humana Minerua non diuina ſcripſiſſe eos meminiſſe debemus, aut numine quodã inſtinctos, ne muſas inſectatus eſſe videatur, ſiquis eius notæ auctores ſemel atq; iterũ ad diſquiſitionẽ huius iuris conſultorũ cãdido propoſito reuocauerit. nec mihi ob id videor litem meã facere, q; cõtrouerſiam tãto auctori intentatã veritatis indagãdę ſtudio cõmemorauí: cum mihi Angelus Politianus vir egregie doctus obtuliſſe ſe huic liti, non tam iuris cauſæq; fidutia q̃ Tullianę maieſtatis præiudicio viſus ſit. Sed redeamus tandem ad inſtitutũ opus. His nominibus antiqui nõ ſolum vſq; ad aſſem, ſed etiã vltra vſi ſunt. Columella lib. iiii. Auarius quidã dipõdio, & dodrante altũ ſulcum, latum pedum quinq; faciunt. dipondium & dodrantem dixit, pro pedibus duobus & digitis. xii. Et lib. iii. Ab ipſo arboris crure pedale ſpatium intermittito, deinde ſulcũ in quatuor pedes longum, in tres altum, in dipondium ſemiſſem latum cum feceris, patiere minime duobus menſibus eum tempeſtatibus verberari. Vtũtur etiam hiſtorici. vt Liuius lib. viii. ab vrbe cõdita, Latinus ager & Phalernus qui populi Campani fuerat vſq; ad

Medium inteſtinum.

Lactes.

Cicero & Pli. humana ſcripſere minerua.

Vulturnũ flumẽ plebi Romanę díuíduntur bína ín latío íugera, íta vt dodrantẽ ex príuernatí cõplerent data, terna ín falerno, quadrantíbus etíam pro lõginquítate adiectís. Columel. líb. íí. Sed íugerũ talís agrí quatuor operís expedítur. nã cõmode proſcindítur duabus. vna íteratur, tertíatur dodrãte. ín lírã ſtatím redígitur quadrãte operę. Dodrãtem operę pro tríbus partíbus díeí artíficialís díxit, vt quadrãtem pro quarta, hoc eſt pro nouem horís & pro tríbus. Plí. líb. xvííí. Iuſtum eſt proſcindí ſulco dodrãtalí íuge rum vno díe, íterarí ſeſquííugerũ, ſí ſit facultas ſolí. ſi mínus, proſcíndí ſemíſſem, íterarí aſſem, quãdo & animalíum laborí natura leges ſtatuít. quadrantẽ Gręci τεταρτημόριον dícunt, & τριτημόριον trientẽ, δίμοιρον beſſem, dodrantem τρίμοιρον, ſextantẽ ἑκτημόριον. Sunt & hęc vocabula ſignatę pecuníę nomína, vt docet Varro. As nũmus erat líbralís, dupõdíus nummus bílíbrís, ſeſtertíus nũmus duarũ & ſemís líbrarũ dictus quaſi ſemíſtertíus: Græcorũ ímitatíone, quí τρίτον ἡμιδραχμον dícunt duas dragmas & ſemís. & ἕβδομον ἡμιτάλαντον pro talẽtís ſex & ſemís. Herodo. ín prí. ἕλκων σαθμὸν ἕβδομον ἡμιτάλαντον, Pollux. τρίτον ἡμιδραχμον ἀι δύο ἡμισεῖαι δραχμαί, id eſt pẽdens ſex talẽta & ſemíſſem. & apud eundẽ τέταρτον ἡμιτάλαντον, íd eſt quartũ ſemítalẽtum pro eo quod eſt tría & ſemís talenta. Denarius decẽ líbrarum nũmus erat, cuíus quarta pars ſeſtertíus, eo tẽpore ſcílícet quo denarius decuſſí valebat. erat autem denarius argenteus nũmus quatuor & vígíntí ſiliquas pendẽs. Apud Príſcíanum íta legítur, Síliquę tres obolum faciunt. duo autem obolí ſcrupulũ, tría ſcrupula drachmã. íta duodeuígíntí ſiliquę ín drachma. ſic quatuor drachmę ín tríbꝰ denaríís, hoc eſt duę & ſeptuagíta ſiliquę. Hactenꝰ apud Príſcíanum legítur. Quadrãs etíam nummus erat, vt apud Iuuenalẽ, Cędere ſyluano porcũ, quadrãte lauare. & centum quadrãtes ſępe apud Martíalem, ſic etiã ſextans nummus erat, cũ populus Romanus ín funere Menenií ſextãtes cõtuliſſe dícatur a Valerío & Plí. Sunt & vaſorũ nomína, vt apud Perſíum, calídumq; trientẽ excutit e manibus. Sũt & põderũ. Plí. líb. xxvíí. Bíbitur ad dolorẽ vuluę & vítia. macerarí oportet ín ſextaríís tríbus quadrantem radícís tuſæ per noctẽ & díem. & líb. xxvííí. ad tuſſím veterem recens decoquítur quadrãtís põdere, ín vínί ſextaríís tríbus. Idem, ad hoc vítíum immíttítur butyrũ heminís quatuor cum rheſínę terebínthínę ſextãte. Nec mírũ eſt tam late verborũ íſtorũ ſígnificatíonẽ patere, cum cognata ſit & cõnexa ponderũ ratío cũ menſurarũ, ac numerorũ ratiónibus. & vt aíunt ílla carmína quę Fauíní eſſe dícũtur, ſí põdus mẽſurę cõponímus, eadem eſt pars cyathí ín ſextarío quę eſt ín líbra vncíæ. & vt ín põderum mínutíís ad ſcrupulũ peruenímus, ſic in mẽſurís ad cochlear. Quínquuncíalís autẽ ordínum ratío ín arbuſtís & víneís, & ín quínquuncẽ arbores díſpoſítæ cur dícãtur, cõmíníſcí non potui: quid tamen ſit ex Fabío facile íntellígímus, apud quem hæc verba líb. vííí. leguntur, Nullus ne etíam frugíferís adhíbẽdus decor? Quís negat? nam & ín ordínẽ certaq; ínterualla redígã eas arbores. Quíd íllo quíquũce ſpecioſius? quí ín quãcunq; partẽ ſpectauerís rectus eſt. Sed protínus ín íd quoq; prodeſt vt terrę ſuccũ ęqualíter trahãt. Cícero ín Catone, Cũ autẽ míraretꝰ Lyſander & proceritatẽ arborũ & directos ín qnquũcẽ ordínes, & humũ ſubactã atq; purã & ſuauíta-

τεταρτημόριον. τριτημόριον. Δίμοιρον τρίμοιρον. τρίτον. ἡμιδραχμον. Signatę pecuníæ vocabula As dupõdíus Seſtertíus. Denarius Seſtertius. Síliqua. Quadrans mummus. Sextans. Vaſorum nomína. Tríens & Quadrans. Quíquuncíalís ordínum ratío. Arbores ín quínquũcem digeſtæ.

tem odorũ qui afflarẽtur e floribus, tum eum dixisse mirari se nõ modo diligentiã, sed etiam solertiã eius. Col. lib. iiii. Hæc in quinquuncẽ vinearũ metatio expeditissima ratione cõficitur. Hoc Demosth. in ea oratione, quę πρὸς νικόστρατον inscribitur, ita expressit καὶ τὰς ἀναδενδράδας ὀρθέκοφε, ὥ φυτόν ἐρια ἐλαιῶν πρισοίχων καὶ ἑκλασε. Arbustiuas vites excidit, & oliueta in versus quoquouersum digesta cõfregit. Quod verbum Suidas assequi non potuit. Xenophõ ipse ex quo Cicero transtulit, ita scripsit, ἐπὲ δὲ ἐθάυμαζεν ἀυτὸν ὁ Λύσανδρος, ὡς καλὰ μὲν τὰ δένδρα εἴη, δὶ ἴσου δὲ τὰ πεφυτευμμένα, ὀρθοὶ δὲ οἱ σίχοι πᾶν δένδρων ὀυγώνια δὲ πάντα καλῶς εἴη. Cum autem locum cõsitũ miraretur Lysander, q decoræ essent arbores, & stirpium cõsitarum æquabilis series, ita in versus directos configurata videretur, vt ad angulos rectos pulchre exacta essent omnia. Ex quibus verbis cum Ciceronis collatis cõiicere statim possumus quid sit quincuncialis ordo, etiã si nondum intelligimus, cur ita appellatus sit. Fortasse autem antiqui sic quinquuncem appellauerunt exactam plantarũ metationem, vt decussem exactam spatii diuisionem. Theodorus Gazes Ciceronis interpres directos in quinquuncem ordines græce ita expressit. κατὰ τὰς ὀρθὰς πεντάδα ὀυγώνιον σίχους. obseruato scilicet Xenophonte: Ciceronis verba vertens. Eo anno quo hæc scripsi vineam habebam sterilem & multis iam annis decoctricem. Huic cum auctionem diu (vt fit) minitatus essem nisi in posterum paria saltem cum expensorum ratione faceret, nec impensiorem ipsa culturam sentire videretur, proscripta etiam emptorem non inueniret (male enim ob id ipsum audire cœperat, quasi nõ damnosam vineam, nunq̃ emancipaturus essem) ad extremũ eousq; damnatæ succensui, vt in ortum eam transformare meditarer arboribus consitum, nondum tamen extirpatam. Hoc cum primum in mentem mihi venisset, arboribusq; eam ad soli naturam accõmodatis conseruissem, frugi me hominem existimabã, omniq; religione, ac superstitione solutum. nam vltimi anni calamitate perculsus tot superiorum annorum sterilitatem excipiente, temperare mihi non potueram quin præcipiti iureiurãdo negarem vnq̃ me postea teruncium in eius vineæ culturam impensurum. Quo iureiurando satis me defungi posse interpretabar, si ortum eam magis factam q̃ adhuc vineã colerẽ. præsertim cum nullus inueniretur tam aduerso Mercurio natus, qui sibi eam indicari peteret. Sic autem rationẽ impensæ subduxeram vix vt vigínti francicis eam mihi rem staturam existimarem. at cõsitoris solertia quæstuosa eo me sensim perduxit noua indies cõminiscendo, visendumq; operis absoluti decorem speciemq; pollicendo, vt a tenui illo & simplici primordio iustũ tandem pomarium instituerim iugerũ paulo minus quatuor. In quo mihi ita euenit vt qui auctionẽ facere prius prædii mei meditabar, & nummo prope modum addicere paratus eram, idem subinde licerí magno cogerer particulas cõfiniũ agrorũ, ne instituti pomarii modulatio ambulationũq; meditatio aliquo loco non quadraret. Intra id villã ædificabã simul & ipsum muro vndenũ plus minus pedũ cingebã crassitudine in summo sesqpedali, in medio atq; imo, p portione emodulata. Hoc Sãmaurianũ prędiũ mihi futurũ instar amœni cuiusdam Tusculani sperabã, quarto abvrbe lapide sitũ, in quo liberiores solutioresq; congressus cũ dilectissima mihi philologia

Quiquuncialis ordo. Quincunx. Decussis.

Sammaurianum Budæi.

exercẽs, mecum ipſe ſępius cõmodiusq; viuerẽ. Hoc faciẽs didici duplicẽ quinquũcialis ordinis rationẽ eſſe, alterã noſtrates ſcacariã, quaſi alueolatam appellant: Sumpſit enim formã a poſtica parte aluei in qua ſcrupos hodie luſitãtes promouẽt & reducũt: altera ratio reticulata dici poteſt, nõ in quadras vt prior, ſed in rhõbos cõformata, ea forma qua ſpecularia apud nos plerũq; vidẽtur in feneſtris lumẽ vitro tranſmittẽtibus. Ego quadris vſus ſum pedũ quoquouerſus quaternũdenũ. Huiuſmodi ordinũ obſeruatio Normãnis ſolẽnis eſt inſtituẽdis pomariis. quorũ arboratores e ſemina riis plãtulas tranſferẽtes, ita ſtellatim decuſſare norũt ordines, vt in quãcũq; partẽ te verſes, rectã ſemp ſeriẽ videas, nuſq; obliquãte proſpectu in lõginquũ. Hęc habui de his vocabulis quę ſtrictim primũ dicerẽ: quęq; velut procœmiũ huius operis eſſe vellẽ. Itaq; quãdo de integro ſermonẽ inſtauraturi hac eadẽ de re ſumus, vt eorũ vocabulorũ vſum magna ex parte obſoletũ latinitati reddamus (Sic emm futurũ ſpero) facturũ me operę preciũ exiſtimaui, ſi nõ modo rẽ hanc totã, latis per ſe ſatis finib⁹ patentẽ proſequerer & abſoluerẽ, ſed etiã ſi diſputationẽ aliã ad hunc locũ non nihil pertinẽtem, & veluti cognatam adiungerẽ, tametſi iam alto ſitu obſcuritatis erroriſq; ſqualentẽ, vix vt nitorẽ priſtinũ lingua latina hac in parte receptura videretur. Cum emm de aſſe & libra pondoq; & rei nũmarię vocabulis multa ab enarratoribus neotericis dicta ſint, antiquorũq; monumẽta iiſdẽ vocabulis ſcateãt, nondũ (quod ſcire aut ſuſpicari potuerim) a quoq; ſcriptorũ noſtræ aut auorũ longeq; ſuperioris memorię deprehẽdi potuit, quẽ modum pecunię his verbis ſtatuere debeamus. Proinde ita tulit animus, vt rẽ per ſe ſubobſcurã, & cum multa ambage auctoritatũ implicitã, tũ vero gloſſulariorum errore perplexiorẽ factã, ſimul corruptis exẽplaribus propemodũ cõploratã, explicare nihilo ſecius improbo inſanoq; (vt dicit) labore aggrederemur: ſiqdẽ ſcitũ illud comici poetę meminerã, nihil tã difficile eſſe quinquerẽdo inueſtigari poſſit. & dignã rẽ prorſus exiſtimabã in quã toto pectore incũberẽ. Atqui cũ ad hanc ętatẽ ex quo poſt tenebricoſa ſecula literis ſenſim lux affulgere cœpit eo iã profectus labores eruditorũ hoim euaſerint, vt ad linguę latinę inſtaurationẽ perpauca deſiderẽtur, nemo tamen (vt ſpero) inficiabit hanc operã prorſus adhuc deſideratã eſſe. Planũ enim facturũ me cõfido neminẽ intra octingẽtos annos, ac lõge plures fortaſſe recte hęc vocabula intellexiſſe, duntaxat eorũ qui cõmentarios ediderũt, q in vulgus emanarint aut alias innotuerint. An autẽ id aſſecutus ſim quod anxie perquiſiui, lectorũ erit iudiciũ, nõ tamẽ quorũlibet. Verumenimuero eam a me ſuſpicionẽ longe amoliri velim, quaſi aut ingenii ſingulari quodã acumine fretus, aut recõditę doctrinæ fiducia eam rem totã ſuſceperim, quam viri tot doctiſſimi ne primoribus quidẽ digitis ſine noxa tractauerunt, id quod mox apparebit. Iure autẽ meritoq; facturũ me arbitror, ſi in ordinẽ lautiorem literis ſtudentium admittendum me cenſeam: quibus aliquando ipſis liceat poſt emerita audiẽdi vel legẽdi ſtipendia: (nõ enim tam fortunatus fui, vt in hac diſciplina vocalem præceptorem haberem) ſtilo ſpecimẽ ſui facere. Proinde cum aliorum ſcriptis his in rebus adiutus ſim, quas ipſe per me aſſequi nõ potuiſſem, & in id videã literatos fere conſpi-

Hæc vocabula iam diu nõ intellecta.

raſſe, vt velut ſymbolã quiſq; q̃ poſſet lautiſſimã in mediũ cõferret, quaſiq; in muſęo donariũ aliquod poſteritati viſendum cõſecraret: cõmotus & ipſe ſum & æmulationis ſtimulis vſqueadeo exagitatus (neq; nunc primũ) vt impenſiore ſtudio eum locum inter ſcribẽtes tenere poſſe non diffiderem, quem multi aut ingenii præſtantia freti, aut ingenti aliquo ſtudiorũ admiculo ſubnixi, certatim ſibi aſſerere quotidie videbãtur. Itaq; alterã iã aleã iacimus, quãdoquidem prior illa (de Annotationibus noſtris loquor quas in Pandectas edidimus) non incõmodiſſime cecidit. tametſi incurſura ipſa in primorum ordinum offenſionem videbatur. Quippe rem per ſe inuidioſam, ferocius q̃ par erat in iudicium, quaſi in theatrum adduximus ſcribendi tyrocinio: id quod tum demũ ſenſimus cum iã opere edito (quod domi fimul noſtrę, & in officina chalcographaria cudebat) q̃ inferbuerat animus paulatim deflagrauit. & hactenus tamẽ impune ferre nobis cõtigit ab iis etiam ad quos ea res maxime pertinebat, nedum ab illis hominibus quiſcũ neceſſitudo nobis humaniorũ literarũ nomine intercedit. q̃q̃ impunitatem mihi ſtolide fortaſſe promitterẽ, niſi etiam gratiã me iniſſe iiſdẽ ab ipſis iuris peritiſſimis experimento didiciſſem. vſqueadeo quod cãdido atq; ingenuo propoſito ſuſceperis, etiam ſi in eo tranſigẽdo (vt eſt humana conditio) ſecus nõ nihil imprudẽs admiſeris, non ſolet id fere non bene tãdem vertere. niſi ſi forſan id eſt veritatis numẽ vt rẽ principio inuiſam, aduerſoq; rumore exploſam, ad extremũ etiam populare reddere plauſibiléq; potuerit. Quorũ enim hominũ odiũ inexpiabile cõtraxiſſe muſteo adhuc opere videbar, eorũ nunc occurſum vix fero, de pollicitatione me reliqui volumínis cõuicioſe appellãtium. Quorum auctoritati tantum tribuo, vt rem depoſitam, neſcio an abiectã retractare denuo coactus ſim. In qua ipſa cum occupatus eſſem, animi cauſa (vt fit) auocamentũ quęrentis, parergon hoc arripui, initio quidem modulis diuerticuli deſtinatum: rerum autem ſerie perpetua aliam atq; aliam deinceps commentationẽ ingerente, eo vſq; progreſſum me eſſe ſenſi, vt ex parergo, id eſt operis inſtituti diuerticulo, plenum opus factum ſit, vt Gręci dicunt ὥσε ἡμᾶ τὸ πάρεργον ἔργον γένεσθαι. ¶ Hęc ſatis ad exteros, Italos & alios vbicunq; gẽtium literatos, quibuſcũ ſacris iiſdẽ initiati ſumus. Quibus quidẽ ipſis in muſęi cella cõtigit incubare, nõ etiã qui ex pronao (vt aiunt) muſas ſalutauere. Eorũ enim nullũ ex albo reiicimus, quãdo id fieri nõ poſſe putamus, vt q̃ literarũ humaniorũ ſtudio ſint expoliti, nõ iidẽ quoq; ſint iudices nobis ęqui. Ab noſtris autẽ metuẽdum nihil erat, niſi quoſdã hoies primarię auctoritatis aut dictitare aut muſſitare cõperiſſem, cũ vnũ tantũ genus hoim literarũ bonarũ ſtudio aptũ, atq; etiam natũ eſſe, tũ vero nos operã, & oleũ perdere qui in eo vitæ inſtituto ingenia exerceamus: nõ aliter ac lienoſos q̃ inſtituant ad curſum. Hoc quũ noſtratiũ quidã reſciſſent, primũ mirari auctores, deinde eo magis ſuccẽſere, poſtremo re plane ĩtellecta fremere. Sed reliqua (vt arbitror) ſilẽtio nũc premẽda, vt omnia in poteſtate habeamus ſi forte illi æqores eſſe cœperint. Niſi vero obſcurũ eſſe poteſt, cur hoies Frãci externa ingenia ſeſe exoſculari dictitẽt, nec ſtomachi ſui doctos in Gallia vidiſſe. Quos ſi veritati inſeruire potius, q̃ animo ſuo indulgere exiſtimarẽ: aut ea eſſe eruditione, vt latine

loquẽtes íntellígère ſine magíſtrí opera & prę́ítorís poſſent: facile (níſi fal lor) oſtẽderẽ cur adhuc factũ ſit, vt dícẽdí facultas olím vernacula Gallía- rũ, líterís íãdíu ín Italía íllúſtratís, ĩ Gallíã nõ reuerſa ſit, trãſalpínarũ ípſã rerũ plus q̃ & par eſt & vtíle cupídã. Qua (malũ) opínione fallere ſe ín re tã clara hoím íudícíũ credũt, q ne ín íís qdẽ fefellerũt, quæ íntegumẽtís o- mníb⁹ cõpoſítí vultus ſpecioſiq; ſermonís egerũt? Vſqueadeo em̃ oẽs hoím ſenſus íã ínnotuere ín vulgus, vt fidẽ quídã non faciãt, vel ſi arã vtraq; ma- nu tenẽtes auſi ſint ſanctíſſíme deíerare. Ita ne vero ſi Frãcí quídã hoíes aut male obſeqoſi, aut ex íngenío ſuo víuẽtes, nec per íſtorũ geníũ íurare dídíce rũt, nec ſolítís hac ętate lenocíníís eorũ ſe potẽtię vẽditare: ſatís dígna cau ſa fuit quãobrẽ calcata charítate patrię, odío trãſuerſi aut líuore raperent? míhí certe nõ vídetur. Atquí ſi íngenıorũ ípſi & doctrínę (quę nos quoq; ín externís mírífice agnoſcímus) admíratores veros credí ſeſe volebant: benı- gne ígítur vel exterís facerẽt, idq; eo noíe vt íntellígeret, cur víros ípſi do- ctos pręmíís aſcíſcerẽt. Síc em̃ eloquentíã & poetícã & líteras elegãtíores patrię dícerẽtur vel dedíſſe vel reddídíſſe. Nũc cũ íd nõ faciũt, vídeãt quę- ſo ne externís verba dare potíus q̃ nobís facũdíã optare vídeant: ímmo (vt plane loquar) ne ſubdolã mentẽ prodant, aut certe maleuolã, q príuato vel ſtudío vel odío ínſtíncti (nã quã alíã cauſam cõíícere quíſq̃ poſſít:) ſuggíl latíonẽ patrię ínurere nõ tímeã. De qua q̃ bene alíoq ſint merítí publíca fa ma víderít. Sed crítícã ſeueritatẽ cognoſcere ín hoíbus ímperítís precíum eſt operę, Gallí omn̄ino hoíes nec ad poetícã artẽ nec ad oratoríã natí. Quís hoc íudícíũ facít: hoíes germana ín Frãcía natí, ín ſínu Frãcię alítí & educa tí, & nũc ín gremío eíuſdẽ hoc dictítãtes. Qua ígít tandẽ fídutía hoc íudí- care præſumũt: age qd tũ poſtea? Quí a patría hone ſtíſſímũ quodq; decus merítí, ímmerítí tulerũt: egregíos cíues & patrię amãtíſſímos. Audíamus porro, ſolís hoím Italís hæc ſtudía capeſſere íure ac morib⁹ lícet. Síc ením fert cęlí ſolíq; natura, vt ínfantes etíã íllíc díſerte numeroſeq; vagíãt. O a- cre íudícíũ hoím, qb⁹ tñ ípſis ínter claſſíca recítãteis Italos exaudíre tantũ vacauít. Síccíne Frãcos hoíes pítuítoſũ fel habere ad íracũdíã putãt, & craſ ſa quoq; ad ſtudía pręcordía, eorũ vt ſtomachũ ímprobítate tãta prouocare gaudeãt: q̃q̃ latíus patet hęc cõtumelía, q̃ vt ín líterarũ ſtudíoſís cõſumat. Ad eos em̃ etíã pertínet q líterarũ ípſí ímperítí, íngenioſos tamen líberos & ſpeí magnę genuíſſe ſe arbítrantur. Porro etíã patet. Solís em̃ Italís do- ctos eſſe lícet ac díſertos per íudíces íſtos noſtros, muſarũ (credo) & Apol línís ſanctíſſímos antíſtítes. Quí ea fídutía vtríuſq; facultatís, atq; etíã lín guę vtríuſq; íudícíũ pręſumũt: q vt Aſcręus olím poeta ex tẽpore fact⁹ ad fontẽ Pegaſeíũ credít, ſíc ſe anno vno aut altero cũ doctís ſup mẽſam loquí tãdo vberẽ harũ rerũ ſcientíã hauſiſſe credí volũt. Quíppe q naſcí ín Italía doctos, nõ ſtudío annorũ trígínta & amplíus fierí putẽt. En qbus te appro bes, ſi Mínerue ſuffragio doct⁹ haberí velís. Heu míſerã cõdítionẽ noſtrã, quí íntabeſcímus líterís, hasq; índígnítates exorbere ac vorare cogímur, q̃ cõcoctu díffícíles ſtomachís ęſtuãtíbus & bílíoſís: idq; eo magís q ius no- bís nõ eſt ad prímores, aut príncípẽ prouocãdí, quorũ íſtí ígnorãtię ímpo- ſturã ex anímí ſuí ſentẽtía factítãt. Illa aũt ílla ſíngularís eſt temeritas vel

Dicẽdí facul- tas Gallís olí vernacula.

amẽtia, obtrectatiõis (vt ita dicã) tragulas in vniuersos intorquere, si quos dã forte priuati incõmodos atq; inuisos obstinarit ferire. Illi ne vt irato aio tantũ indulgendũ putẽt esse, vt propter vnũ aut alterũ expungẽdos a caluo (vt dicit) ad caluũ e numeris eximãt: vel q; quidã eorum huius calũnię architecti dictitãt: se cũ omnia studiosorũ diuersoria lustrauerint, adhuc tamẽ qđ quęrũt extra gẽtem Italã desiderare. Ecquod igit capitalius verbũ vllũ hoc verbo esse potest? Quasi vero quisq; ignoret, sic eos bonos doctosq; cis Alpes inquirere, vt qui diuersissima via cõgredi cũ hostibus festinãt. Deus te pdat simultas, quę oculis clausis in hoim obtrectationẽ impingis, & velut mẽte capta propositũ maleuolũ tuũ prodis. Tu vt tuorũ ingenia dãnes, quorum partim nec periculũ feceris, nec alium fecisse quenq; noris? partim ne facere quidẽ tu animo offirmaris, nec faciendũ curare, cum tu id si velis, facere fortasse nõ possis? tum deinde exteros (si diis placet) cõmendatione

Hora. sermo lib. i.

inani quassaq; prosequare, vt licẽtiore calũnia possis in quos velis desęuire? Hic hic nigrę succus loliginis vt lepide inquit poeta. Cedo igitur cui vnq; doctrinę nomine benigne tute feceris, aut cui omnino nõ tua causa bene tantũ cupiueris? Heu cãdor Mecœnatũ eorum, quos & videre nobis, & obseruare cõtigit: qui simul & studiosis sunt, & Reip. desiderati, insigni ad posteros inclinatione rerum. Superi immortales, quãtum inter animos hominum intersse dicemus? Illos vt heroicis annis editos, nihil appositius q̃ viscera charitatis appelles. Ita vniuersas cogitationes suas ad homines nostros iuuãdos cõtulerãt. Isti huiusmodi animũ rebus nostris exhibẽt, vt ad delẽdũ Frãcici nominis splendorẽ incubuisse videãtur: quos tamẽ & ipsos nõ adeo liuidos esse crediderim, vt nisi transalpinis rebus oculos cupidius adiecissent, premẽdi nostrũ gratia in cęlũ laudibus ferrẽt exteros. Quid eñ cõsilii eos cepisse dicas? an vt eloquẽtię ac literarũ gloriã desperare nos cogãt? quid id eorũ refert? quãdoquidẽ huius ętatis decreto, nihil cũ literis auico comitatui, an vt gratiã ab Italis ineant? Sed quo inter Gallos ab Italis gratiã? restat igit vt aut priuatis studiis indulserint, aut nõ modo proterui, sed etiã prope modũ amẽtes iudicent. Equidẽ libens ab ipsis audierim, vtrũ ne studia literarũ bonarũ hodie flagrãtissima q̃libet iniquo tẽpore, restinguere illa sua obtrectatione sperarint, an oblectãdi sui gratia potius ingenia prouocarint. Illud certe obtinere nulla auctoritate possunt, vt oratorũ vel poetarũ & historicorũ libros nobis e manib⁹ vt prophanis excutiãt, quas bonis iãdudũ auctorib⁹ cõtrectãdis inauguratas habemus. Nãq; famę dudũ per ora hoim iure vel iniuria obstrepẽti moderari nequerũt, quomin⁹ in circulis, in ambulationib⁹ & sobriis & basilicanis, pro castris, pro cõcione, nusq̃ nõ deniq; actus eorum obtrectaret, nõ cauillabũde modo sed etiã tumultuose: ecqd se illi iuris habituros putãt in eorum Mineruã q̃ litteras dicerũt? scilicet hoc illud est, hoibus venustis cupido incessit gallicũ stilũ prouocãdi, a quo sibi metuendũ nihil putãt, vt quẽ hebetẽ esse & plũbeũ dictitẽt. Nẽpe hac fiducia illudũt, Frãcicãq; Mineruã, vt infantẽ & inermẽ despicant, nec ægide terribilẽ. At ego vt Italos Frãcis ingeniorũ acumine præstare nũc inficiari nolim, sic non facile cõcesserim vt præstẽt etiã docilitate. Quippe vt primis oim latinorũ Italis post annos cẽtũ licuit stilũ

ſuũ ad cotem priſcæ venę exacutũ,ſcribẽdo dicẽdoq; explorare,ſic noſtris obuiũ eſt,vt omnib⁹ & antiquos & recẽtiores ſcribẽdo auctores æmulari. Nã ſalẽ eodẽ nobis precio quo Italis pręberi, docere iſtos potuerũt acto/res theatrici,qui ſatyricis eos ſalibus totos ſępe perfricãt, queis acriores nõ puto vltra Alpem aut Pyrenẽ inueniri . At enim innocẽtia ſuccinctis omniũ rerũ ſecuris eſſe licet.Equidẽ hoc fatebor,ſi intra vallũ innocẽtiæ ſtatiua ſe ſemper habuiſſe rebus gerẽdis adminiſtrãdisq; cõtẽderint . Di/cere igitur hoc audeãt,& ego illis ordines omneis iudices ferã,ni cõſtãtis famę teſtimonio reuincũtur,vt ne ad populũ quidẽ ,puocare audeãt.Qua/re ego ſuaſerim eis potius (ſi me auctorẽ nõ reſpuãt)vt infenſo animo vel alioqui male affecto vſqueadeo ne obſequãtur,quin ſeſe ſuũq; etiã faſtigiũ reſpiciant,rationẽ anteactę vitę habeãt,nec in extremo ſummoq; actu ſub perſona primarũ partiũ indecorũ aliqd aut proloquãtur,aut agãt.Etenim quũ ſint eorũ nõnulli prętériti tẽporis cõtinẽtia & grauitate ita obſtricti, vt peccare ne tãtulũ qdẽ ſine crimine maximo nequeãt, ii meminiſſe debẽt vitæ ſuæ curſum nõ ad amuſſim popularem exigi,ſed ad eã quã ſibi ipſi in mediocri fortuna prętituiſſe creduntur.vt ſi a priſtinæ probitatis & inte/gritatis orbita ingreſſum quoquo modo detorquere videantur, quicquid recte ac pręclare ante fecerunt,protinus nõ virtutis fuiſſe ſed ambitionis exiſtimetur.Nã qui aliis moribus viuere prouecta iã ætate & ad inſtituta trãſire vidẽtur vtilitati ſeruiẽtiũ,vltimũ vtiq; ſalutaſſe recta cõſilia & ho/neſta credũtur atq; dicũtur.perinde atq; ii ſolẽt qui ad tẽporariã modeſtiã belliſſime cõpoſiti ſimul ac ſe euaſiſſe ad res ſecũdas ſentiunt,tãq; emeritis ſimulationis ſtipẽdiis,ambitũ & cupiditatẽ profiteri perfricta frõte obdu/ratoq; nõ verẽtur. Aut igitur ſibi poſt hac imperent ſtudioſos Galliæ non odiſſe,procul ambitione ſummotos:aut ſi male loqui pergãt,& vtcũq; do/ctis incõmodare,quoſdã etiã expectẽt iuſto dolori tandẽ obſecuturos, nec ſibi eo nomine blãdiãtur quaſi in ſinu Iouis poſiti male audire nequeãt,aut quaſi dolorẽ animo quãtũuis inuſto Gallica ingenia ſtilo exigere nõ poſ/ſint . Qui enim Ariſtarchos ſe orationis latinę aut etiam architectos in/tulerunt, quũ minime ipſi eſſe didiciſſent artifices dicẽdi Gallicę fortaſſe doctrinę,Italicę diſcipulę,extremã propediẽ manũ acceſſiſſe ſentiẽt , quũ ex atrio libertatis,ſuis ipſi maledictis reſpondẽtes audiẽt.Neq; eñ ex vno aut altero opere debuerũt omne gen⁹ ſtructurę omniũq; æſtimare. Sed qd hoc ego crimẽ perſequor,quũ iidẽ ipſi qui literas Gallis adimũt nõ iã ſciẽ tiã nobis elegãtiorũ artiũ, ſed etiã prudẽtiã omnino quaſi ſenſum cõmunẽ abſtulerint? Quę cõtumelia nõ ad vnũ tãtũ eũdẽq; neglectũ ordinẽ,ſed ad ſingulos vniuerſosq; pertinet . Notũ eſt enim q; eius ſocietatis mancipes, qua minime decebat,nihil penſi habere dicũtur , quo minus errata ſua lu/culenta clauo ductitando admiſſa, ignominia patriæ oblitterare nitantur. Prò ſupreme ſeruator ? nonne ſatius erat nos culpã agnoſcere quę negari nõ poteſt,q̃ clauũ (vt dicitur) clauo protrudere, & culpã crimine expun/gere? Antiqui Romani dixerunt maieſtatẽ in populo,auctoritatem in Se/natu eſſe,inde crimina maieſtatis appellata lęſæ aut imminutæ:at nũc in/uenti eſſe dicuntur,qui non contenti Remp.non iuuiſſe, imminuere etiam

maieſtatē clariſſimę gentis cupiāt,& qui doctos poſſe Gallos fieri cū negauerint,inſuper prudētes in Gallia nec reperiri cōtendant nec inueniri. Qui quū hęc dicūt,inexpiabili ſe inuidia flagrare nō animaduertūt. Quaſi vero cuiq̄ perſuaderi poſſit quęſtionē decretā de viris bonis & prudētib⁹ hoc tēpore fuiſſe,quos velut optiones ſibi in rebus tranſigēdis conſtituēdiſq̄ cooptarēt. Verū hos paulīſper mittamus quibuſcū ex æquo nō licet hāc iniuriā expoſtulare, ac videamus cuiuſmodi Homerus poetarū ſapiētiſſimus, Achillē ſuū finxerit, vt ex eo ſcire poſſim⁹ an res noſtra publica recte atq; ordine hoc tēpore cōſtituta ſit: & mirari homines deſināt, q̄ per hoſce annos primū hominibus Francis animus cū re ſimul concidiſſe viſus eſt. Ille igitur rerum humanarum perſpicaciſſimus æſtimator, quū ſub Achillis perſona fortē ac ſtrēnuū militē eūdēq; ducem formare ſtatuiſſet, deā illi Mineruā inſtantē idētidē finxit, quaſiq; cōdocefacientē monitione poſtica, nōnūq̄ cæſarie repręhenſantē cū pręcipitē eū ferri atq; ira excandeſcere ſenſit. Achillē autē ſuū inducit inter iram ratiocinationēq; alternantes, Mineruæ tandē monitis obtemperantē, ſtrictū enſem in vaginā ira ſuppreſſa edomitaq; condentē. Videre eſt illā quidē imperio vetantē, hūc autē irā obſequioſe prementē. Illa ni pareat ipſe numini, vindictā intermi natur: hic ponit vim animi, ne nō paruiſſe dicatur. Memorabile figmētum ac memoria etiā atq; etiā tenendū, quo quid aliud poetam ſignificaſſe arbitremur, q̄ animæ duas partes iram & rationē? ſiquidē ille furorē iræ ac ferociā animi ratus circa pręcordia graſſari, rationis principatū ac moderamen animi in parte ſumma capitis ſedere cenſuit & vigere, velut ſpeculatorē a natura præfectū, qui omnia circūſpectaret, atq; vt auriga quadrigis, ſic feruori ipſe animi atq; alacritati moderaretur. Proinde quū ille poeta fons ingeniorū dict⁹, talem ſtrēnuū militē, eūdēq; ducē fortiſſimū induat, vt nuſq̄ ita deſtitutus, ita deprehēſus ſit, quin preſto cōſiliū & rationē habeat, (hoc eſt enim Mineruā velut præſtitē habere vel aſtitē) planū fit vtiq; qui ſapientia & prudentia careant, res ab iis maximas nec bello nec pace geri poſſe. Porro prudētia ipſa aut ſumma dote naturę datur, aut literarū cognitione cū ſapientia cōparatur: at vtrūq; nobis adimūt qui nobis nec natura imbui nec ſtudio inſtitui cōcedūt. Caput vero erroris eſt, q̄ nobiliū natio indecorā eſſe literarū cognitionē claris penatib⁹ ortis ſemper exiſtimauit. Hac enim opinione effectū eſt, vt rerū noſtrarū ſumma in tenebris plerūq; dēſiſſimis hallucinetur. Nā quū primores procerū ignorātiā literarū percupide ſibi vendicēt, ac nihil ſui muneris eſſe in pacis artibus credāt: euenit vt plurima aulæ cōſulta ex paucorū cōmodo fiant, qui in rē ipſi ſuā ſuarūq; neceſſitudinū concipere edicta principis conſultaq; didicerunt. Sic fit vt regio nomine paucorū regimen obumbretur: nomē olim inuiſum apud eos qui reſpublicas in populis & ciuitatibus condiderunt. At enim quoſdam regibus ſubſeruire neceſſe eſt, qui iis muneribus fungātur quæ per ſe reges obire iam nequeunt, quis negat? Sed ſi eo amplius legitimum iam & regium eſſe cœpit illis omnia credere ac delegare, quibus ab latere & auribus principibus eſſe contigit: ſint ſane omniū potentes, quando eo delitiarum ventū eſt & inertię immunis & feriatæ: ſed ſint

Achilles Homericus.

eiuſmodi qui optimates vocari & cupiãt & debeant, quiq; latus principis cingẽtes maieſtatẽ eius auguſtiorẽ faciãt. Nec dicatur vnũ omniũ Regẽ maximũ, ſolo corporũ ſtipatu, quaſi adminiculo ſubnixũ, nõ animi virtute ac ſciẽtia niti. Delectũ modo hominũ principes habere inſtituãt, literisq; & ingeniis & induſtrię fauere: ſic fiet vt nec doctorũ Frãcia nec prudẽtiũ inops reperiat. Sed eñ eo tempore doctos & ſapiẽtes neceſſe eſt latere & ſecedere, quo tẽpore diſſimiles iis homines in lucẽ prodiere. Huius igitur mali cauſa eſt nobiliũ inſtitutũ, qui res cõſentaneas, & mutua ope nixas, generis claritatẽ literarũq; peritiã, collidi inter ſe & diſſidere putant: quo errore factũ vt diſciplinę olim igenuę appellatę ad plebẽ iãdiu trãſierint, nõ tãtũ a nobilibus ſed etiã (o mores ꝑditos) a ſacricolis repudiatę, ne nõ ſatis generoſus eſſe & lautus antiſtitũ ordo preſulũq; putaret. Inde autẽ illa extitit indignitas: nõ tãtũ incõmoda, ſed memoria noſtra etiã fere dira. ꝙ principes natura boni, ſed blãdimẽtis incurię capti atq; immunitatis cui a pueris inſueuerũt, auctoritatẽ regiã recte perperã, digne indigne factis accõmodãt, quãdo ſemel omnia amicis permiſere. Qui ſi literas ſcirẽt ipſi, gẽtileſq; ſceptroq;, nec ſacroſancta vtiq; nomina inuidię opponerẽtur, nec tã licẽter ob oculos principales cercopũ preſtigię ludificari pergerẽt quarũ ſemper impunitas moribus noſtris fuit vel a iuriſdictione ſumma. Adde ꝙ Senatus ille ſelectoq; prętorianus & caſtrẽſis interpres principis placitorũ, pauciſſimis ſępe viris, hominibus haud ita multis cõſtat, ꝑtim literarũ neſciis, partim iuris ſui magis q̃ publici cõſultis, vnde viſi ſũt aliquãdo turbines ex caligine denſa cõſilioru obortí, late ſpes populariũ fortunasq; percellere, nequicq̃ ſuperum hominũq; fidem populo implorante. Quid illud quale eſt? ꝙ cũ omnia pro poteſtate arbitrẽtur, cũ ita comitiis noſtris preſint, vt ſine eorũ auſpiciis pauci renũciẽtur, nõ ſatis eorũ quidã habuiſſe dicũtur, meritos & graues permultos, & ſecũdo rumore cõmendatos, aut aliquo virtutis ſpecimine cognitos ꝑterire, niſi etiã capitali cõniuentia trãſmiſſos, aut ignominia afficere conarẽtur, aut huiuſmodi eſſe omnino ſcire ſe inficiari? Pręteriiſſe dico? Quid ſi etiam obnũciaſſe cõſtat, quaſi latens aliquod vitiũ obueniſſet? ſiue id ſimultati datum eſt, ſiue vt is tãtũ preficerẽtur quos eis commodum fuit. Qui ſi de cœlo ſeruaſſent, vt exiſtimari volunt pernicioſas ſæpe renunciationes diſturbare potuiſſent. Quantã autẽ indignitatem homines haurire coguntur, cũ certo certius ſit nihil ſapere principi poſſe quod his pręguſtatoribus non ante placitũ ſit & probatum? Quin igitur vrgemus vt cõfeſſionẽ ab inuitis exprimamus? Neceſſe eſt enim vt vel linguã palatũq; ſtupentia ſe habere fateantur, vel certe amori odioq; ſeruientia, qui inſulſos a ſapientibus internoſcere vel nolint vel nequeãt. tametſi huiuſmodi hominũ conatũ nõ magis improbũ eſſe q̃ irritum puto, ſiquidem ſtudii ardorem reſtinguere premendo, aut ſecũdę famę ſplendorẽ obſcurare nitũtur. Nam vt palma arbor in põdus attolli dictitatur, ſic virtus ſuppreſſa ſtudio maiore erigitur. Opinionem autẽ non vanis rumuſculis collectã, ſed claris induſtriæ documentis emanãtẽ quis inhibere poteſt? Splendet enim ſplendet, ſolidę & expreſſę virtutis exiſtimatio, etiã relictę in vmbraculis, aut procul ab ambitu remotę, vt

Nobiliũ culpa iacent literę.

viceuersa in quibusdã fulgor adumbratæ virtutis aut sapientiæ obruitur plena luce, cum illustri magistratu gerendo tãq; ad radios ipsi solis aut ad fasces admouentur. Equidem (vt ad eos redeam quos interim omiseram) libens ipse suaserim aut etiam postularim, si qui sunt ex ea secta Philoxeni superstites, qui rerum Gallicarũ transactores ideo in Italiam petẽdos esse duxit vt nostrates homines rerũ actu summoueret, nõ q; eorum solertiam præ nostrorum admiraretur, cõmodis ipsi vt immodicis comiter ornamẽtisq; perfruantur quæ nostrarũ rerũ clade quęsita nullus est qui non norit, externosq; ita suauientur si placent, vt Francos non despuant: satius enim id esse censeo q̃ offirmata iniquitate eorũ abrumpere patiẽtiam qui res tacendas effari stentorea voce possint. Neq; vero negauerim sępe e re Gallica fuisse, in rebus transalpinis externorum operã experiri. Quosdã enim ascititios nouimus nõ modo industrios, sed & exploratę fidei, qui egregiã & singularem operã & in quietis cõfiliis & in bellicis rebus nobis nauasse dicũtur. Sed si in rebus domesticis non modo externo milite vt iã fieri cœpit: sed etiam in omni parte reipublicę externorũ operã asciscendam cẽsebimus, magis id adeo vt paucorũ cõmodis seruiant, q̃ vt publice prosint, quæ tandẽ nostrorũ erit functio, aut quãdo suæ tutelæ Francia restituẽda dicetur? O tempora! o mores! Francia quæ olim sibi, aliisq; & summę rei christianæ supesse visa est, nunc degener & infans, ne suis qdẽ rebus satis est, vel agẽdis vel eloquẽdis. Rẽ suapte natura indignã, auctores eius etiã fecerunt atrocem, indigni omnino ipsi qui vel intra verba peccarent, nedũ vt viris studiosis omni ope incõmodarent, quos suffragio suo (vt scimus) prærogatiuo benigne subleuare debebãt. Q̃z si homines innocenter industrios testimonio suo fraudasse, viri boni existimatur officio non cõuenire, quid causæ est quin magnũ in sese dedecus admisisse videantur, qui etiam cupide fecerunt vt odisse crederentur? Vtinam autẽ fieri posset, vt sese nostræ querelæ in eos tantũ impingerent, qui culpę auctores ipsi aut affines esse dicuntur: liberius omnino nobis destomachari liceret, nũc autẽ vereri subinde mihi succurrit, ne aberrãte hominũ coniectura in eos vis doloris incumbat in quos minime vellem. Sunt enim in quibus ne guttam quidem criminis huius herere velim, q̃q̃ eorũ culpa tolerabilior esset. sed & eiusmodi nõnulli ferũtur, vt si stomachum rursus mouerint, patientiã omnino tibi imperare nõ possis. Quo fit vt rẽ spinosam tractarevix innoxie queas, & tamẽ tãta vis est numinis ad stilum manũ vrgentis, vt periclitari malis q̃ rũpi degeneri patiẽtia. Næ ego satis admirari nequeo quorũdã hominũ amentiam, qui in rebus ipsi secundis famę suę consulere vel negligunt vel nesciũt. Nos tres viros vidimus, qui ad magnos honores assumpti cœlum nostrũ impleuerũt nominũ suorũ celebritate. Quorum duo tum æquales, tum simul in actu summo rerũ Francicarum fuerũt. Hos ita inter se iũctos diceres vt aerem & ætherẽ. Quicquid enim potentiæ alterutri accedebat, alteri id omnino decessisse videbatur, vt inter illa duo eleméta ea est vicissitudo, quicquid alteri deperit, in alterũ vt inferne superneq; trãseat. Verũ ęthereus ille tũ summa queq; sibi vendicans, tum ad cœlum hominũ voce obseruãtiaq; elatus, tam proxime etiã olympum euaserat, vt quicquid Iu-

nomĩ Iupiter inter ſuauia díceret,latere eũ vulgo nõ putaretur. Quũ autẽ ille alter faſtígio fortunę inferior líbraméto tãtũ ſuo ſtaret, doctrína ſcílícet & induſtría ac maieſtate ſũmo parib⁹ magíſtratuí, hic ví maíore fatí ſupra omníũ aſpectũ ſublíme ferebaꝫ. Quí cũ votís tm̃non ſuís parcarum fuſos conuoluí exíſtímaret ac cõfideret,arrectíſſímas quaſq; ceruíces ſubmittí ſibí volebat.Cũ aũt ílle alter erudítíõe Varro,aío írreqeto & verſatí lí Porcíus,líbertate nõ obnoxía Cato,ſupíorís magís ílli⁹ ſuccũberet ípotẽtíę q̃ aío ſatís æquo cedere víderęꝫ,íd ad huíus felícítatẽ fortunæ deeſſe tãdẽ víderí cœpít,vt ílle velut obex e medío tolleręꝫ.Id qđ decímo magíſtrat⁹ anno obítu eí⁹ fortuíto quũ eueníſſet,fatís íã haud dubíe nobis male cogítãtíb⁹,íbí ílle Seíanus,vt vídebaꝫ,gaudío ímodíco ꝓfuſus (qđ alacrítate futílí & geſtíẽte ꝓdebat cũ ſuo comítatu) oía íã ínfra, ſupra nutu aío vertí ſuo volés, ſuffecit ſtatím hoíem in locũ demortuí,quẽ íãdíu deſignatũ habebat,ſíqd ílli cõtígíſſet,ex cohorte obſeruãtíũ , quo facto cũ ín omneís ſeſe ꝓtes líbere verſare ínſtítíſſet, (nullũ em̃ Catonẽ eſſe ſupſtítẽ ſcíebat cuíus ſupcílíũ ſup̃ma ſors aulę vereretur) índe íã aperte dom⁹ eí⁹ cupídítatís,ambítionís,obſeruãtíę clientelarís díuerſorium fuít.Cernere erat omníũ ordínũ nõ colluuíonẽ (nã íd tolerabíle eſſet) ſed quícqd pene ín quoq; ordíne decorís eſſe vídebaꝫ , certatím ſeſe addícẽtes aut ſpeí alícuíus certę,aut reꝑſentatí p̃míí auctoraméto,aut admíſſę noxę metu,ſi nõ aſſídue ílle cultus cõtẽní vídereꝫ, quę vt mínima numero, íta potíſſíma pars erat.Nã quí oía ín poteſtate habebat q̃ tũc erant amplíſſíma, ís vnus oíbus ſuffícere poſſe merító credebaꝫ.Quẽ aũt plus íure ac legíbus hoíes poſſe nõ dubíe íntellígebãt,extra eíus p̃ſídía agẽtí ſecuro víx eſſe hominũ opínione íus erat.Quín eouſq; ínualuít hominũ opínío, huí⁹ vt ímpotẽtía atq; íllíus obítu,aculeí ſeueritatís,ſummę etíã iuríſdíctionι excuſſí eſſe víderẽtur.Habuít pro cohorte prętoría nõ modo candídatos príncípís, ſed etíã míníatos,quorũ ſtípatu ſe maxíme vír clarus mírabatur,fremẽte ípſo Ioue tarpeío hominũ ſacroſanctorũ míníatore,quí ſíbí eas opas a Bríareo exprímí ęgerríme ferebat.íd qđ eũ ípſe vídí audíuíq; ín Vrbe díctítãtẽ frememebũde,cũ apud eũ legatus eſſem.quę res ín exítíũ tãdẽ pene vertít domí nícę famílíę,euẽtu prímordíís cõgruo. Quís em̃ neſcít velamẽta ílla beata nõ tã cocco ímbuta q̃ cruore fuíſſe? O carã ſemp Francíę mercẽ,& bellorũ precíís cõparatã.& ſíc quoq; (ſí dís placet) nũc lícemur,lícebímurq; ſemp natalítía vt vídetur ſcríptorũ noſtrorũ neceſſítate? Verũ ĩ eo ípſí⁹ ín reliquoq; comítatu líteratũ nullũ hominẽ agnouíſſes , níſí ſí qs erat forte vnus ínter externas clientelas,tã procul em̃ íd genus hominũ ab eí⁹ veſtíbulo ſũmouebaꝫ,q̃ ípſe lõge aberat ab eruditíone ıuſta & líberalí.Et alíoquín nullus eí ferme eorũ cordí erat,quos ílle vír egregí⁹ de medío ſublatus fouiſſe víſus erat.Quíppe vt ílle vírtutís & doctrínę columẽ,íís fauerat p̃cípue,quí aut ceruícẽ nõ obnoxíã, aut índolẽ íngenií p̃ ſe ferre vídebãtur,íta hic ínteriorís aulę mãceps & dictator ín comítatu regío,ín delícíís nũq̃ víſus eſt eos habere quos merítoꝝ p̃rogatíua magís q̃ ſuffragío aulícę obſeruãtíę fretos eſſe ac cõmẽdatos ſuſpícabaꝫ. Etem̃ cũ proſtítutę frontís homínes ín fídem fere líbẽs recípiebat,ſícut amare & ſcortarí a le-

none ſunt qui iucũdius eſſe putãt, tum omnia beneficẽtię ſuę accepta ferri volebat, vir cętera egregius (ne meritis eũ laudibus fraudẽ) & in primis cõmẽdabilis animi ſublimitate, ſordib⁹ auaritię, atq; omni obſcœna voluptate maiore. dignuſq; q̃ viã verã intellgeret aſſequẽdę glorię tãtiq; faſtigii ſuſtinẽdi & p̃ferẽdi, qđ regiũ pene æquauit arbitriũ. Cęterũ ſoliuagus accipiter (vt eſt in hominũ prouerbio) nec in prędatu ſociabilis, vt qui in rerũ actu collegã ferre nõ poſſet: nã qui geneſim ſummã habere ſe arbitrabatur, nullũ nõ faſtigiũ ſibi ſecũdũ eſſe cẽſuit. Hic cũ fortunã p̃petuo ſibi fauore aſpirãtẽ multũ iã fatigaſſet: tãdẽ grandioribus incœptis obrutus, q̃ quibus par eſſe poſſet (& neminẽ ſolitarius rerũ arbiter, vt dictũ eſt, in cõſortiũ admittebat) ipſe quoq; fato conceſſit. Vnus (vt arbitror) omniũ quos ætas noſtra meminit, æſtu perpetuo iactatus inuſitatę ante ſe felicitatis, quare p̃ter omniũ ferme opinionẽ accidit q̃ ei fortuna ſũmã manũ negauit, fauoriſq; colophonẽ, deſtituta tot hominũ ſpe, & p̃ſertim cohortis miniatulę iã ad comitia honorũ faſtigii verticiſq; p̃perãtis, quę lõgius ipſa expectatione hominũ p̃rogata ſunt. Tãtę aũt potẽtię nõ vnũ aut alterũ, ſed cõplureis ſucceſſores reliquit ex ſinu tamẽ ſuo ante mortẽ p̃ductos. Nullus eñ adhuc poſthumus ſucceſſor mortuo agnatus eſt. tãetſi eorum vnus fortunę ſe litaſſe cõfidẽs cuius alũnus erat, velut ſolus ſũmi rerũ arbitrii creuiſſet hęreditatẽ, tãtos repẽte ſpiritus ſuſtuliſſe viſus eſt, vt p̃ter inſolẽtiã in vultu eminẽtẽ, ferociã quoq; territãtẽ loquẽdo exhalaret. Is in ſummo magiſtratu diſſimillimus ſui factus, vſqueadeo omnia ſibi ſuſcipe permiſit, & ad extremũ tueri qcqd ipſe ſuſcepiſſet fouẽdũ, vt dignos indignos, quos ſibi morigeros ſemel exptus eſſet, in omni parte reip. p̃ficiẽdos curarit. moratos vero p̃inde ac moroſos inutiles Reip. exiſtimãs, q̃ potuit lõgiſſime in ſeceſſus ablegauit, vtriſq; enim iratos ſuperos eſſe credebat. Videlicet fortunę indulgẽtia corruptus, atq; imemor p̃ſonę quã gerebat, qđ virtuti debebatur, illiberali obſequio dãdũ eſſe cẽſuit. Ex quo factũ eſt vt quã exiſtimationẽ primis & ſecũdis vitę actibus collegerat, eã ipſe in vltimo eodẽq; ſummo actu totã effudiſſe videatur. Aliquãdiu aũtẽ auctoritate graſſatus aſſeclis ſuis p̃mouẽdis, quũ orbis formã nouã mũdo ſtupẽte cœpiſſet architectari, ſubita manus iniectione vim parcarũ expertus eſt, vir (vt oẽs arbitrãtur) ſũmo magiſtratu dignus, ſi ſummũ ſemper magiſtratũ expectauiſſet ac nũq̃ adept⁹ eſſet, vſqueadeo ĩ ſecũda ei ſorte cõſenuiſſe & vita perfunctũ eſſe p̃ſtabat. Sed q̃ fortunę oĩa ttibueret, vt cuius p̃ſentiſſimũ numen in rebus humanis eſſe exiſtimabat, ne extremũ quidẽ fortunę obſequiũ remittẽdũ eſſe cẽſuit. Hic eſt fere eorũ exitus q̃ modũ nõ nouerũt adhibere felicitati. Verũ ille quoq; mortuus eſt, cũ ſũmi honoris cõuulſa maieſtate, tũ vero ſummę curię laceſſita ſeueritate, ſeminibus earũ rerũ iactis q̃ inſigni noſtrarũ rerum clade poſtea expiatę ſunt, & ea tamen morte felix exiſtimatus. Horũ vero omniũ obitus vt ſucceſſorũ gaudio, ita ſecũdi & vltimi riſu & cauillis omniũ exceptus eſt, veluti ludos ſibi fortuna nobiſq; factitãte. Nam primus ille & ſummus vita ſuo tẽpore non etiã noſtro excedẽs, orbã nõ dubie rẽpublicã noſtrã reliquit & deſtitutã, alios vix ſtatuas, vtrum ex rebus ipſorum proſperis raptos, an potius dedecori

impẽdẽti exẽptos esse dicas. Tãetsi secũdus eo nomine desideriũ sui nõ mo dicũ reliqt ꝙ eã rerũ inclinatione q̃ secuta est morari videbat: etiã si ipm eius fundamẽta primũ iecisse cõcusso orbe nostro oẽs opinabant. Sed tñ vtcũq; intererat superstitẽ eũ esse. eo em̃ veluti tibicine fultas res nostras creditũ est q̃uis inclinatas impulsasq;, tñ nõdũ sic collapsuras fuisse. Accedit ꝙ grãdiora incepta sic reliquisse videbat, vt Apelles Venerẽ, q̃ manũ nõ iuenit opis incohati p̃scriptũ excepturã. Verũ, o fluxã rerũ humanarũ memoriã, hic cũ totũ occidẽtẽ nois sui vel gloria vel strepitu vel elatis spiritibus ipleuisset, sic anima repẽte cõcidit exhalata, vt nullius ꝑpe modũ nũc in ore ac ne in memoria qdẽ verset. In quo mihi post hoc regnũ cõditũ homo maxime falsus esse opinione visus est. Nã q cedrina familię sue stẽmata q̃siuisse sperabat & cõfidebat, ne sui qdẽ memoriã nisi exilẽ atq; fuga cẽ reliqt posteritati. Sed scilicet cõmuni principũ primorũq; Gallię errore in q̃rẽdę verę glorię curriculo ipe lapsus est. Nã q beneficẽtia & suffragatione ingenia literatorũ excitare debebat, atq; ad oia publice cõmoda honestaq; toto pectore incũbere, vt rerũ p̃clare gestarũ veluti qbusdã gradib9 in cęlũ (id qđ exoptabat) hominũ ore ferret, monumẽtisq; æternis scripto rũ post mortẽ cõderet: is vt Aspẽdius ille citharistes, q oia sibi intus ecciniſſe dicit, in libera penus ãplissimę dispensatione sibi suisq; prolixissime frangẽs, publicę opulẽtię dispẽdio se suosq; augẽdos esse cũ cohorte amicorũ assectarũq; ratus est. Atq; etiã (o stultũ hominẽ) libẽs fecit, vt ornãdis assentatoribꝰ, ac supprimẽdis doctis & grauibꝰ, auctoritatẽ, & extruẽdis insanis ac portẽtosis p̃toriis opulẽtiã vanissime cõsumeret, illã qdẽ (si superis placet) ex donatiuis venialibꝰ exuberãtẽ, vacationibusq; diuẽditis sacrosanctorũ munerũ. Eorũ nõ absimilis q ex materia carriosa & vermiculãte statuas sibi erigẽtes, ꝓgare iis sese in æuũ suiq; memoriã arbitrant. Sic Bagoarũ apud Persas imodica potẽtia, nihil post obitũ eoꝝ p̃ter memoriã solã eunuchorũ relinq̃bat. Deus imortalis quãtũ intereſt iter hoim cogitationes actꝰ & istituta? Primꝰ ille tot ingenii dotibꝰ istructus, in munerib9 obeũdis remissus & cõpositꝰ (nisi si iracũda sęueritas vitio ei data est) ita se i magistratu gessit, vt in eiꝰ funere sũmi honoris maiestas, Frãci cięq; nois splẽdor & claritas, elata fuisse videant, cuius rei opinionẽ auxit secuta rerũ iclinatio. At cõtra secũdus icitatꝰ & vibrãs. Tertiꝰ eo ãpliꝰ prę ceps, eo maxime noie memoriã sui rebꝰ Gallicis inuſſere, q felicitati & glorię Frãcicę funꝰ idixisse existimant, Hęc est em̃ oim opinio, hic sermo, quẽ fama tumultuose his annis circũtulit. Cui opinioni etsi iudiciũ meũ nõ interpono, me tñ ipsoꝝ miseret, q̃ cũ essent in loco p̃celso cõspicuoq; positi, in sese nõ inq̃siuerũt ipsi, nec obseruari se oim oculis tũc meminisse potuerũt. Viri alioqn cõmẽdabiles, si ferẽdo ipsi oneri maioris fati fuissent. Certe alter eoꝝ qua erat animi p̃stãtia errore magis q̃ ꝓposito lapsus videri põt. Pręclarũ em̃ sibi esse vir literarũ nescꝰ existimauit, cohorte millenaria futiliũ hominũ stipato, vltro p alpes citroq; cõmeare, quos ptim ãnuis cõgiariis a rationario publico principisq; donare instituerat, ptim optimo quo q; prẽmio virtutis testatissimę sacro profanoq; ornare. Qui si memoriã sui perpetuã cupiebat, monumẽtis vtiq; p̃clare rerũ gestarũ eã fulcire debebat

Cedrina stẽmata.

Aspendius citharistes.

Donatiua venialia.

& ſtabilire. Ad eiuſmodi aũt monumẽta condẽda architectorũ manus adhi bẽdas eſſe intellexiſſet, niſi plane neſcius liberalis doctrinę atq; elegantis fuiſſet. Heu vana hominũ opinio, qui eoꝝ ſortẽ ſuſpiciũt vt beatã qui rerũ potiũtur in aula ſtrepitu plauſibili, quũ nullã aut exilẽ ipſi ſui reliquãt memoriã poſt vnũ aut alterũ q̃ moriũtur diẽ. Ego quidẽ vel miſerabiles eſſe puto, p̃ſertim quũ inclinationes tẽpoꝝ & mometa rerũ velut Tantali ſaxũ capiti principũ ac fortunis eoꝝ impẽdeãt. Quin & imperiũ ip̃m qd est qđ tãtopere admiremur, vt numeris oĩbus felicitatis ac beatę vitę coagmẽtatũ, niſi principes ipſi ſibi memorię poſteritatis inſeruiẽdũ eſſe cẽſeãt? Quũ poſtridie funeris inter regẽ verũ perpetuũq;, & diurnũ ludicrũq; nihil intereſſe putẽ, quales ſunt aut p̃ſonati reges in theatro, aut q in p̃uigilio epiphanię quũ regalia agim⁹ regnũ ad ſeſquihorã fabę luſu ſortiunt. Refert igit᷑ nõ quãtũ quiſq; potẽtię aſſecutus ſit, aut q̃ numeroſis hoĩm cultus ſit cliẽtelis: ſed qd ĩ vita memorabile geſſiſſe, quos mores, quos hoies fouiſſe ac p̃mouiſſe prodat᷑: Eniuero ſi & principes & rerũ potiẽtes hoc intellige rẽt, tãtũ intereſſe inter vtrũq; fungẽdi vel principat⁹ vel honoris inſtitutũ, atq; ſi p̃ vitę agẽdę curriculũ hos quadrigis albis ſublimes, atq; igẽti plauſu trãſuectos fuiſſe, illos plebeia & humili rheda nec ſecũdo populo curſũ peregiſſe dicerem⁹, credo vt eſt Gallo⁹ anim⁹ glorię cupidiſſimus, nihil vtiq; antiquus habituros fuiſſe q̃ vt bonoꝝ & grauiũ exiſtimationi approbare ſe poſſent, & poſteritati ĩ alia atq; alia ſecula oſtẽtare, q̃ hoĩm ipſa iudiciũ nec p̃ ſordes facere nec p̃ ãbitionẽ ſolet. Ecquẽ eĩm eſſe vel principẽ vel a principe p̃ximũ aut ſecũdũ putam⁹, qui ſi germanę glorię ſpeciẽ itueri ac p̃ſpicere poſſet, eãq; regni vel potẽtię p̃miũ vnicũ in hac vita p̃poſitũ eſſe intelligeret, in flexu vel ætatis vel inclinationũ rerum quoquo modo hęreret, ac nõ ad extremã vſq; metã ſibi ſemp inſtaret? Eqdẽ nullũ nec regũ eſſe arbitror, nec in aula p̃potẽtiũ, dũtaxat eoꝝ qui ſimiles ſunt animo antedictorũ. Age vero ſi id quoq; ſcirẽt rerũ geſtarũ p̃miũ ſolidũ perpetuũq; eſſe nõ poſſe, niſi ab iis decretũ cõſtitutũq; qui dicẽdi p̃conio laudes ducum clariſſimoꝝ p̃nũciare didicerũt: num etiã tum Gallią literatis & facũdis fuiſſe caritura putam⁹? Ego certe ita exiſtimo noſtros vt alios quoq; nihil nõ aſſequi poſſe, ſimul vt cœperint aſſequi velle. Et rerũ ſuarũ p̃cones Frãciã, nõ quoſlibet, ſed etiã Talthybiadas editurã, ſi modo hoc principes intellexerint priſcorũ regũ clariſſima geſta ideo in obſcuro iacere, q̃ rite inítiatos eloquẽtię ſcriptores nõ inuenerint ipſi nec æqualeis nec poſteros. Quũ aũt p̃ literarũ ignorãtiã incuriãq; hoc principib⁹ ſcire vel itelligere nõ liceat, fit vt q̃libet ſublimes ipſi & erecti, hoc p̃ſtare nequeãt q̃n a recto curſu felicitatis glorięq; exorbitẽt. Etenim cũ habenas fere ignaris rectoribus cõmittãt, illiq; in temonẽ peritos admittere raro in animũ iducãt, q̃ fieri tãdẽ poteſt vt inoffenſo curſu plaudẽdoq; ad metã p̃ueniãt? Simul illa res alioquin illuſtres infuſcat deformatq; indignitas, q̃ in currũ ſępe aſſumptos huiuſmodi videm⁹, q̃ ſi res recte atq; ordine p̃cederẽt pedites ipſi quidẽ ad frẽnos adambulare deberẽt. Vtinã aũt ex eius officina quẽ ſupi⁹ dixim⁹ vt ex equo quõdã Troiano primores oẽs viri heroicis animis viſendi p̃diiſſent. Quidã eĩm eoꝝ arduos eius ſpũs & liuore auaritiaq; maiores,

Talthybiadę. Poſteritas Talthybii p̃conis Agamemnonis, quorũ meminit Herodotus.

aliasq; eius virtutes non æmulati, vt est natura humana docilis in siniſtra, vitiũ illud eiusdẽ imitati sunt. Etem̃ vir ille animi nimius, admiratione sũmi apicis captus, quũ externarũ tribuũ suffragia immẽsis pollicitationib⁹ liceri instituisset, irudines illas bellorq; ærario nostro admouisse cõpert⁹ est, quę exanguẽ ipsę rei francicę opulentiam suctu iugi sorptuq; reddiderũt. Olim aũt elusus cũ peteret vt Cęsaris cãdidatus, didicit vti foro vt tẽpora tũ ferebãt. Quã cupiditatẽ nulli nõ notã, vt tñ p̃textu aliquo obtegeret vel perlucẽte, quũ emissarios emerẽdis obsequio cẽturiis ad capita classiũ dimittere statuisset, tũ demũ externos admirari, & p̃miis ascitos p̃ferre nostris omni ope instituit. Ex qbus internũcios, & sponsionũ sequestres p̃propere delegit, quosdã ita futileis, vt qui strophis maxime inclaruissent, eos ipse appositissimos trãsigẽdis negociis arbitraretur. Nec nũc fando audita narramus. Oculis em̃ hãc indignitatẽ in Italia & in vrbe haurire nobis cõtigit: cũ minime videre putaremur qđ nulli nõ oculato patebat, & p̃terea irridẽteis videbã gallicã simplicitatẽ homines peracutos, qui hominũ delectũ habere nõ nossemus; tũ etiã quũ copia ingeniorũ domestica nõ careremus. & nos miramur iterũ nos repulsam verticis honorũ sacręq; dictatu rę tulisse? Ex eo iã tẽpore motorios omneis actus atq; etiã turbulẽtos vidimus in theatro ditionis francicę. O beatã futurã te Francia si intra te tãtũ felix esse voluisses. Nã ex quo tẽpore extra fines auitos, psilire tibi visum est, cũ charissima pignora lõgissime amãdasti, ad te nũq̃ reditura, tũ velut abdicatis tuis, alienis sinũ pãdere destinasti. Qđ si in rẽ atq; existimatione tuã futurũ videbat, vt ad te aut gẽte aut cognatione potẽtatus p̃tinenteis omni ope reposceres, idq; quãdo nisi Marte disceptãte atq; arbitro cõsequi nullo modo posses, viriũ tuarũ specimẽ facere extra fines oportebat, oportuerit sane, quãdoqdẽ arduũ est rebus tẽperare prosperis. Sed qs te superũ infensus ita p̃posterã egit, vt choragis pastophoris pyrrichã saltare p̃clarũ esse duceres? videlicet nõdũ itelligebas nec rei nec famę tuę ita rationẽ habituros: qn, quo iure quaq; iniuria corollariũ illud belli asseq̃ cõniterẽtur, primũ venerãdissimũ (vt vocãt) & ad extremũ beatissimũ. nullisq; cãcellis iudiciorũ ambitionẽ perditã coerceri in iis hoib⁹ posse, quos fretos vertice sacrosancto videmus iudices, puocare digitis argutulis. Verũ ille primore ipetu retro actus, quũ vi maiore rẽ aggredi statuisset: oẽsq; iã tribus aut laturus aut ablaturus videretur (& erat tũ Argyraspidũ cohorte succinctus, p̃ter alas obequitãteis) ibi tũ repẽte (o lubricũ gradũ felicitatis) à fortuna destitutus, vel iis poti⁹ plagis indutus (vt est mẽs cęca mortaliũ) quas ipse texuerat, anxietati animi par esse nõ potuit, vt multi opinãtur. dep̃hẽsa em̃ felicitas cito curis grauioribus angẽtibusq; succubuit, quarũ insolẽs erat. Hic & alter imatura morte rapti hoc lucri fecisse dicũtur, ne actuũ suorq; catastrophen viderẽt patrię luctuosam. Vtinã aũt eius sequaces, quorq; ad stomachũ gallica nõ facit oratio: nõ magis Italiã q̃ Italos adamarẽt, aut certe Italicã doctrinã cũ Italia, literę (vt opinor) bonæ ex Italia nõ modo ad nos venissent, sed etiã prope modũ in Franciã cõmigrassent, & iã Frãci hoies essent capaces eloquẽtię. sed quoto cuiq; vnq̃ in Frãcia stipẽdiũ datũ est dũtaxat nõ pudẽdũ? amicos ipse ex Italia habui, a

Choragus chori magister, q & præsul & chorostates dicit & choriphœus.

Pastophori sunt insignia sacerdotalia gestantes.

Digitos argutos & crepitãtes p̃ferre solẽt ij, q despicari se dicitant.

Argyraspides argẽteis scutis insignes sunt milites quo nomine Quęstores & Prępfecti ærarij significari videntur hoc in loco.

Alę sunt eqtes Frãci q⁹ ille tũ erat comitatus.

Catastrophe, exitus est fabulæ & rerũ conuersio.

quíbꝰ nō ſine lachrymís díuulſus ſum,quū prouíncia paucorū crímine ín-
grata faceſſere ſe dícerēt.Neq; vero,neq; ínquā Gallox ingenía ad líteras
perdíſcēdas ſunt ínepta:ſed qa líterę lautíores mhíl ad rē āpliādā patrímo
níaq; factítāda hodíe ꝓtínere noſcunt,elegātię ſuę frugē hoíbꝰ quęſtuaríis
atq; ābítioſis approbare nequeūt.Rē aūt facere q̄ res gerere aut geſtas res
ſcríbere maioris multo artificíí magísq; expetēdí apud nos eſſe creditur.
Quo ígíť tāopę Italos ſi nō ad erudítionē Gallox? At res ípſa clamitare
vídeť nō Italícā doctrínā ex Italía,ſed cōmoda,ſed ornaměta,ſed qđ dícere
nūc muſſíto paucís hoíbꝰ quęrí,quox híātí cupídítatí fortuna q̄uis ꝓfuſa
ſatíſfacere neqt.Habeāt íllí ſane ſibí oía,qđ abſq; captíōe noſtra fíat:abſtí
neāt modo verbox cōtumelía,& alíū ꝓtextū cōſilíís ſuís ínueníāt.Sed q̄ p̄-
clare natura,q̄ ſímulatíoní ſedē ín frōte,ſermoní ín ore dedít:conſpícuo vt
ín loco díu fallere ne poſſent:fít eī ꝓraro frons vt íta ſermoní ſubſeruíat,
aut verba frontí cōgruāt,qn male tādē cōſcía mēs quoquo modo ꝓdatur.
Scítū etíā íllud aíūt,díu neminē ꝓſonā ferre poſſe.Verūeníuero quādo ad
cardínē huíꝰ cauſę ꝓueníſſe me ſentío,atq; ad íd aperiēdū qđ in alíud tēpꝰ
reſeruādū eſſe duxí,vela íā q̄relę mihí cōtrahēda ſunt. Qua de re eī agíť
explícare āplíꝰ nō ſtatuí.Ignoſcí aūt dolorí noſtro (cuí nō níhíl datū eſſe
nō nego)ab oíbꝰ æquū eſt, quí vel patrię íuſta charitate ducunť,vel quos
oíno nō pœnitet quātū ín líterís díſcēdo ꝓfecerínt,vel certe q ingenioſos
líberos ſperāt ſeſe genuíſſe olímq; gētē íllúſtraturos.Ego ne vt patrię quę
me genuit,q̄ me aluit,q̄ me vtcūq; docuit, deníq; cuí oblídes líberos dedí,
ígnomínía affectę nō cōdoleſcerē?nō eís natalíbus ortus ſum.Calūníā paſ
ſę nō patrocíníū qualecūq; p̄ſtarē?haud íta ad hęc ſtudía íncubuíſſe víſus
ſum.Immo vero quū ín patría líteras dídícerím,nō actíone popularí potíſ
ſímū experírer,an vſuí patrię & cíuíbꝰ eſſe poſſem?Ecquę aūt tādē popula
rior eſſe poteſt actío q̄ q̄ ſuū populí íus tueť? quę ígnomíníā popularē ſín
gulorūq; ꝓpulſat?Eqdē ſic cōtēdo.quí ingenuís ípſe parētíbꝰ natꝰ ſít,auū-
q; ac proauū cíere nō ígnobílíſſímos poſſit,nec ſe ín ſeruítutē alíquādo ab
ducí a plagíaríís hominíbꝰ paſſus ſit,vt ínter venalítíos ín cataſta íllíbera
lís obſeruātię ſeruílí p̄cío índícareť,ídēq; íís ornamētís q̄ nec vírtute nec
ingenío:ſed potētíbꝰ ín aula ſupparaſítādo q̄runť,líterarū ſtudíū antíquí
duxerít,ſi nec aduerſa Mínerua hoc ſe facere cōfídat,dícēdíq; ſtípēdía nō
graueť ímplere,íllúſtrandí quoquo modo nomínís ſuí ıus eí eſſe debere,ſí
quíd ípſe fortaſſe ín mediū cōmíníſcí & ꝓſequí ſtílo poſſít,neq; ea ſpe íllū
prohíberí cítra íníuríā poſſe.Hoc ius ſít ſane Italorū cíuíle aut ꝓpríū,mo
do nobís eo velut tranſlatítío líceat vtí, q̄q̄ relíquę fere gētes melíus de ſe
merítę,íd ius nō magís Italícū eſſe q̄ ꝓuínciale cōtēdūt. At Italorū extāt
opera quę prıſcā líterarū elegātíā ínſtauraſſe nobís ac retulíſſe íure cre-
dūtur.Quíd tū?nū ꝑ eos quí íā ſcrípſerūt cōſumptū omne argumētū oſté-
tādí ingenıorū putamꝰ?aut nū Itali qa prímí hoc certamē ınſtítuerūt,ídeo
ſolís eís gloríā hāc ſperare íure occupationís líceť?Ego vero quod ad hoc
pertínet ſíc ꝓpemodū cēſeo,Italos hactenus meruíſſe vt íure (vt íta dícā)
ſuo líterís lautíorıbus ſtudere vídeant.neq; ínuítus fecerím vt Italię alūnís
velut maiorū gētíū ſcríptorıbus ſedēdí ín Orcheſtra huíus theatrí ius trí-

Expíri actío-
ne eſt rē con-
trouerſam ín
ıudícium de-
ducere.
Hic aūt anci-
pitē ſígnífica
tionē habet.
Cataſta obſer
uātię illíbera
lis aulíca eſt
obſeruātia eo
rū qui ſe re-
rū potiētíbꝰ
venditant.
Indicare eſt
vēditantis.

buam. Sed quis iã omni gradu atq; in quintã classem deiectos aut summo tos Gallos esse patiatur? aut quisnã est eorũ qui edicto quidẽ ignauioris metus nõ prohibeãtur postulare, quiq; iniuriarũ possint reos vel in tyrocinio quoquo modo insimulare, qui libẽs hoc cõmittat, vt ad se delatã certis auctoribus cõtumeliã, trãsmittẽs silentio, socordi etiã animo remisisse videatur? tãetsi qđ ad me pertinet, absit vt quẽq; ea de re reũ deferre velim aut postulare, eorũ quidẽ quos aliis nominib9 & veneror & probo, si tamẽ secũ agi ciuili animo pati sibi persuaserint, nec nũc eos mihi videor postulare: sed insignẽ iniuriã apud eos ipsos expostulare: si qdẽ audire ipsis vacat, & exaudire nos possunt. Verũ esto (qđ tamẽ pace dictũ aliarũ prouinciarũ velim) Itali hominũ soli hactenus hoc nomine in cœlo esse dicũtur aliarũ gentiũ opinione, hoc est emñ Italos hodie omniũ ore celebrari. sed si Herculẽ & Liberũ & Castores in cœlũ ingẽtia merita subuexisse tradunt, cur nõ possint olim & alii scribẽdi industria, parẽ & similẽ Italis laudem mereri, atq; adeo ius ipsum sperare Quiritiũ? Neq; enim maiorũ illi dii gẽtiũ quos etiã selectos antiqui vocauere, cõscriptos illos deos meritoq; suffragiis in cœlũ admisere, Itali in doctorũ ordinẽ laudẽq; adoptare graua-bũtur, qui ingenii aut doctrinę cõmendatione videbuntur inclaruisse. sed etiã mediusfidius etiãq; vereor ne ineptire videar, qui tãq; ad palũ magno sudore depugnẽ. Quis enim aut Italus aut alius quẽq; vnq; aut Gallũ, aut aliũ ex iure manu consertũ vocauit ob id q; hãc spem laudis vsurpasse dicere tur, quasi in alienã possessionẽ temerarius inuasisset? Nostrũ est hoc crimen, qui etiã nullo vindicãte, ius omnib9 cõmune, Francis abiudicamus. etenim externis q̃ nostris iustioribus vtimur. quos tñ vt iudices iniquos, ita minime infestos aduersarios in re ip̃a disceptãda experiemur, vt spero. Nã qbus ingenia nostra ꝓbare nõ possumus, si in certamẽ dicẽdi veniret, ii ne velitari qdẽ & lacessere pugnã latino more nedũ pugnare iusto marte possent ac certamine, nisi si eoq; fortasse quispiã hastas (vt dicitur) amentatas a comitatu suo mutuaret. quo minus nobis anxie hęc causa agenda fuit. Apud hos emñ si qd vel scitũ dixeris vel nõ insulsum stupida id aure, vt fatuũ deuorãt & trãsmittũt. Enimuero hęc actio etsi ita mihi competit quasi caput & fortunas meas vt & omniũ Gallorũ in ea agi putẽ: tamẽ ita occupaui nõ vt cupide anteuerterim, sed ita res nata tulit primæ vt essent meę partes, nõ etiã vt posthac amplissimę futurę. Erat & alioqn si cuiusq̃ certe meũ, in hãc causam quoquo modo descẽdere, qui in his studiis bonã partẽ ætatis iã cõtriuissem, nullius spe aucupii lucriq; ꝓuocatus. Proinde ita existimari ab oĩbus velim tm̃nõ integrã a me causam relictã esse successoribus, vt ne libatu quidẽ magnop̃e p̃florata videat. Nã neq; mihi ipsi ita p̃scribi potest quasi oẽm aquã meã dicẽdo cõsũpserim, vt si reos eosdẽ aut alios repetere olim in mẽtẽ ipsi venerit: nõ multę iterũ horę indulgeri mihi debeãt. Cũ enim sic agẽdũ duxi ne rei cardinem attingerẽ, tũ vero sic tẽperandũ ne iugulum causæ quoquo modo peterem. nã quos & merita & fasces alioquin reuerẽdos faciũt, eorũ sartã (vt aiũt) & tectã esse existimationẽ decebat. Tãetsi qui fieri potest vt stili modũ teneas? qui etiã hominũ patientia iritati, nihil sibi videntur reliqui feciſſe (in hac re quidẽ) quo

nocẽtiores fiãt? Quotus autẽ quisq; faceret, vt a quibus alioquin lęsus publico etiã nomine iniuria affectus esset: nec se hilũ profecisse modestia ac silẽtio intellexisset, ab iis gratiã inire turpi patiẽtia cuperet? atq; iniuriam propulsare cũ posset, cõmodis ipse suis potius q̃ existimationi patriæ cõsulendũ esse duceret? equidẽ ipse eousq; Aristippeus esse nõ possim. proinde vt sit penes eos arbitriũ quo quisq; in numero in Frãcia esse debeat: malim tñ nõ nescios literarũ oderint q̃ despiciãt. Quid em̃ agas vbi tute aquã flu ere tibi noris, & aut crimẽ agnoscere aut respõdere cogaris? Atq; eqdẽ pe est vt dicã tãti esse in Gyarũ ablegari, aut in Seryphũ, dũ aculeo dimisso libertas intereat. Qui si indignatione iusta orationis meæ vela implere voluissem: rerũ dicẽdarũ copia facũdũ me fortasse vt quẽlibet, indignitas etiã reddere vehemẽtẽ potuisset. Quin & libertatis fines bono & populari principe tã late patere q̃ veritatis puto. Intra quos tãq̃ intra liberius prescriptũ expatiari licebat, nisi reorũ magis q̃ rei rationẽ mihi habendã esse meminissem. Nec vero fortuna q̃libet improba tãta se flagrare inuidia diutius sustinebit, tãtã vt in magnis viris iniqtatẽ fauore immodico ꝓseq nõ desinat, si illi in posterũ incõmodi ac molesti esse pergãt. aderit em̃ aderit votis euocata Nemesis. Cui animaduersionẽ eoꝝ antiqui cõsecrãtes q̃ rebꝰ secũdis insolescũt, Adrastiã cognomẽto quasi ineuitabilẽ vocauerũt. Interim nos æquitate animi fretos suaui secũdarũ rerũ aduersarúmq; cõdimẽto, deuoratas omneis indignitates cõcoquere oportebit, nec a laudabili vitæ instituto hominũ iniqtate aut tẽporũ absistere. Huiusmodi em̃ stomacho eos esse conuenit, qui ad literarũ studia amore sapiẽtiæ, nõ quęstus gratia incubuisse se dicũt. Quippe huius vitę in seipso versat̃ institutũ. nec aliud extra se inuitamẽtũ maius habere potest, qđ qdẽ ab hoibꝰ pẽdeat aut a fortuna. Is qdẽ certe studiosi noie indignꝰ est, q̃ sese frui in studio nõ arbitrat̃ optabilius esse, q̃ se in ius ditionẽq; fortunę atq; istoꝝ per ãbitũ ꝓmittere. Proinde hęc & huiscemodi nõ Catonis animo (vt aiũt) sed Ciceronis stomacho ferẽda sunt. Ita autẽ mihi superos omneis ꝓpitios esse velim (nulla em̃ religione maiore astringere fidẽ meã possum) vt rerũ indignitate, non cuiusq̃ odio incẽsus, hactenus stilo indulsi. Quare in primis eã mẽtẽ potẽtibus atq; auctoritate p̃ditis dari opto vt in vniuersum prodesse velint, ac singulis nõ obesse. Nihil em̃ nec generosius velle nec innocẽtius possunt. Sin (qđ absit) id fieri neqt, id nobis diuinitꝰ dari vt aut ne possint studiis nostris incõmodare, aut certe incõmodãdo ne possint nos ab æquanimitatis gradu quoquo modo deturbare, in quo hactenus securitate felices acquieuimus. Erit tñ aliquãdo (interim em̃ ariolari iuuat) principũ ꝓuidẽtię cauere, ne eoꝝ nomina factiose supprimãtur, qui publice aut honorifici aut vtiles esse possunt&: prudẽtię, videre, si q̃ familię ciuile fastigiũ prãpetes excesserint, vt in classes circũcisis (vt dicũt) alis in ordines q̃ redigãtur. Nũc perorationis loco ingenia Galloꝝ qualia sint, antiquitatis auctoritate docebim, ꝰ solertis æstimatricis ingeniorũ gẽtiũ. ne Gallomastiges Franci nimiũ posthac sibi placeãt, quasi soli inter nescios iudicio prædĩti. Quo citius aũt hoc documẽto perfungar, vnũ tãtũ eius rei auctoré laudabo, nec Italũ ipm nec Gallũ, & classicũ alioq̃ testẽ, ne a quoq̃ refelli tãtum

Nemesis. Adrastia.

elogiũ possit. is erit potissimũ Strabo, genere Cappadox, eruditione Græcus, iudicio priscus, conuersatione incolatuq; Romanus, terrarũ multarũ peragrator, vt ex Geographia eius patet. In cuius lib. iiii. de Gallis loquẽs ita inquit, τὸ δὲ σύμπαν φῦλον ὃ νῦν γαλατικόν τε καὶ γαλατικὸν καλοῦσιν, ἀρεμάνειόν τε ὄζει καὶ δυμικὸν καὶ ταχὺ πρὸς μάχλω, ἄλλως τε ἁπλοῦν καὶ ὁ κακόηθες. διὰ τοῦτο ἐξεθιασθέντες μὲν ἀθρόοι σωίασι πρὸς τοὺς ἀγῶνας, καὶ φανερῶς, καὶ ὁ μετὰ σκέψεως. Vniuersa autem (inquit) natio eorũ hominũ qui Galli nũc & Galatę appellant, Martis studio flagrãs, animo est strenuo & celeri ad conserenda prælia: alioqui mente candida & simplici, & ab improbis moribus abhorrente. Itaq; iniuria lacessiti conferti coeunt in certamina, aperte nulloq; periculi adeundi respectu. eã ob rem tractabiles se præbent primo cuiq; stratagemate vincere eos volenti. Idem inferius, πολὺ βίας ἢ τόλμης δεῖν ἔχοντες τὸ σωαγωνιζόμενον. ἁπταισθέντες δὲ ὁμαλῶς φύσι φόασι πρὸς τὸ χρήσιμον. ὥστε καὶ παιδείας ἄπειροι καὶ λόγων. Præter vim & præsentiã animi nihil ad certamina adhibentes. Qz si quid temere susceperint, facile vtilitati cedũt. ob quod & doctrinæ institutionẽ, & literarũ studia capessunt. Et rursus de gymnasio Massilienſi, ὧν δὲ ὧδε πρόνοια καὶ τοὺς γνωριμοτάτους ξωμαίων ἀντὶ φίλων ἐς ἀθλώνας ἀποδημίας ἐκεῖσε φοιτᾶν φιλομαθῆς ὄντας. ὁρῶντες δὲ τούτους οἱ γαλάται καὶ ἅμα ἐρῆμον ὄντες, πολὺ χολὴν ἄσμενοι πρὸς τὰς παίδας, διατίθενται βίους, ὃ κατ' ἄνδρα μόνον ἀλλὰ καὶ δημοσία. σοφιστὰς τοῦ ἀποδέχονται, τοὺς μὲν ἰδίᾳ, τοὺς δὲ πόλεως κοινῇ μισθόμενοι καθάπερ ☉ ἰατρούς. Hęc autẽ Massilienſiũ institutio, Romanorũ hodie nobilissimũ quẽq; pellexit, adeo vt pro peregrinatione quã studiorũ causa Athenas prídẽ suscipiebant disciplinarũ cupidi, nunc illuc se cõferant. quorũ ęmulatio Gallos quoq; excitauit vt pace per Galliam cõposita, ipsi ociũ a rebus bellicis amplectentes ad discendi institutũ animum appellerent, non viritim modo sed etiam vniuersim per vrbes. Quippe qui dicendi magistros (quos Sophistas appellant) priuato publicoq; impendio oppidatim suscipiãt, salarium illis statuentes perinde ac medicis. Nec literas Gallis Strabo, nec animum studiis liberalibus aptũ promptũq; negat, etiã si eis ad prælia animos gestientes tribuat. Quãto igitur nostri maligniores, qui Francos præcipuã Gallorum partẽ in orbẽ barbariæ redigentes, studiosorũ industriæ summissim obtrectãt? fidem apud vulgus comitatus regii facientes, quod ne nomina quidem disciplinarũ vnq; suspicari potuit. Qz si olim Galli literis apti fuerunt, quæ tandem inuidia est, nunc quoq; in Gallia literarũ bonarũ studiũ cum successu excitari: siquidem publice nunc honos facundiæ vt quondam habeatur: nisi vero Stabonis ętate quo tẽpore hominẽ deus induit, fieri id potuit, Gallis adhuc semiferis, id nunc nõ poterit, quo tempore gens nulla moribus, aut mansuetioribus, aut elegãtioribus viuit. Quibus si ipsis disciplinarũ expolitio, & naturę pręstãtis cõdimentũ adderetur, vndiq; certe & lauti Franci & perpoliti fuissent. Ex illo autẽ prisco Galliarum instituto emanauit illud Satyrici poetæ, Gallia causidicos docuit facũda Britãnos. Notum est etiã certamen gręcæ latinæq; facũdiæ Lugduni olim institutũ ad arã diuo Augusto consecratã: ad quã idem Satyricus alludẽs in prima Satyra inquit, Aut Lugdunensem rhetor dicturus ad aram. Proinde nunc quum totus graias latiasq; habet orbis Athenas, digna tantum merces artibus statuatur, & spõdebo non modo oratoriam & poeticam in Gallia,

Strabo.

Gallorum elogium.

Galli olim facundiæ studiosi.

sed etiam Gallogręciam postliminio redituram, & istos futuros ridiculos qui nullum exemplum esse cōtēdunt hominis Franci in literis latinis prisciscq; eruditi. Qui si quando quis existat vtraq; lingua se scire profitens, Anacharsin (vt opinor) in Scythia esse dicent, aut etiā prodigiosum indictisq; supplicationibus procurandū & expiandū. Hos vix statuas vtrum ignorantię damnes an potius temeritatis, qui se nobis Aristarchos tā fidēter ingerant. Quis enim pręter eos ignorat linguæ olim Græcæ studiū tā solēne in Gallia fuisse, q̄ nunc est linguæ latinę? Cuius rei iterū eundem auctorem citabimus, his verbis de Massilia scribentē, καὶ φιλέλληνας καπηκόους τῆς γαλάτας ὥστε καὶ τὰ συμβόλαια ἑλληνικὰ γράφειν. Eadem vrbs Massilia Gallos linguæ græcæ studiosos fecit, & eousq; amantes, vt contractus & conuenta apud eos Græco sermone cōcipiantur. Hęc Strabo auctor grauissimus de maioribus nostris scripsit. Q. igitur nec eloquentia nec studia elegantiora atq; humaniora in Gallia hactenus celebrata magnopere fuerūt, nec cœlo imputari clemētissimo, nec naturæ omnino Gallicæ eidemq; humanissimæ debet, sed quorūdam hominū rusticitati aut potius iniquitati, qui primos ordines in rerum nostrarū administratione duxerūt: eorumq; qui hoc dicūt ignorantiæ, vel (vt Græci appellant) apirocaliæ, quod vitium est eorū qui nec bona sua nouerunt, nec eorum vsu acquiescunt qui seriis in rebus operam bonā ac strēnuā nauare didicerūt. Neq; vero quo nomine appellē nunc habeo, quibus nihil nō accersitū placet, nisi si mirari nō debemus iis omnia vernacula sordere, quos Transalpina cōmercia nimiū iuuare fama est, nec iuuare tātū, sed etiā adiuuare. Habet nimirū quippiā externorū admiratio, quod nec fronte promi videtur, nec ore ab istis laudādo fascinātibus: quod vtinā in rem tandē nostram atq; existimationē exeat. Cęterū illi mihi vehementer falli vidētur opinione, qui cordatos viros in Gallia ideo desiderari putāt, q̄ innata in arma alacritas parū prudētię in cōsiliis agitādis habeat. Hoc quū vulgo nostrates homines dicūt, euēta rerū cōsiderātes, tū dogma ia esse cœpit ab eadē secta cum superiore cōstitutū. vtrūq; enim astruere maxime refert eorū. Quasi vero natura dissidiū inter cor & manus ingenerarit. Ego vero in vtranq; partē vires animorū valere puto quū recte animi ipsi formātur doctrina & institutis, & pręsertim in iis gētib⁹ quę naturę plena dote prędite, & corpora & mētes ad omnia versatiles habēt, cuius rei quū Gallis Strabo testimoniū prębet, tum vsus ipse docet. Argumētū huius rei validissimū afferre possem ex Gręcorū Romanorūq; imperio. nā & Macedones inter Gręcos adnumero. vtrumq; autē imperium non minus animis excolendis, q̄ corporibus exercēdis quęsitū est, & retētū. quippe idē numen Palladis & Mineruę, & Martios animos loricatis pectoribus & togatis præcordiis aut palliatis vim iudicādi cēsendiq; inspirare creditū est. neq; id quidē modo, sed etiā studiosis vim illā numerosa solutaq; oratione dicēdi. Quare antiqui Enthusiasmū appellauerūt vim dicēdi, scribēdiq; diuinitus inferuefactā. Eodē id pertinet qđ a Catullo & Virgilio dictū est, ciuitatū arces Palladi esse sacratas. Vrbes enim prisci tā prudētia & literarum scientia, q̄ robore & fortitudine capi retineriq; hoc figmēto significare voluerūt. Aegyptii vero in iis quæ Hieroglyphica apud eos dicebantur,

Philhellenes Galli, id est linguæ græcę cupidi.

Apirocalia.

Enthusiasmos.

Hieroglyphica.

Cid eſt ſacra quędam monumenta,non literis vocabula,ſed ſcalptis rerum animaliũq; figuris ſignificantia) Mineruam hemiſphęrio cœli ſuperiore, Iunonem inferiore intellexiſſe dicuntur. Macrobius etiã auctor eſt priſcos ſummã ætheris partẽ,quã ætherẽ dicimus, Mineruam appellaſſe, ex qua mũdi parte ſolari virtute homini prudẽtia ingenerari putatur. propter qđ Palladem Iouis capite editã poetæ fabulati ſunt. Ex quo intelligimus prudentiam & ſapientiã velut iure ſuo cæteris vel rebus vel hominibus eminere. Qui igitur fieri poteſt vt ampla imperia quę ſupra modum vlnarum inimicis nos complecti videmur manibusq; non cõſertis, quęri & retineri ſine prudentia poſſint? Prudentia porro (vt Græci dicunt) eſt ἀκρίβεια νοῦ, mentis conſumatio,ſeu mẽtis exacta conſtitutio. Ariſtoteles, ἡ μὲν γὰρ σοφία ἐστὶ περὶ τὰ μετ' ἀποδείξεως, ὧν ἀεὶ ὑπάρχοντων ὄντα. ἡ δὲ φρόνησις ἐστὶ περὶ ταῦτα, ἀλλὰ περὶ τὰ ἐνδεχόμενα ἄλλως ἔχειν. Sapiẽtia, inquit, verſatur in iis quę demõſtratione cõſtãt, & ſemper eodẽ ſtatu manẽt. Prudentia nõ item: ſed in iis quę viciſſitudinẽ admittũt. Et rurſus, ἔστι δὲ χώρων φρόνησις καὶ σοφίας. περὶ χώρων γάρ ἐστιν, ἡ μὲν γὰρ σοφία περὶ τὸ ἀίδιον ἐστὶν καὶ τὸ θεῖον. ἡ δὲ φρόνησις περὶ τὸ συμφέρον ἀνθρώπῳ. Sapiẽtia autẽ (inquit) pręſtãtior eſt prudẽtia, vtpote quę circa æterna diuinaq; verſetur: quũ prudẽtia circa deteriora occupata ſit, ſcilicet circa ea contemplanda quę homini cõmoda ſunt. Et rurſus, ἀεὶ γὰρ ἀρεταὶ πάσῃσι πρακτικαί εἰσιν, ἡ δὲ φρόνησις ὥσπερ ἀρχιτέκτων αὐτῶν ἐστιν. ὅπως γὰρ ἄντα προσάσεται, ὅπως ἀρεταὶ καὶ οἱ κατ' αὐτὰς πράξουσιν. Cũ autẽ virtutes omnes ſint adminiſtratiuę, prudentia illis architecti vicem prębet. nã quo modo illa agendũ iuſſit, ſic ipſę adminiſtrant, & qui ſecũdum eas agũt. Ex dictis ſatis liquet ſapientiã & prudẽtiã cognatas eſſe virtutes, prudẽtiãq; aliarũ virtutũ moderamen tenere. quo fit vt omnia nobis tollant, qui ciuilium diſciplinarũ ſcientiã nobis cũ iudicio vtilitatis negãt. Hoc eſt enim tollere ſapientiã & prudentiã, quas ciuitatũ conditores vno nomine complexi ſunt eloquẽtię. Niſi vero nobiſcũ eos agere benigne ob id putemus, q̃ velut vecordi Gallię ſtrenuam manũ geſtientẽq; cum gladio relinquãt. Quid enim eſt aliud Gallos ad pręlia promptos dictitare: bellis autẽ gerẽdis aut opportune ſuſcipiẽdis conſiliũ ipſis non ſuppetere? Quod ipſum quid eſt aliud q̃ hominẽ (vt dicitur) ex homine tollere? Nõne ſi animę principem partem a corpore humano ſuſtuleris, quę remanebũt cõmunia cum ſimiis nobis erũt? Equidẽ vt heroum olim geſta memorabilia nõ ſine Theſeo facta fuiſſe dicũtur, id etiã apud Græcos prouerbio atteſtante, ita ſine ſapientia & literarũ peritia contẽdere & aſſerere nõ dubitauerim nullos vnq̃ populos rerum potitos eſſe. ſiquidem nec Aſſyrii Chaldęis, nec Perſę Magis, nec Macedones literis Gręcis, nec Alexãder Ariſtotele pręceptore caruiſſe memorãtur. Qui etiam ipſe Homero quaſi puluino indormire gaudebat, capiteq; incũbere eius poeſi, eiuſdẽq; Iliadem gloriæ armis aſſe quẽdę inſtrumẽtũ eſſe dictitabat & viaticũ. Eant igitur illi quouis gẽtiũ, nec patrię ſeſe poſthac imputẽt, qui humanarũ rerũ intelligentiã, earumq; dicẽdo explicationẽ, regno Frãciæ explodũt, vltra Alpes & Pyrenen proterue ſummouẽtes, taq̃ ferre cœlũ noſtrũ eximię illę dotes humanę mentis nequeãt, ſacrarũ literarũ tãtũ ſtudio iurisq; accõmodatũ, vtrũq; enim ſtudiũ nobis homines benigni religioſiq; largiũtur. Atqui ſi verũ fateri licet,

Minerua Palladis.

Sapientia. Prudentia.

Memorabilis locus.

Alexander Magnus Homeriſtudioſus.

huiuſmodi elogia Gallorũ paucorũ hominũ crimine inualuerũt, quoꝝ maxime interfuit pauca conſulto ac ciuiliter agi, quibus vt quidq; viſum eſt ipſis, ita pro diſceptato, cõſulto, decreto atq; etiã tranſacto habitũ eſt plerũq;. Eſt autẽ artis aulicę inuẽtũ, in iis quę paucis placita ſunt, imperioſa placita principũ adũbrare. Ita fit vt quę priuatim paucis cõducũt, ea regni totius ceruicib⁹ capitali licẽtia inũgãtur, vt ne gemere qdẽ populo oneri ſuccũbẽti liceat. Hoc cũ nũc oẽs & ſciãt & obſcure nõ ferãt (mos em̃ iam noſter & noſtris & exteris innoteſcit) ridiculũ eſt q; acuti qdã homines fucũ ſe facere perinde ordinibus vt plebi arbitrãtur. Ego aũt ſic cõtẽdo, ſi acreis rerũ cõſultos decretis aulicis faciẽdis adhiberi moris fuiſſet, & qdẽ bona fide adhiberi, non vt arbitri tãtum oculati & ſpectatores eſſent rerũ pręiudicio ſanctiore trãſactarũ (id em̃ iã diu trãſlatitiũ eſſe cõſtat) haud dubie nõ magnopere cõſilio peregrino accerſitoq; egerem⁹. Qđ genus nõnulli homines graues, feſtiue amplecti ferũtur, rei magis ſuę (vt dicit) q̃ publicę prouidẽtes. qđ tamẽ ipſa viderit prouidẽtia, nũc em̃ earũ rerũ iudiciũ libẽs ſuſtinuerim. Quãto vero deteriores priſcis Gallis nũc ſumus, quorũ tãtũ fuiſſe ſtudiũ audiẽdi attẽte quicqd in mediũ cõſuleret, auctor eſt idẽ Strabo, vt ſi quis cẽſente alio cõmitteret vt interfari vel aliter obturbare videretur: viator ilico magiſtratus, minitabũdus enſe ſtricto in eũ inſurgeret. Ἴδιον δὲ τὸ ϕῦλον τοῖς σωιδρίοις συμβαῖνον· ἂν γάρ τις θορυβῇ τὸν λέοντα καὶ ὑπεκρύον· προσιὼν ὁ ὑπηρέτης κατασμιλύος τὸ ξίφος καὶ λόβα σιγᾷν μιτ' ἀσελλῆς. Sed tũc apud Gallos in mediũ cõſilia agitabãtur, ſicut & nõ ita pridẽ homines cõſulti cẽſere in cõſeſſu libere iubebãtur, nũc mos inoleuiſſe fertur ita publica ſcita faciẽdi vt in potẽtiorũ ſententiã omnes pedibus eant. Conſilii (vt fertur) eſt vna mens & eadẽ ſentẽtia, tãta eſt inter homines cõcordia & charitas, quando in collegiũ nemo aſſumitur niſi a collegis adoptatus, in verbaq; collegarũ adactus, vel ſalutator ferẽtarius (vt vtar nũc verbo comico) vel vi fati cuiuſdã mirifici admiſſus. Hoc ſiue verũ fortaſſe, ſiue (qđ malim videri) mẽdacio permixtũ eſt, indignũ certe eſt q; famã id circũferẽtẽ vltra Alpes & Pyrenen, cõpeſcere negligimus, id em̃ referre rerũ noſtrarũ puto. Sed em̃ illud (vt aiũt) miro pręconio dignũ, omniq; memoria prædicãdũ q; paludatos duces vidimus rerũ bellicarũ callentiſſimos imperia a togatis accipere coactos, qui nũq; caſtra ante vidiſſent. Togatis dico, quid ſi etiã abfulatis? adeo Martios omnes ſpiritus homines Franci gerimus. Euge memorabile exẽplũ, & inſignẽ in omne æuũ memoriã huius ſeculi facturum. ſed infenſum Martis numen (vt exitu tãdẽ patuit) prępoſterũ ordinẽ rerũ auerſatũ eſt. & tãtã indignitatẽ ſecutę eueſtigio clades expiauerũt. Ecquonam vnq; tẽpore poſt viuorum memoriã cõgruẽtius rerum euenta cœptis reſpõdere viſa ſunt? Vt em̃ nil nõ prępoſtere geſtũ eſt, ita nihil nõ exitum dirũ habuit, vnde æterna nota (quod refero mœrens) patriq; eſt inuſta. fatis certe nõ noſtris moribus imputãda, vt intẽperiis actos tum fuiſſe nos putẽ, qui nec ius nec fas reſpiceremus, dirasq; imprecãteis oppreſſos obaudiremus. Eorũ fortaſſe vicẽ dolere nos debemus, ſiqui ſunt qui in cõmuni crimine iſontes, aliena inuidia vel flagrarit vel afflati ſint. Sũt em̃ & mortui & ſuperſtites quos varie fama premit eodẽ in reatu, ad poſteros etiã nõ

Memorabilia Gallorũ priſcorũ cõſilia.

dubie trāſitura. Quo magis, mirū eſſe poteſt, ꝙ omnes nūc vultus noſtri vè lut ſordibus excuſſis ferocē etiam prę ferunt ſecuritatē: nec de ore famæ cō ponendo laborare quoquomodo vidēmur. Verū hoc tēpus mittamus quod Tragicos pene euentus omneis habuit, & humana fortaſſe maiores prouidētia, quod vtinā ipſum eximi hominū memorię poſſet, ne tragœdias excitare libens rebus iā lætioribus videar. Quod enim bene cœptū eſt agi, ſpero deum approbaturū. Quo fit vt hilarius etiā nunc velut in portu naufragiū cōmemorē, vt naufragi raſi ac pileati ſolent, prę terito facti periculo loquaciores. Vtinā igitur fatalibus minis ſemel defuncti ſimus, nec verſurā fecerimus (quod ominari nolim) mutato creditore. Qua in re ſi ſpes nō fefellerit, & bene omnia eueniāt, nullas mortaliū partes cōſiliiq; noſtri omni no fuiſſe credā, ſed omnia prouidētię ſupernę accepta referēda cēſebo, quæ priuata (vt arbitror) pietate nō publica exorata, luxatā rerū noſtrarū ſummā, molli (vt aiunt) & facili articulo, necopinātibus noſtris repoſuit in ſedem, quippe admoto tēpeſtiui laxamēti fomento, tātiſper vtriſq; partibus reſpirare, quietiſq; cōſiliis animū intēdere appellereq; licuit: tametſi nōnulli ſunt qui obnixe & refractarie cōtendunt res Frācicas non poſſe in eodē cardine verſari gloriæ atq; felicitatis, ſi iiſdem manibus vſura ſit reſurgēs, quibus e gradu deiecta eſſe dictitatur. quod ſi omnibus itidē perſuaſum eſſet, adiurādos per chariſſima pignora quoſdam eſſe dixiſſem, vt pauliſper iſtinc faceſſentes, validiores manus ne dicā terſiores, habenas rerum tenere paterentur: prę ſertim quū quorundā aut ætas aut ratio vitæ, receptui cane re iamdiu videatur. Sed ſi eodē capite (vt ſperamus) iiſdemq; manibus dominus in gradum nos reponat: erit omnino cur diuinū beneficium grādius exiſtimare poſſimus. Quare in eam ſpē ſigillatim concipere vota debemus, quandoquidē ea publice nuncupare non ſolemus & fortaſſe præſtat (quod aiebat Auguſtus) contentos eſſe hoc Catone, quandoquidem ſpes iam hilarior affulſit diuina benignitate: tanta eſt enim cōtagio in illo cercopū cōuenticulo: vix vt inuenias qui fidem bonā illuc adoptatus agnoſcat, alios confeſtim eoſdem eſſe credas: ita ſui diſſimiles fiunt homines triduo verſi pelles, & quaſi ad fluuium Lethen biberint priſtinæ ſuæ ſortis omnino obliuiſcuntur, immo vero humanitatis ipſius atq; mortalitatis: hominum vero veneficorū atq; faſcinatorum cōciliabulū dirū auerſandumq;: vſqueadeo ſenſus omneis humanos afficere aulica illa delinimēta cernūtur. quaſi vena Circeia atq; magica, partim vt honeſtatis & officii, partim vt actus oīs liberalis oblīti eſſe videātur. Quotus eñ qſq; eorū q in adytū ſemel illud beatū aſcēderit, ad familiaris poſtea & ciuilis amicitię officia, aut oīno ad æqui boniq; intelligētiam deſcēdit, priuſq; prę ceps ruit, aut inde depulſus eſt? Tū demū autē placidos eos videas & māſuetos, vitā execranteis aulicā, ſeq; ipſos deuouēteis inferis, ſi vnq; impoſtrici pellaciq; remorę credíderint ꝓditeq; tenaci, cuius olim viſendę cupido ignaris inceſſerat. videlicet quaſi ab aula ſibi exilium conſciſcere præoptarint, q̄ in ea conſeneſcere morum atq; animorum certiſſima internicione, quum ſciamus neminē adhuc eorū quibus in eam naſſam ambitionis penitus inſinuaſſe cōtigit, ad quietē municipalē ciuiliaq; inſtituta niſi retrogradū atq; itidē reſtitantē reuertiſſe.

Sordes reorū hic intelligi puto.

Contēti ſimus hoc Catone, i. hac forma Reipub. adminiſtrandæ, & hoc rerum ſtatu ne in deteriorē incidamus, ſi noui hoies ſuccedant.

Adytum primam in aula auctoritatem intelligit, ad quam paucis accedere contingit.

Aula impoſtrix pellaciſſima, morum animorumq; internicio.

Pronuba legatio in Britaniam missa est ob connubium Ludouici Regis cum sorore Regis Angliæ.

Vnde ioci basilicani, vnde circulares, cõuiuialesq; in oppidis excitãtur fabulę: quum ii quos excuriatos vocãt, velut ciuitate donati inter municipes cœpere profiteri. hos cernere est aulę relictę desiderio vultuosos, aiosq; cõspicue despõdenteis, vt q tabifico dolore ægrescẽtes, ad extremã maciẽ lẽta tabe desiderii perarescãt. Vtinã igitur ii magistratus q rebus iã accisis in id tẽpus pertracti sunt, quo pacificatorię legationis & pronubę mẽtio: auspice (vt spero) prouidentia excitata est: (cordi em̃ id superis quoq; fœdus esse credendũ est, qui omnia in vnũ congruẽtia tempus appositę tẽperarũt) vtinã inquã iis magistratibus instinctu quoq; diuino veniat in mentẽ: nunc nobis omnia esse prona si ad pristinã cõcupimus & cõtendimus reuolui felicitatẽ, hoc modo meminerint futuris benefactis præterita errata esse oblitterãda, vt velut in Telephio vulnere fabulãtur, sic in nostrarũ rerũ clade eadem manus vulnifica medicaq; cõmemoret̃ fuisse. Sic enim per me licebit eis coronã quoq; gramineã sperare quo nullũ honorificentius præmiũ esse potest. Est in antiquorũ prouerbio, Sero Phryges sapere: nos igit̃ ab iis (vt fertur) oriũdi, sero saltẽ respiscamus. Sed per deũ superosq; omneis inter cęsa (vt solemus) & porrecta, alias res agere aut nugari desinamus. Quisnã autẽ nostrũ nouit an diuinę satis misericordiæ iis cladibus litatũ sit: at nos rei voti tãti pariter & dãnati existimatione nostra sumus, nec exoluere animos religione in pręteritũ magnopere laboramus. Tũ hoc Gallicũ semp fuit eritq; : accinctos statim vt discinctos gloriari, vt est in prouerbio cõsecrato. Hic me interdũ meticulus securũ esse nõ sinit, vt qui sciã ex propugnatoribus prima quaq; occasione oppugnatores futuros. Verũenimuero ne odiosus esse videar religione nimia & ominosa pręsertim quũ maioribꝰ auspiciis (vt fama est) & lustratiore exercitu res gesturi posthac simus, tãdẽ ad institutũ cũ spe noua reuertar. Iuuenalis Satyra .iiii. Mullũ sex milibus emit, Aequantẽ sane paribus sestertia libris, id est (inqt Merula) pendentẽ libras sex pro numero sestertiorũ: nã mille nũmos sestertius valebat. Scribit em̃ Pli. Asiniũ Celerẽ sestertiis octo mullũ emisse, quod preciũ fuisse octo milliũ nũmũ Macrobi tradit. Cõprobari etiã hoc ab Horatio potest, illo in loco, Si quadringẽtis sex septẽ millia desunt Plebs eris. Erat em̃ legitimus cẽsus equestris quadringẽtorũ milliũ. Merula in hoc lapsus, singulos sestertios mille nũmos esse dixit. Tranquil. in Cæs. Annuã etiã habitationẽ Romæ vsq; ad bina millia nummũ: in Italia nõ vltra quingenos sestertios remisit. Sestertios quingenos pro quingẽtis nũmis posuit. Quo in loco Philippus Beroaldus, interdũ (inquit) hæc obseruatio apud eruditos custoditur, vt sestertios genere masculino vsurpẽt significãtes minutulã summã: sestertii vero neutro genere pro maioribus summis, vt quadringenta sestertia pro quadringentis millibus capiãtur, quę summa est census equestris. Sed hæc nõ semper ad regulã (inquit) sunt exigenda. Antonius vero Sabel. quãtum eo in loco addubitauerit facile intelliget qui eius commentarios legerit. Idem Tranquillus in Augusto, Senatorum censum amplíauit, ac pro octingentorũ millium summa duodecies sestertium taxauit, suppleuitq; non habentibus. Quo loco idem Sabel. Sic omnes (inquit) Tranquillíani codices quos vidimus habẽt: sed minuere id fuisset censum

Suspicari aliquid incõmodum videtur ex aulę innouatione.

Telephium vulnus.

Alias res agere, est curam oẽm deponere ei⁹ rei quæ instat, nec animũ aduertere.

Auguratur tertiã in Italiam expeditionem.

non augere, si ex octingẽtis millibus nũmũ ad duodecies sestertiũ contraxisset. Quare aut hæc nostra, aut nulla quod videam alia quadrare poterit lectio. Erit igitur vera lectio nõ duodecies sestertiũ, sed duodecies centies sestertiũ, vt ex parte tertia auctus sit census. qđ idẽ valet ac si dicas, voluit Augustus vt singuli Senatores qui octingẽta possederãt sestertia, mille & ducẽta possiderẽt. Habuit em̃ sestertiũ mille nũmos. Hactenus ille: cuius verba Beroaldus dissimulãs duodecies cẽties legit, & itidẽ vt Sabel. interpretat̃, vt sit sestertiũ pro mille nũmis. Hæc eius emendatio cuiusmodi sit postea viderimus, nũc ad reliquas auctoritates pergam⁹. Idẽ Trãq. in Cęs. Ludis Decius Laberius eques Ro. mimũ suũ egit, donatusq; qngẽtis sestertiis & annulo aureo sessum ĩ quatuordecim ex scena per Orchestrã trãsiit: quingẽta sestertia haud dubie ꝑ equestri cẽsu posuit, sed q ĩã auctus esset. Salust. in Catil. Ad hoc siquis indicauisset de cõiuratione quę cõtra Rẽp. facta erat, prẽmia decreuerũt seruo cẽtũ sestertia & libertatẽ, libero impunitatẽ eius rei, & ducẽta millia sestertiũ. Vbi interpres Laurẽtius (vt arbitror) Val. sestertiũ duas libras & semis significare dixit, & nihil præterea addidit. Plí. lib. ix. Duo fuere maximi vniones per omne æuũ, vtrũq; possedit Cleopatra Aegypti regĩnarũ nouissima, per manus oriẽtis Regũ sibi traditos. Hęc cũ exquisitis quotidie Antonius sagĩnaretur epulis, superbo simul ac procaci fastu, vt regĩna meretrix, lautitiã ei⁹ oẽm apparatũq; obtrectãs, quęrente eo quid astrui magnificẽtię posset: respõdit vna se cœna cẽties sestertiũ absumpturã. Cupiebat discere Antonius, sed fieri nõ posse arbitrabat̃. Et paulo inferius, At illa absumpturã se ea in cœna taxationẽ confirmãs, soláq; se centies sestertiũ cœnaturã, inferri mẽsam secũdã iussit. Ex præcepto, ministri vnũ tantũ vas posuere ante eã aceti, cuius asperitas visq; in tabẽ margaritas resoluit. Gerebat auris⁹ tũ maxime singulare illud & vere vnicũ naturę opus. Itaq; spectãte Antonio quidnã esset actura, detractũ alterũ merfit, ac liquefactũ absorbuit. Sic in omnibus exẽplaris⁹ legitur. Iamprimũ Plín. his verbis significat cẽties sestertiũ immẽsam esse summã, vt quã Imperator prodigẽtissim⁹ Antonius vna cœna absumi posse nõ crederet, quãti vnio æstimat⁹ sit toto orbe nobilissim⁹. Quomodo igitur credibile illud Trãquil. in Vitel. Indicebat autẽ aliud alii prãdiũ eadẽ die, nec cuiq̃ minus singuli apparatus quadringẽtis millibus nũmũ cõstiterũt. Sic em̃ ibi legitur, nõ quadragenis, vt in Nerone, Quadringentis in pũctũ sestertiis aleã lusit. Plín. eodẽ lib. Lollĩã Paulinã quæ fuit Caii prin cipis matrona, nec serio quidẽ aut solenni cęrimoniarum aliquo apparatu, sed mediocriũ etiã spõsaliũ cœna vidi smaragdis margaritisq; opertã alterno textu, fulgẽtibus toto capite crinibus spiris collo monilibus digitisq;, quæ summa quadringenties sestertiũ colligebat, ipsam confestim paratam nuncupationem tabulis probare: nec dona prodigi principis fuerant, sed auitæ opes, prouinciarũ scilicet spoliis partæ. Hic est rapinarũ exitus, hoc fuit quare M. Lollius infamatus Regũ munerib⁹ in toto oriẽte, interdicta amicitia a C. Cæsare Augusti filio venenũ biberet, vt neptis eius quadringẽties sestertio operta spectaretur ad lucernas. Ego ex antiquis exemplaribus non nũcupationẽ sed aucupationẽ lego, hoc sensu, Lolliam paratã ex

Plínii locus.

tabulis domesticæ rationis aui sui probare, quo titulo Lollius vnũquęq; lapillorũ vnionũq; cõparasset. Aucupatio em̃ lucrũ significat. In antiquis etiã libris nõ spiris sed spira legitur, id est criniũ cõuolutorũ orbe. Cicero in Prætura vrbana, Dixi in prima actione me planũ esse facturũ, C. Verrẽ sestertiũ quadringenties contra legẽ abstulisse. Atrocia autẽ furta Verris fuisse in Sicilia, quam rapinis propemodum exhausit, ex actionibus ipsis Verrinis licet plane cõiicere. Quoꝝ tamẽ summã Cicero nõ vltra quadringẽties taxauit cũ omnia oratorie augeret. quãti. s. Plini⁹ rapinas oriẽtis in M. Lollio, æstimatas dixit: quod omnino dissentaneũ est ab eo quod Trãq. de cœnis Vitellianis dixit & alea Neronis, si sestertium quadringẽties & sestertia quadringẽta idẽ esse intelligam⁹, vt Trãquilli enarratores volue rũt. Trãquil. de Claudio loquẽs anteq̃ ad principatũ assumeret, Postremo etiã sestertium octogies pro introitu noui sacerdotii coactus impẽdere, ad eas rei familiaris angustias decidit, vt cũ obligatã ærario fidẽ liberare nõ posset, in vacuũ lege prędiatoria venalis pepẽderit. Vix hoc cõuenire potest cũ eo quod Salustius dicit de cẽtũ sestertiis quę ex pręmio indicii seruo decreta sunt publice, vt ducẽta libero. Quid illud eiusdẽ Plin. lib. xxix. vbi de medicorũ stipẽdiis loquit̃? Quintus vero Stertinius imputauit principibus q; sestertiis quingenis annuis cõtẽtus esset: sexcena em̃ sibi quęstu vrbis fuisse numeratis domib⁹ ostẽdebat, par & fratri eius merces a Claudio Cęsare infusa est. Quingena sestertia annuã mercedẽ fuisse dicit medicis sub Romanis principibus, & quadringẽties sestertiũ, vt immẽsas rapinas in Lolliũ criminose extulit. Quid illud Trãquil. de testamẽto Augusti quonã modo explicari poterit̃? aut quid animi tandẽ eo in loco interpretes habuerũt̃? Legauit (inqt) populo Ro. quadringẽties, tribub⁹ tricies quinquies sestertiũ, prætorianis militibus singula millia nũmũ, cohortibus vrbanis quingenos, legionariis trecenos nũmos. Ex hoc certe loco admoneri illi debuerũt: quomodo em̃ populo Ro. satisfacere quadringẽta sestertia potuissent, id est tertia pars census Senatorii, pręsertim cũ in singulos legionarios trecenos sestertios legaret̃? Magnũ aũt militũ numerũ tũc fuisse ex eiusdẽ auctoris lectione nouimus, qui in eodẽ Aug. quodã loco sic inquit, Ex militaribus copiis legiones & auxilia prouinciatim distribuit, classem Miseni & alterã Rauẽnę ad tutelã superi & inferi maris collocauit. Hunc principẽ Orosius lib. vi. scribit quatuor & quadraginta legiones habuisse ad tutamẽ orbis, id est imperii Ro. Eusebius autẽ auctor est cẽsu sub Augusto acto, Romanorũ capitũ quadragies semel cẽtena millia censa fuisse. Age trãseamus ad reliqua quæ sequũtur in eodẽ loco Tranquilli, Reliqua (inqt) legata varie dedit, produxitq; quędã ad vicena sestertia, qbus soluẽdis annuã diẽ finiit excusata rei familiaris mediocritate: nec plus peruẽturũ ad hęredes suos, q̃ millies & quingẽties professus, q̃uis viginti pximis annis quaterdecies milies ex testamẽtis amicorum percepisset, quod pene omne cũ duobus paternis patrimoniis, cæterisq; hæreditatibus in Remp. absumpsisset. O dignũ etiam atq; etiam locum qui plane enarretur, quod hactenus factũ non est. Idem de Nerone, Diuitiarũ & pecuniæ fructum nõ alium putabat q̃ profusionẽ, sordidos ac deparcos esse quib⁹ ratio impen-

Furta Verris

Copiæ Ro.

ſarum cõſtaret. Laudabat mirabaturq; auunculũ Caium nullo magis nomine, q̃ q; ingentes a Tyberio relictas opes in breui ſpatio prodegiſſet. Quare nec largiẽdi nec abſumendi modũ tenuit. In Tiridatẽ, quod vix credibile videat, octingẽta nummũ millia diurna erogauit, abeuntiq; ſuper ſeſtertiũ millies cõtulit. Quęro quonã modo cõſentaneũ fuit Neronẽ principẽ profuſiſſimũ Tiridati Armeniorũ regi nõ plus q̃ mille ſeſtertia dono dediſſe, cum manẽti diu in vrbe octingẽta diurna penſitaret? Idem de Caligula loquens, Nepotinis ſumptibus omnium prodigorũ ingenia ſuperauit: in extructionibus prętoriorũ atq; villarũ omni ratione poſthabita nihil tam efficere cõcupiſcebat, q̃ quod effici poſſe negaretur. Et paulo infra, Ac ne ſingula enumerẽ, immenſas opes totumq; illud Tyberii Cęſaris vicies ac ſepties millies ſeſtertiũ, nõ toto vertẽte anno abſumpſit. Quo autẽ intelligere poſſimus immẽſam quandã pecunię cõgeriem his verbis ſignificari, addemus id quod idem de Tyberio in vita eius ſcripſit, Procedente (inquit) demum tẽpore ad rapinas cõuertit animum. Galliarũ & Hiſpaniarum Syriąq; & Græciæ principes confiſcatos cõſtat, ob tam impudẽs calumniarũ genus, vt quibuſdã nõ aliud ſit obiectũ q̃ q; partem rei familiaris in pecunia haberẽt. quãtę vero pecunię ex iis cõfiſcationib⁹ exaggerari potuerint, vno patebit exemplo apud eundem in Caligula qui Tyberii ſucceſſor fuit, de quo in initio principatus cum optimum principẽ ſimularet, ita inquit, Siquibus regna reſtituit, adiecit & fructũ omniũ vectigaliorũ & reddituũ medii tẽporis, vt Antiocho Comageno ſeſtertiũ millies confiſcatum. quæ quanta ſit ſumma mox fortaſſe cõſtabit. Age vero porro etiã etiamq; pergamus, & auctores alios linguę latinę percenſeamus, vt & rei difficultas appareat, & huius ſuſcepti laboris neceſſitas ac precium operæ, ſi diuina tandẽ benignitate propoſiti cõpos euaſerim, & huius ęrumnę (vt ita dicã) vmbratilis Hercules. Iamprimũ Tacitus lib. xii. Fixũ eſt ęre publico Senatuſconſultũ qua libertinus ſeſtertii ter millies poſſeſſor, antiquę parſimonię laudib⁹ cumulabatur. de Pallãte liberto Claudii principis loquẽs. Cuius immodicas opes intelligimus ex illo ſatyrici loco Sat. prima, Ego poſſideo plus Pallãte & Licinis. Et ex Trãquil. verbis in Claud. Libertorũ ante omnes ſuſpexit Narciſſum ab epiſtolis, & Pallantẽ a rationib⁹, quos decreto quoq; Senatus nõ pręmiis modo ingẽtibus, ſed & quæſtoriis prætoriiſq; ornamẽtis ornari libẽter paſſus eſt. tãtũ pręterea acquirere & rapere, vt querẽte eo quondã de fiſci exiguitate, nõ abſurde ſit dictũ, abũdaturũ ſi a duobus libertis in cõſortiũ reciperet. Eius autẽ Senatuſcõſulti in Pallãtis gratiã a Senatu expreſſi meminit Pli. iunior, ad Montanũ ſcribẽs his verbis indignabũdus, Videbis, deinde indignaberis ſi legeris, qd̃ niſi legeris nõ potes credere. Eſt via Tyburtina intra primũ lapidẽ, proxime adnotatũ monumentũ Pallãtis ita ſcriptũ, Huic Senatus ob fidẽ pietatẽq; erga patronos ornamẽta prętoria decreuit, & ſeſtertiũ centies quinquagies, cuius honore cõtentus fuit. Equidẽ nunq̃ ſum miratus quæ ſępius a fortuna q̃ a iudicio proficiſcerẽtur: maxime tamẽ hic me titulus admonuit, q̃ eſſent mimica & inepta quę interdũ in cœnũ, in has ſordes abiicerẽtur. quæ denique ille furcifer & recipere auſus eſt & recuſare. Tranq. rurſus in Othone,

Nec quicq̃ prius pro poteſtate ſubſcripſit q̃ quingẽties ſeſtertiũ ad perage
dã aureã domũ. De aurea domo Neronis loquẽs qui iã ſeſe interemerat. Et
in Galba, Ad Neronis mediũ principatũ in ſeceſſu plurimũ vixit: ne ad ge
ſtãdũ quidẽ vnq̃ aliter iter ingreſſus, q̃ vt ſecũ vehiculo proximo decies ſeſ
tertiũ in auro efferret. Idẽ Tacitus libro itidẽ ſupradicto, Eodẽ Nerone o
ratore Bononiẽſi Colonię igni hauſtę ſubuentũ cẽties ſeſtertii largitione.
Cicero in Philippica illa nobili, Vbi eſt ſepties millies ſeſtertiũ quod in ta
bulis quę ſunt ad Opis patebat? funeſtæ quidẽ illius pecuniæ: ſed tamen ſi
iis quorũ erat nõ redderet, quę nos a tributis poſſet vẽdicare. Tu autẽ ſeſ
tertiũ quadringẽties quod Idibus Martiis debuiſti, quo modo ante Caléd.
Aprilis debere deſiiſti? Et rurſus, Syngrapha ſeſtertii cẽties p̃ legatos vi
ros bonos, ſed timidos & imperitos ſine ſua, ſine reliquorũ hoſpitũ Regis
ſentẽtia facta in gynęceo. Ex ſynagrapha qd ſis acturus meditere cẽſeo. Et
pro Flacco, Vel quod ait Lucei9 L. Flaccum ſibi dare cupiſſe, vt fide ſe ab
duceret, ſeſtertiũ vicies, & eum tu accuſas auaritię quẽ dicis vicies voluiſ
ſe perdere? Tacitus lib. xiii. de Nerone loquẽs, Sed nobili familię honor au
ctus eſt, oblatis in ſingulos annos quingenis ſeſtertiis, quib9 Meſſala pau
pertatẽ innoxiã ſuſtentaret. Aureo quoq; Cottæ & Aetherio Antonio an
nuã pecuniã ſtatuit princeps, q̃q̃ per luxũ habitas opes diſſipaſſent. Quo in
loco ne quinquagenis legendũ putetur, Trãquillus de eodem, Senatorum
(inquit) nobiliſſimo cuiq;, & a re familiari deſtituto annua ſalaria, & qui
buſdã quingena cõſtituit. Et de Veſp. Expleuit cenſum Senatorũ, cõſula
res inopes quingenis ſeſtertiis annuis ſuſtẽtauit. Et rurſus in Nerone, Põ
peiũ Paulinũ vectigalibus publicis prępoſuit cũ inſectatione priorũ prin
cipũ, qui grauitate ſumptuũ iuſtos reddítus anteiſſent, ſe annuũ ſexcẽties
ſeſtertiũ Reip. largiri. Et rurſus, Cladẽ Lugdunẽſem quadragies ſeſtertio
ſolatus eſt princeps, vt amiſſa vrbi reponerẽt. Et iterum, Bis & vicies mille
ſeſtertiũ donationibus Nero effuderat. vbi nõ mille, ſed milies contra fidẽ
Suetonii Io. exemplariũ lego. Verũenimuero quãdo quidẽ immẽſa, ac caliginoſa aucto
ritatũ ſylua reſtat, apud iuratiſſimũ quẽq; auctorũ linguæ latinę ſparſarũ,
tempus iam verſandi cardinẽ ipſum obſcuritatis eſſe duco, & illud fortaſſe
prędandi per parodiã, Pãdite nũc Helicona deę: ne ſi in dẽſiores ſenſim tene
bras inſinuemus, nulla (vt ſic dicã) face explicationis pręlucẽte, interim le
ctores magis in hallucinationẽ inducere, q̃ lucẽ aliquã afferre tenebricoſis
locis videar. proinde vt rẽ obſcurã illuſtrare quoquo modo poſſim, lucẽ ab
As nũmulus ipſo capite rei accerſendã habeo. As igit̃ qui & aſſis dicit̃ vt antea dictũ
eſt, libralis nũmulus erat, quod nomẽ inditũ eſt nũmo, iã inde ab eo tẽpore
quo Romanus populus ęre graui pro nũmo vtebat̃. Pli. lib. xxi. de Scipio
ne cognomẽto Suarione loquẽs, Nec ei fuit in bonis funeris impẽſa. aſſes
ergo cõtulit populus ac funus elocauit: quaq; parte ferebat̃, flores e proſpe
ctu omi ſparſit. Trãq. in Auguſto, Ex nocturno viſu ſtipẽ quotãnis die cer
to emẽdicabat a populo, cauã manũ aſſes porrigẽtibus præbẽs. Idẽ nũmus
Libella. libella dicitur, per diminutionẽ a libra, q̃q̃ libella argẽtea eſſet vt auctor
eſt Varro. Cicero i Verrẽ act. iii. Ecquis Volcatio ſi ſua ſpõte veniſſet, vnã
libellã dediſſet. Libellã pro aſſe poſuit, ex eo dictã q̃ libra ęris valebat, id

eſt aſſe.cum autē minimā pecuniolā ſignificare volebāt,aſſem & libellā dicebāt.Idem pro Roſcio comœdo de pœna plus petētiū loquēs, Si petierit ſeſter.liii.hic niſi planū facit ſeſter.liii.ad libellā ſibi deberi,cauſam ꝑdit.id eſt ſi minimo quidē nummo minus debitum fuit,ex formula plus petitionis cauſa cadit.Plautus in Pſeud.Si quidē hercle etiam ſupremi promptas theſauros Iouis,tibi libellā argenti nunq̄ credā.Libella autē argenti ideo dicitur ꝙ nummulus erat argēteus vt prædiximus.Quin & ſignata ſtatim argentea pecunia cōſtitutum,vt denarius nummus libris decem æris valeret,& ſeſtertius dipondio & ſemiſſe:qua ratione quaterni ſeſtertii denariū vnum æquabant,vt auctor eſt Feſtus.Diu autem populus Ro.æreo nummo vſus eſt,cuius rei teſtis Pli.lib.xxxiii.his verbis, Argentum ſignatum eſt anno Vrbis quingenteſimo octogeſimo quinto,Q.Fabio Cōſule,quinq̄ annis ante primum Punicū bellum:& placuit denarius pro.x.libris,quinarius pro quinq̄,ſeſtertius pro dipōdio ac ſemiſſe.Idem,Populus Ro. ne argento quidē ſignato ante Pyrrhum Regem deuictum vſus eſt. libralis vnde etiā nunc libella dicitur,& dipōdius appēdebatur aſſis.Quare ęris gratuis pœna dicta,& adhuc expenſa in rationibus dicuntur:item impendia & pondera,quin & militum ſtipendiorum,hoc eſt ſtipis ponderādæ penſatores libripendes dicuntur:qua conſuetudine in iis emptionibus quæ mancupi ſunt,etiam nunc libra interponitur.hactenus Pli.Ego in verbis ſupradictis ex antiquis exemplaribus duo verba emendāda cenſeo, vt pro pōdera dependere legatur,& pro mācupi mancipii.quid autem ſit dare & vendere mācipio,nos primi vt arbitror docuimus in Annotationibus in Pandectas editis.Fuit autē hic ordo rei nūmarię,vt primum Romani ęre graui,id eſt nummo rudi & informi vſi ſint:poſtea ære ſignato,quod fuit ſub ſexto demū Rege:deinde argento ſignato anno Vrbis.cccccIxxxv.auctore Pli. his verbis,Seruius Rex primus ſignauit æs: antea rudi vſos Romæ Remeus tradit.ſignatū eſt nota pecudū:vnde & pecunia appellata.Maximus cenſus CX.millia aſſiū fuit illo rege,& ideo hęc prima claſſis. Nūmū autē & ſeſtertiū idē fuiſſe notius prope erat, q̄ vt probari deberet, niſi in hoc Merula vir doctus falſus eſſet,vt ſupra admonuimus,& Calderinus vir ingenio ſus nūmū apud Iuue.Satyra.vi.denariū eſſe dixiſſet. Cic.ī Ver.act.iiii.Facta eſt ſpōſio ſeſtertiis q̄nq̄: coegit Scādilius recuperatores aut iudicē poſtulare.Et paulo poſt,Coegit enim (inquit) Scandilium quinq̄ illa millia nummum dare ac numerare Apronio. Et rurſus inferius, Cogit Scandilium Apronio ob ſingularem improbitatem, atq̄ audaciam prædationēq̄ nefariæ ſocietatis ſe ſeſtertium quinq̄ millia mercedis nomine ac pręmii dare. Quinq̄ ſeſtertia, quinq̄ millia ſeſtertiū,& quinq̄ millia nūmum pro eodē dixit.Vitruuius lib.i.Ab Senatu populoq̄ Ro.petiit,vt liceret trāſferre oppidū cōſtituitq̄ mœnia,& areas diuiſit nummoq̄ ſeſtertio ſingulis municipib⁹ mācipio dedit.i.ſeſtertiis ſingulis areas ędificaturis ciuib⁹ vē didit,q̄ res iſtar donatiōis,imaginē vēditiōis habet:quo mō & nūmo addicere Suetonio in Cęſare. Valeri⁹li.v. M.(inqt)Cornuto ꝓtore fun⁹ Hircii & Pāſę iuſſu Senat⁹ locāte,q tūc libitinā exercebāt, tū rerū ſuarū vſum tū miniſteriū ſuū gratuitū pollicitī ſunt,ꝓſeuerātiq̄ poſtulatiōe extuderūt:vt

Denarius.

Seſtertius.

Argentum ſignatum.

Libripendes.

Plinii loc.

Idem nummus & ſeſtertius.

Nummo ſeſtertio Mācipio dare Addicere nūmo.

exequiarū apparatus ſeſtertio nūmo ipſis præbētibus addiceret. Ab hmōi cōſuetudine emanauit illud Vlpiani in.l.ſi quis de acquirēda poſſeſ. Si qs cōduxerit,& rogauerit precario vti poſſideret,ſi quidē nūmo vno cōduxit, nulla dubitatio eſt qn & precariū ſolū teneat. Col.lib.iiii. Vinitor licet ſit emptus ſex vel potius ſeſtertiis octo millib⁹ cū ipſum ſolū ſeptē iugerū totidē millibus nūmorū partū,vineasq; cū ſua dote.i.cū pedamētis & viminibus binis millibus in ſingula iugera poſitas duco,fit tū in aſſem cōſumatū preciū ſeſtertiorū.xxix.milliū. Huc accedūt ſemiſſes vſurarū ſeſtertia tria millia & quadringēti octuaginta nūmi biēnii tēporis:quo velut infantia vinearū ceſſat a fructu.fit in aſſem ſumma ſortis.xxxii. milliū quadringētorū octoginta nūmorū,qđ quaſi nomē ſi vt fœnerator cū debitore ita ruſticus cū vineis fecerit,eius ſummę vt in ꝑpetuū prędictā vſurā ſemiſſiū dominus cōſtituat,ꝓcipere debet in annos ſingulos mille nongētos quinquagīta ſeſtertios.Mirū videri nō debebat pro ſeptē iugerū,octo iugerū apud Col.lectitari:niſi & apud Hermolaū in altera editione itidē legeret,ea parte in qua caſtigationes cōdidit in librū decimūquartū Plinii, vbi hic locus citat ad cōprobationē eorū quę de vſuris ſemiſſib⁹ triētibusq; & cēteſimis ipſe doctiſſime ſcripſit:Ita vt primus errorē non modo iuriſperitorū,ſed & oīm neotericorū oſtēderit. quē locū ſi ad calculū exigere voluit,facile fuit animaduertere errorē exēplarium.quonā modo eñ ex octo millib⁹ (quod preciū ſeruī vinitoris Col.ſtatuit)& altero tāto, id eſt octo iugerū precio, & octies binis millibus(quę ſumma pro pedāda vinciēdaq; vite iugerum octo taxat) cōfieri ſumma vndetrigīta milliū poſſit? Q; ſi ſolum ſeptē iugerum legatur,cōueniet ratio.Id enim in prōptu eſt,vel in digitos calculum deducēti.Porro cum in ſemiſſibus vſuris millenarius quilibet ſexagenariū pariat:& quinquagenarius tricenariū:ex viginti millibus ſumma fit vſuræ mille ducēti nummi,& ex decē millibus ſexcenti: ex quibus ſexagīta ideo deducuntur,q; ſors nō triginta,ſed vndetrigīta fit milliū.quare ſemiſſis vſurę ſumma erit annua mille ſeptingēti quadraginta nummi: quæ in biennio duplicata,tria millia quadringētos octoginta nūmos ſeſtertios efficit.Sic fit as ſortis & vſurarū trigīta duo millia quadringēti octuaginta nūmi.Rurſus ſi hāc ſummā ſub ſemiſſibus vſuris occupatā eſſe ſtatuas: cum trigīta millia ratione antedicta mille octingētos pariāt:& duo millia centū & viginti,id eſt mille & nōgētos viginti:& ſi quadringētos octuaginta pro quingētis intelligas,vt ex iis triceni nummi annui pariātur: fiet ſumma vſurarū.M.nongēti quinquaginta nūmi:alioquin ſi ſcrupuloſe exigas(quod Col.neglexit)tot nummi huic ſummę deerunt quot viginti in anno pariunt,id eſt vnus & circiter quadrās vnius.id quod ideo explicare voluimus,quia Hermolaus inexplicitū reliquit:cōtentus admonuiſſe loci: nec aliquid præterea addidit,q̄ id quod ſequitur,Ex his verbis(inquit ille) euidētiſſime colligitur ex vſuris ſemiſſibus nō quinquagenos de cētenis, ſed ſenos duntaxat in annū redire creditoribus:ſicuti quaternos ex trientibus.Hoc quoq; vt arbitror addere debuit,ſi in mentē ei venit,cur cēteſima vſura diceret: quādo id plurimū valet ad fidē faciendā erroris deprehēſi,q̄ perdiu fefellerat. Atq cum hęc ratio cēteſimę duodenos nūmos annuos in

Locus Hermolai de vſuris.

Centeſima vſura. Menſtruę oli vſuræ.

singulos cẽtenarios pariat,& mẽstruos singulos,facile patet ideo cẽtesimã dictã ꝙ cẽtesimo mense sortẽ ꝙquet.vsurarũ em̃ dies olim in singulos mẽses cedere existimabãtur,vt hodie moríb⁹ huius vrbis tertio quoq; mẽse cedũt earũ pẽsitationum dies quę precio legitimo accepto prędiis imponũtur,& mãcipio dant̃,& citra vitiũ fœnoris instar habẽt.Dicit̃ etiã centesima vsura,ideo(nisi fallor)qa cẽtesimus nũmus pro fœnore statuit̃.Cẽtũ em̃ nũmi sortis,pariũt singulos nũmos mẽstruos.hęc a Gręcis ἑκαρσὴ dicit̃ Plutar.in Lucul.πρῶτον μὲν ἑκαρσὼν ἐκέλευσε, μὴ μιᾷ πλέον ἐς τὰς τόκους λογίζεσθαι . Vbi πλὼ μερίδα subintellígo.Q; aũt mẽstruę esse cẽserent̃ vsurę calẽdariũ vocabulũ docet, quo iurísconsulti vtunt̃.proinde cũ cẽtesima vsura pro asse intellígat̃,dimi díata cẽtesima semissis dicit̃,& semis rursus dimidiat⁹,quadrãs.Símilisq; ratio in triẽtario fœnore statuit̃:quod Antoninus Pius Ro.princeps tanq̃ minimũ exercuisse dicit̃,vt patrimonio suo plurimos adiuuaret. Vídi homines iurísperitíssimos q adhuc cẽtesimã vsurã cũ Accursio intellígerent, nec Hermolao assentirent̃,& iis Iurísconsultis vtunt̃ q cũ eo sentiũt,calculo (vt arbitror)offensi,quẽ nõ facile expediũt hoies eius artis ignarí:quę causa fuit,vt eũ locũ explanandũ ducerẽ.Verũ ne de hoc posthac dubitet̃,loc⁹ est apud Plíniũ in epístolis ad Traianũ his verbis rẽ manifestãs,Pecunię publicę domine prouidẽtia tua & minísterio nostro & ia exactę sunt,& exigũtur,quę vereor ne ocioso iaceãt:nã & prędiorũ cõparandorũ aut nulla aut rarissima occasio est,nec inueniũtur q velint debere Reip.prędertim duodenis assibus,quãti a priuatis inueniant̃.Díspice ergo domine nunqd minuẽdã vsurã,ac per hoc idoneos debitores inuitãdos putes:& si nec sic reperiũtur,distribuendã inter Decuriones pecuniã ita vt recte Reip.caueãt. quod ꝙꝙ inuitis & recusantib⁹,minus acerbũ erit leuiore vsura cõstituta.Duodenos asses appellat plenã cẽtesimã,eo modo loquẽdi quo nũc in ea re vtimur duodecimũ denariũ vel decimũquintũ dicentes. Cicero in Prætura vrbana obiicit Verrí ꝙ pecuniã sibi attributã ad coẽptionẽ frumẽti publící,apud publícanos relictã vnde erat attributa,duab⁹ cẽtesimis fœneratus sit:duas cẽtesimas Cicero quatuor & vigintí asses in cẽtenarios singulos dixit.Demosthenes orator in ea oratione quã cõtra Aphobũ vnũ ex tutorib⁹ suis habuit,hoc apertíssime docet:ait em̃ patrẽ suũ Demosthenẽ Aphobo quẽ tutorẽ sibi dederat,in testamẽto octoginta minas relíquisse dotis noie,vt vxorẽ suã Demosthenis matrẽ,vxorẽ duceret,quas cũ ille accepisset,matrẽ tamẽ vxorẽ nõ habuit.Sic igitur inquit , ἦν μοί τι προῖκα τοῦτον τὸν τρόπον ἔχε λαβὼν καὶ γήμαντος δὲ αὐτὸς πλὼ μητέρα πλὼ ἐμήν,ὁ μὲν νόμος κελεύει πλὼ προῖκα ὀφείλειν ἐπ̀ ἐννέα ὀβολοῖς,ἐγὼ δ̀ ἐπὶ δραχμῇ μόνον τίθημι,γίνε⁊ δὲ ἂν ἓξ σταθῆ τό,τε ἀρχαῖον καὶ τὸ τὴν δώδεκα ἐτῶν, μάλιστα τρία τάλαντα.Verũ iste dotẽ huiuscemodi pacto habuit,quare cũ matrẽ meã vxorẽ nõ duxerit,lege qdẽ iubente debet dotẽ cũ vsuris nouenũ obolũ restituere:sed fac drachmales tantũ vsuras eũ debere,has si cũ sorte aliquis supputauerit,duodecim annorũ spatio tria large talẽta inueniet. Ego cum hãc rationẽ inirẽ,sic collígebã,octoginta mínę cẽtenarię octo míllia drachmarũ valẽt siue octogies cẽtenas.Cũ autẽ in cẽtesimis vsuris, qlibet cẽtenarius siue quęlibet mina in anno duodenarium pariat, si octogies duodenas drachmas ducerẽ,futuras in sũma drachmas nõgentas sexaginta:quę sum-

Calẽdarium.

mā ſi duodecies ducat', fiēt vndecim millia drachmarū & quingētæ præterea & viginti ex quibus centū & quindecim minę fiunt, & viginti drachmæ ſuperāt: quibus ſi octoginta minas, id eſt ſortē addas, fiunt centū nonaginta quinq; minę, ita tria talēta fiunt & quindecim minę, cū. lx. minæ talētum faciāt, vt infra videbimus. Propter quod Demoſthenes exacte ſummā colligere nolēs, large vel prolixe tria talēta dixit pro tribus talētis & quadrāte. nouē autē obolos pro ſeſquidrachma poſuit, qua ratione ſeſquicēteſima vſura procederet, quā ipſe vt oīno aduerſario defenſionis anſam præcideret, ad centeſimā retraxit. Vſurę ſeſquicēteſimę taxatę erāt ex lege decē tabularū in rei vxorię actione, eodē auctore in oratione κατὰ παίρας. ita enim inquit, Νόμος κελεύει ἐὰν ἀπροικίσηται τὴν γυναῖκα, ἀποδίδοναι τὰ προῖκα. ἐὰν δὲ μή, ἐπὶ ἑνὶ ἑκάστῳ ἓξ ὀβολοῖς τοκοφορεῖν, Lex iubet eū qui vxorē repudiarit, dotē reſtituere, alioq; morę tēpore interuſuriū pēdere ſeſquidrachmale. Ea aūt actio σίτου δίκη vocata eſt a Solone, vt ex eodē oratore nouimus. Itidē alio loco, ταύτας τοίνυν ἔχει τὰς τριάκοντα μνᾶς ἀπὸ τοῦ ἐργαστηρίου, καὶ τὸ ἔργον αὐτῶν ὀκτὼ ἐτῶν, ὃ ἐὰν ἐπὶ δραχμὴν ἕκαστος ἕκαστον μόνον, ἄλλας ὁμοῦ τριάκοντα μνᾶς εὑρήσει. Has igitur (inqt) triginta minas habet ab officina, & partū eorū octo annorū: quē ſi quis drachmali vſura occupatū eſſe ponat, alteras pariter triginta minas inueniet. Triginta minę quotānis tricies duodenas drachmas pariūt, i. trecētas & ſexaginta, quæ octies ductæ duo millia & octingētas octoginta drachmas valēt. Hoc in loco orator numerū auxit mina vna & quinta parte minę: ſuperiore autē exēplo numerū diminuit, vel quia exacti calculi tædiū vitare volebat, vel vt ſummas potius rotūdas faceret: vtrobiq; tamē clarū eſt eū drachmalē vſurā dixiſſe, quā Latini cēteſimā dicunt. Eſt enim drachma cēteſima pars minę. Sic fit vt cēteſima vſura æquare ſortē dicatur, quia cēteſimo mēſe drachma in minā euadit. vt enim Romani ab aſſib⁹, ſic Græci a drachmis vſuras denominarūt, vt nos hodie a denariis. Qui autē menſtruę eſſent vſurę, apertius etiā ex oratione Aeſchinis contra Cteſiphontem oſtendetur. Criminoſe enim obiiciens Demoſthenī quod pro quodā Athenienſiū plebiſcito (quod Græci pſephiſma appellāt) cuius ipſe auctor fuerat, a tribus ciuitatibus, in quarū gratiam id promulgatum erat, talenta tria dari ſibi ſtipulatus eſſet, cum Oritæ (inquit) bello exhauſti id diſſoluere nō poſſent, fœnus ei talenti ſponderunt quoad talentum ſoluiſſent. ἀναγκαζόμενοι δ' οἱ ὠρεῖται καὶ ἐκ δυσχερῶν ὑπέθεσαν αὐτῷ τὸ ταλάντου τὰς δημοσίας προσόδους, καὶ τόκον ἤνεγκαν δημοσθένει τῷ δωροδοκήματος δραχμὴν τῆς μνᾶς φ̄, ἕως τὸ κιφάλαιον ἀπέδοσαν, id eſt coacti autem Oritæ cum pecuniæ inopia premerentur, vectigalia publica in talenti ſummā ipſi oppignerauere, & fœnus Demoſthenī ſceleratę mercedis interim pependerunt, drachmas menſtruas in ſingulas minas, quoad ſortem reddiderunt. Hoc vnum exemplum maius eſt q̄ vt altero adminiculo egeat, q̄q̄ & aliis exēplis non caremus. Cicero ad Attīcū lib. vi. Ei tamē ſic nūc ſoluit', triceſimo quoq; die talēta Attica. xxxiii. & hoc ex tributis, nec id ſatis efficitur in vſurā menſtruā. Simile eſt illud apud Athęneū circa finē lib. xiii. ex oratione Lyſię, ὅτου δ' ἄνδρες δικασταὶ ὀφέλων ἀργύριον ἐπὶ τρισὶ δραχμαῖς σωσίμῳ τῷ πατρικίτῃ, προσελθὼν πρὸς ἐμέ, ἐδεήθη μὴ πρᾶξαι αὐτὸν διὰ τὸς τόκους ἐκ τῆς οὐσίων ἐκπεσόντα. καταστὰς δὲ ἔφη τέχνον μυρεψικὴν ἀφορμῆς δὲ δέομαι, ἵνα ὅσῳ δέ σοι ἑνὶ ὀβολὸς φ̄ μνᾶς τόκος. Hic eſt iudices qui cū ver-

Vſura ſeſquicenteſima.

surã fecisset a Sosimo Trapezita tẽrnis drachmis ad me venit, orans vt se fœnore obrutũ & facultatibus lapsum ne despicerẽ. Est mihi (inquit) in animo vnguentariã factitare, sed facultas non suppetit. Si mihi mutuã pecuniam dederis, nouenos tibi obolos in singulas minas pensitabo. Hęc verba ita intelligẽda esse dico, vt ternas drachmas prius pro tribus centesimis, & nouenos obolos pro sesquicentesima accipiamus. Qui enim querebatur se graui fœnore ad inopiã redactum, & ad pignorũ distractionẽ, ab amico postulat, vt dimidio leuiore vsura pecuniã sibi mutuet, vt cum officinã vnguẽtariam instituerit, liberare se eo quæstu ære alieno possit. Siquidem singulę drachmæ in singulas minas, ac singulos menses pensitare centesimã vnã faciunt, quæ centesimo mense sortem æquat. Ita ternę drachmæ ternas centesimas faciunt. Nouení autem oboli sesquidrachmam tantum valent, cum drachma sex obolos penderet. Fœnoris autem nautici exemplum est apud Demosth. in oratione, quæ πρὸς λακρίτου παραγραφὴν dicitur, his verbis, ἐδάνεισαν Ἀνδροκλῆς καὶ Ναυκράτης Ἀρτέμωνι καὶ Ἀπολλοδώρῳ Φασηλίταις ἀργυρίου τριακοσίας δραχμάς, ἀθήναζε ἐὰν μὲν δήμῳ, καὶ ἐντεῦθεν εἰς Βόσπορον, ἐὰν δὲ βούλωνται αὖ ἐπ' ἀριστερὰ μέχρι Βορυσθένους, καὶ πάλιν ἀθήναζε, ἐπὶ διακοσίαις ἑκατὸν πέντε τὰς χιλίας, ἐὰν καὶ μετ' Ἀρκτοῦρον ἐκπλεύσωσιν ἐκ τοῦ πόντου τοῦ ἐφ' Ἱερόν, ἐπὶ τριακοσίαις τὰς χιλίας. Id est, Androcles & Naucrates pecuniã fœnerati sunt Artemoni & Apollodoro Phaselitis ad tria millia drachmarũ, hoc est triginta minas. conuenitq; vt Athenis pecuniam Mendan exportarent, indeq; in Bosphoron, aut etiam si placeret sinistrorsum nauigare ad Borysthenen vsq;, & rursus Athenas cum mercibus redire. Statutus autẽ modus fœnoris in millenas drachmas ducentæ uicenæquinæ drachmæ. Qz si post arcturum portum exeant e ponto ad sacrum promontorium nauigaturi, tricenæ in millenas. Hoc perinde est ac si diceret in denas minas ternæ minæ vel binç cum quadrante minæ, quæ ratio longe abest ab illa centesima Accursianorum. Hoc enim conuento fœnus non in mensem statutum intelligo: sed semel in maris commeatum remeatumq;, & in eius negotionis exitum. Hæc autẽ quæ retuli, verba sunt syngraphæ nauticæ. Ipse Demosthenes in oratione, quæ παραγραφὴ πρὸς Φαίνιππον inscripta est, centum & quinq; minarũ totidẽ drachmas menstruas τὸν γιγνόμενον τόκον esse dicit, hoc est iustam & legitimã vsurã, μισθὸν δὲ ὃν ἡμῶν τοῦ γιγνομένου τόκου τῷ ἀργυρίῳ, πέντε καὶ ἑκατὸν δραχμῶν τοῦ μηνός ἑκάστου. Quibus verbis circa principium eius orationis positis significat, contractum illum nomine quidem cõductionem fuisse, sed reuera mutuum vsurarium. Quem contractum ne quis improbandũ censeret, addidit vsurę loco pensitationem menstruã se stipulatum, quãtum scilicet vsuram stipulari per leges liceret. Eam autẽ esse in singulas minas drachmas singulas. Idem ὑπὲρ τῶν πρὸς Νικόστρατον, τίθημι δ' ὅμως τὸν σωσικλέα ἑκκαίδεκα μνῶν παμβοτάδην, ὧν αὐτὸς ὅδε προεξένησεν, ἐπὶ ὀκτὼ ὀβολοῖς τὸν μῆνα δανείσαντα τοῦ μηνὸς ἑκάστου. Oppigneraui igitur diuersorium meum in sedecim minas Pambotadæ cuidam pecuniam repręsentauit, in singulas minas octonis obolis quolibet mẽse creditori fœnoris nomine constitutis, atq; hæc & hoc ipso interprete & proxeneta facta est constitutio. Hæc vsura centesimam triẽte excedit. Vsura autem apud antiquos duplex fuit, terrestris & nautica: Terrestris menstrua erat: nautica iterum duplex fuit, vna quæ in alteram tantum nauiga-

Drachma.

Vsuræ species

Hetèroplus. tionem ſtatuebatur (hæc a Græcis Heteroplus dicitur) altera ita contrahe batur, vt non aliter deberetur, nec ipſa, nec ſors eius, q̃ ſi nauis cum merci-

Amphoteroplus. bus ſoſpes domum rediiſſet. Hanc Amphoteroplum dicunt, quaſi in commeatum remeatumq; taxatam. de quo locutus eſt Modeſtinus in l. prima de nautico fœnore. Demoſth. πρὸς φορμίωνα, καὶ ὅτι μὲν ἐδάνεισεν αὐτῷ δισχιλίας δραχμὰς ἀμφοτερόπλουν, ὡς ἀπολαβεῖν αὐθήνησι δισχιλίας ἑξακοσίας δραχμάς, Et hic quidem (inquit) mutuo dedit duo millia drachmarum pecuniæ vtrobiq; traiectitiæ, vt Athenis duo millia drachmarum & eo amplius ſexcẽtas reciperet. His verbis liquet id quod ſupra diximus, vſuram nauticam non menſtruã fuiſſe, ſed vna in omne tempus nauigationis, & negociationis cõſtitutione taxatam. Fuit enim pecunia a Lampide nauclero Phormioni fœnerato mutuata Athenis in Põtum, & Ponto Athenas. Et hæc ratio maior eſt ſeſquiquarta, & iure Pandectarum non admiſſa. Nam legitima vſura traiectitiæ pecuniæ non poteſt duplam centeſimam excedere, vt auctor eſt Papinianus in l. Nihil intereſt. A Græcis Ephectos tocos vocatur, id eſt ſuperſexta vſura. Cuius exemplum luculentum eſt in ſupradicta Demoſthenis oratione. Nouiſſimũ exẽplum addemus ex Iſæo in oratione πρὶ τοῦ ἀγνίου κλήρου, in qua bona cuiuſdam defuncti recenſens, & nomina, ita inquit, χρέα δὲ ἐπὶ τόκοις ὀφειλόμενα, πρὸς πεντακισχιλίας, ὧν τὸ ἔργον ἐπὶ φωνέα ὀβολοῖς ἑπτακόσιαι καὶ εἴκοσι δραχμαὶ γίνονται τοῦ φωνιαντός, Nomina autem vſuraria ad quatuor millia drachmarũ, cuius quæſtus ſingulis annis ſeptingentæ viginti drachmæ fiunt fœnore nouenum obolorum. Poſt hęc verba quis controuerſiam referre audeat eorum quæ diximus? Cum enim centeſima in ſingulos millenarios centum & viginti annuas pariat, ſequitur vt ſeſquicenteſima centum & octoginta pariat, qui numerus quadruplicatus ſeptingentas & viginti efficit. Noſtra autem ratio hodie in penſitationibus & vectigalibus, quæ prædiis imponũtur, beſſales vſuras referre quodammodo videtur: ſed qui innocentius ſtipulari volunt religione obſtricti, aut ciuili fœnori detrahere aliquid, aut precio addere ſolent. Vnciaria vſura eſt cum centenarius ſingulos parit, vt in l. Titium, de adminiſtratione tutorum. Qui autem religione ſoluti ſunt, & hodie Epidecatum probãt, nos vectigal decimariũ appellare poſſumus, quod

Epidecatum fœnus. nec boni viri probant, & inciuile iam exiſtimatur: ex quo ſcilicet tempore idem Hermolaus rem vſurariam male eſſe intellectam a iuris enarratoribus docuit. Quandoquidem autem Pauli reſpõſum in capite, Si hęres ad legem Falcidiam, video a iuris enarratoribus abſurde eſſe intellectã: de eoq; ipſe a viris non mediocriter in eo ſtudio eruditis interrogatus, Pauli ſentẽtiam pene ænigmaticam, Hermolai vero interpretationẽ ſenſi plane videri ieiunam, ipſoq; Pauli dicto illis obſcuriorẽ, licet ipſe aliter exiſtimẽ: idcirco mei muneris eſſe duxi, inſtitutoq; operi & propoſito conuenire, eius reſpõſi verba enarratius explanare. Item ſi Reip. (inquit Paulus) in annos ſingulos legatum ſit, cum de lege Falcidia quęratur, Marcellus putat tãtum videri legatum, quantum ſufficiat ſorti ad vſuras trientes eius ſummę quę legata eſt, colligendas. Hic primum hoc prefandum habeo, Quod cum ad Falcidiam exercẽdam legatorũ ratio initur, vt cõſtare inde poſſit an vltra

dodrantẽ a teſtatore legata producta fuerint,ea legata quę certã ſummam non habent,legitimo precio æſtimantur.Eſto igitur exempli gratia vt ſe nideni aurei Reip.relicti ſint annui in perpetuũ,notum eſt eius ſummę red ditum ab hærede alicũde comparandũ reiq; publicę ab eo mancipãdum,vn de ſtabilẽ obuentionẽ eius ſummę habere quotannis poſſit,aut pro eo pre cium dandum.Nunc igitur ſi ratione legatorũ ineunda quæratur quãtum hæres eo nomine imputare in rationẽ debeat,reſpõdere poſſis ex Marcelli opinione & Pauli ſententia,nõ tantũ imputandũ quanti ſex aurei annui emi poſſũt trãſlatitio & plerunq; vſitato precio,vel quãta eſt pecunię ſumma: quę ſi fœnerato collocetur,ſenos aureos quotãnis parere poteſt ciuili & le gitimo fœnore.Sed vberius ac plenius huius legati æſtimationẽ ideo eſſe faciendam,quod Reip.relictũ eſt.Nam cum per legẽ eos in tractatu de vſu ris Iuſtinianus Auguſtus ſanxerit,legitimã & ciuilẽ vſurã eſſe ſemiſſem, ſi priuato ipſe homini ponas aureos ſenos quotannis eſſe relictos a teſtato re,hęres tum nõ vltra centum aureos pro eo legato deducere in eam ratio nem poterit.Siquidẽ centenarius ſortis(vt ex prędictis apparet) duodena rium quotãnis parit fœnoris,tum quidem cum vſura procedit centeſima, quare in vſura ſemiſſe quę dimidia eſt centeſimæ,ſenarius anniuerſarius e centenario conficitur.Sic fit vt legatum ſenum aureorũ priuato homini re lictũ,non vltra centũ aureos æſtimari debeat,cum ea ſumma fœnori data, vulgo ſenos aureos pariat iuris cõceſſione.At nunc cum Reip.huiuſmodi legatum eſſe relictũ poſitũ ſit,opinione Marcelli ęſtimatio erit ſuperioris ſeſquipla:quippe cum vſura trientalis ſubſeſquipla ſit , id eſt ὑφημιόλιος, ſe miſſis hoc eſt tertia parte minor,vt quaternarius ſubſeſquiplus eſt ſenarii: ſenarius enim tertia ſui parte ſuperat quaternarium,hoc eſt binario: quod perinde eſt ac ſi dicas ſenariũ continere quaternarium & quaternarii ſemiſ ſem,propter quod hemiolius eius dicitur & ſeſquiplus. In hac igitur ſpe cie aureos ſenos legatos,centũ & quinquaginta aureis ęſtimabit hęres,tã tumq; legatariis eo nomine expẽſum feret.Quãto enim vſuræ modus a te ſtatore taxatus minor eſt vnde legatũ annuũ percipiendũ,tanto eſt ſumma maior quę preciũ eſt aut ęſtimatio legati.Hic autẽ licet teſtator nõ conſti tuerit ſummã,tamẽ iuris interpretatione taxaſſe exiſtimatur , Marcelli & Pauli opinione:ita enim cõſtitui legatũ annuũ,fundariq; teſtatorẽ voluiſſe ipſi interpretãtur,non vt plerunq; percipi poſſet,ſed vt quouis tempore id quod tũ euenit cũ pecunia leuiſſimo fœnore collocatur, verbi gratia trien tali.Siquidẽ ex ea prõptum eſt quouis tẽpore nomẽ facere,mutuamq; eam accepturũ inuenire,ita vt inde conditionẽ ſuã longe meliorẽ efficiat, ſi fru gi eſt debitor:idq; omnino eſt quod reſpõſum Marcelli Pauliq; ſignificat. Capitol.in Antonino pio,Ipſe fœnus(inquit)triẽtariũ hoc eſt minimis vſu ris exercuit,vt patrimonio ſuo plurimos adiuuaret.Hodie autẽ cũ aut edi cto aut lege municipali in hac vrbe maximus pecunię fructus partusq;, in emptitiis pẽſitationib⁹ quas rentas quaſi reddítus aut reddẽtes lingua ver nacula vocat,rationẽ beſſalis vſurę habeat aut pluſculo plenioré, (octoni enim cũ triẽte e cẽtenario cõficiuntur) tantiq; municipali priuilegio redi mi quandocunq; poſſunt penſiones in vrbis ædificia venditæ, quanticunq;

emptę ſint. verũ vt dixi hodie vbi legatũ Reip. factũ eſſet, ipſe ex ſententia Pauli cenſerem ſi ſententiã rogarer, octonorũ aureorũ legatũ paulominus centum & quinquaginta aureis æſtimandũ in ratione falcidiæ aut alia cõſimili: quippe hęc ſumma ſeſquipla eſt ſortis, ex qua municipali lege octoni aurei fere annui percipiuntur, in iis contractibus quibus penſiones in prędia vrbana aut ruſtica venditantur, ita vt redhiberi poſſint ac duntaxat cum ita commodum eſt & libitum venditori, non etiam emptori. Seſtertius igitur & nummus idem apud auctores ſignificãt, quoniã quaterni denariũ valent. Itaq; Cicero in Ver. Act. iiii. cum ita dixiſſet, Nam cũ ex Sicilia legibus frumẽtum in cellam ſumere liceret, idq; frumentum Senatus ita æſtimaſſet quaternis ſeſtertiis tritici modium, binis ordei: iſte numero ad ſummã tritici adiecto, tritici modios ſingulos cum aratoribus denariis trinis æſtimauit: hęc verba ipſe veluti declarãs paulo poſt ita ſubdidit, Verumenimuero cum eſſet frumentũ ſeſtertiis binis aut etiã trinis quibuſuis in locis prouincię, duodenos ſeſtertios exegiſti. & itidẽ hoc declarat multis aliis in locis eiuſdẽ Actiõis. At vero denarius drachmę põdus habebat duntaxat Atticę. Plí. lib. xxi. Drachma Attica (fere enim Attica obſeruatione medici vtũtur) denarii argẽtei habet põdus. Plutarc. in Sylla, Potit rerũ Sylla cũ multos occideret, & libertini generis homo quendã ex proſcriptis occultare conaretur: & proinde e ſaxo pręcipitandus eſſet, obiecit Syllę, ꝙ vna ſimul in domo vitã egiſſent: cum interim ipſe quidẽ pro ſuperiore habitaculo duo millia nũmum, ille autẽ pro inferiore tria millia mercedẽ pẽderet. Itaq; inter vtriuſq; fortunã mille nũmos interfuiſſe, qui drachmas Atticas ducẽtas & quinquaginta valebãt, ὥστε τῆς τύχης αὐτῶν τὸ μεταξὺ χιλίους νόμους ἔναι, οἳ πεντήκοντα καὶ διακοσίας δραχμὰς ἀττικὰς δύναντται. Idem in Bruto, Teſtamento cum legaſſet Cęſar ciui cuilibet ſeptuagintaquinq; drachmas, præterea reliquiſſet hortos qui trans Tybererim erant, ingens beneuolẽtia & admirabile deſideriũ omnes tenuit. De hoc apud Ttãquil. in Cæſ. ita legimus, Populo hortos circa Tyberim publice & viritim trecenos ſeſtertios legauit. Si ſeptuagintaqnq; quater multiplices, trecẽtos efficies: qua ratione quinq; & viginti drachmę centenos ſeſtertios valẽt. Idem Plutarchus in Antonio, Cuius Cęſar adoleſcẽs hęres a Cęſare ſcriptus ex Apollonia rediit, debebat Romanorũ cuiq; drachmas quinq; & ſeptuaginta ex teſtamento patris. Apud Appianũ tamẽ in ſecũdo bellorũ ciuiliũ ita legit, Populo horti trans Tyberim prębiti, ſingulis Romanorũ ciuibus qui in vrbe aderant quinq; & octuaginta drachmę Atticę collatę. Sed erroré eſſe numeri non dubie affirmauerim: quippe idẽ Appianus ſeptuaginta quinq; drachmas pro trecenis nummis dixit, vbi de Cęſaris liberalitate loquẽs, Singulis (inqt) ex populo minã vnã Atticã dedit. De quo Trãquillus, Trecenos quoq; nũmos, quos pollicitus olim erat viritim diuiſit. Quo ex loco probari videtur minam Atticã quinq; & ſeptuaginta drachmarũ fuiſſe: id quod apud Priſcianũ legitur, quod tamẽ poſtea explicabimus. Sed interim centenariã minã intelligere oportet. Nũc igit cauſam tenemus cur ſeſtertia ſingula mille nũmos ſeſtertios ſignificẽt. nã duę libręe & ſelibra, ſeu (quod idẽ eſt) mnę duę & hemimnęõ ducẽtas & qnquaginta drachmas valẽt: quæ ſi

Denarij quaternis ſeſtertiis valuit.

Denarius drachmalis erat.

Seſtertia ſingula millia ſingula nummorum ſignificant.

Hemimnæõ idẽ qđ ſelibra

quaternario multiplicent mille nūmos efficiūt. Quomodo igit sestertii dicti sunt nūmi, q duos asses & semissem singuli valerēt, id est dipōdiū & semissem çris, ita sestertia ex eo dicta sunt q duas libras singula & selibrā argēti valerēt. Ita factū vt quadringēta sestertia, & quadringēta millia sestertiū nūmorū antiqui pro eodē, ac sine discrimine significatus dicerēt. Verū id adnotādum q libra nunc & minā cētenarias intelligimus, indifferenter vtētes, quod pōdo etiā identidē appellat Pli. lib. xxi. Mna quā nostri minā vocāt, pēdet drachmas Atticas cētū. Quo in loco Hermolaus mnā (inqt) libra, minā, pondo pro eodē nostri dicūt, vt Gręci μνᾶν λίτραν ὁλκήν. quod dictum vt nō vsquequaq; verū est, ita in re nūmaria libra & minā pro eodē fere vsurpari deprehēdimus, vix vt differentiā animaduertere possis q̄libet obserues accurate & Latinos & Gręcos. idq; cum ex eo videtur quod de sestertiis diximus, tū vero ex sequētibus magis cōprobabitur. ὁλκὴ autē interdum pōdus significat, vt cū Dioscorides dicit ὁλκὴ τριωβόλου, pōdus triū denariorū. aliquādo drachmā vt apud eundē Dioscoridē. Drachma igitur nō modo pondus denarii Romani, sed etiā nummum significat eodem pondere percussum ab Atheniēsibus, quod prēter auctorū exempla etiā versus illi significāt, In scrupulis ternis drachmā, quo pōdere doctis Argēti facilis signat pondus Athenis. Ventū iā esse ad locū præcipitē, horrore quodam animi sentio, instātis & proximi periculi magnitudinē reputātis. hoc est em caput eius rei quā agim⁹, hic cardo totius operis: hęc deniq; alea ancipitis incœpti, vt ostēdere aggrediamur vel demōstrare poti⁹ q̄d inter sestertia centū & sestertiū cēties interfit. trāsitus omnino & lubricus & abruptus, vt aut in baratrū quoddā errorū pręcipitaturus sim, si in eo quicq̄ titubauerim: aut tenorē inoffensum seruare cōmentatio hęc nequeat, si inibi vel tantulū a veritate deflexerim. Cū alioquin ita sit hoc opus coagmētatū, ita ex sese tractatus hic aptus, nulla vt fere pars cōuelli citra compaginis ipsius dissolutionē possit. Ac mihi quidē audendū oīno erat, & eorū exemplo periclitandū, q res magni discriminis antea susceperūt, si non etiā ea esset huius libri ratio, vt geniū nullū (vt dicitur) habiturus sit, nisi multarū q̄statū & auitarū pręcipue placita deleuerit, vt si (quod abominor) propositi cōpos nō euaserim, designatoris ridiculi atq; temerarii opinionē subiturus sim. Sed q̄d agas vbi eo iā peruicacię ventū est vt & moderari tibi nequeas, & cōsulere integrū non sit? Quū eorū occursum vitare nō possis, q̄bus hoc facturū te receperis, nisi si tibi publico interdixeris, id est nisi domesticū tibi cōsciueris exiliū aut abstrusum secessum & lucifugū? Agedū aut stupore animi rursus inferuescamus, & stilū iā lāguentē ad relīqua suscitemus. Audeamus deniq; primi (quādo eo ventū est) affirmare hoīes doctissimos q̄bus alioqn oīa propemodū debemus, toto (vt aiūt) cęlo, id est cētuplicato erasse. Iāprimū Cicero in Prętura vrbana, Dio q̄dā fuit Halesinus, q cū ei⁹ filio Prętore Sacerdote hęreditas a propinquo permagna venisset, nihil habuit tū neq; negocii, neq; cōtrouersię. Verres simulac tetigit prouinciā, statim Messanā literas dedit, Dionē euocauit, calūniatores ex sinu suo apposuit qui illā hęreditatē Veneri Erycinæ cōmissam esse dicerent. Hac de re ostēdit seipsum cogniturū. Possum deinceps totā rem expedire, deinde ad

Quadringenta sestertia & quadringēta millia.

Libra mina pondo pro eodē ponuntur.

ὁλκή.

Drachma.

Quid inter sestertia centum & centies sestertiū interfit.

extremum id quod accidit dicere, Dionem seſtertium decies centena mil-
lia numeraſſe vt cauſam certiſſimam obtineret. Hoc cum dicat Cicero in
Prætura vrbana, quæ ſecunda eſt in Verrem actio, Idem in tertia Act.
hoc crimen repetens ita inquit, Simul atq; e naui egreſſus eſt, dedit ope-
ram vt Haleſinus ad ſe Dio continuo veniret. Hic eſt Dio iudices nunc
beneficio Quinti Metelli ciuis Romanus factus, de quo multis viris pri-
mariis teſtibus, multorumq; tabulis vobis priore actione ſatisfactū eſt,
ſeſtertium vndecies numeratum eſſe, vt eam cauſam in qua ne tenuiſſi
ma quidē dubitatio eſſet, iſto cognoſcēte obtineret: ita ſeſter. vndecies Q.
Dionē q; hęreditas ei obueniſſet nullamq; aliā ob cauſam perdidiſſe. Ex ho
rū locorū collatione intelligimus quod decies cētena millia ſeſtertiū dixe
rat in ſecūda actione, hoc in .iii. vndecies ſeſtertiū dixiſſe: q̄q̄ in illa nō deci
es cētena, ſed vndecies legendū eſt, vel vtrobiq; decies. Quare decies ſeſter-
tiū nō decē ſeſtertia ſignificat, ſed mille poti⁹, hoc eſt decies cētena millia:
ſumma ſcilicet cētuplicata. quod aūt vndecies ſeſtertiū amplior ſit ſumma
q̄ quadringēta ſeſtertia ex eadē oratione liquet. Seqtur enim ſtatim poſt il
lud Dionis crimē & aliud quod his verbis proſequit, Accipite aliā in mi-
nore pecunia nō minus impudentē calumniā. Soſippus & Epicrates fratres
ſunt Agyrienſes, horū pater abhinc duos & viginti annos mortu⁹ eſt. in
cuius teſtamēto quodam loco ſi cōmiſſum quid eſſet, mulcta erat Veneri.
ipſos .xx. annos cū tot interea Prętores, tot Quęſtores, tot calūniatores in
prouincia fuiſſent, hęreditas ab iis Veneris noīe petita nō eſt: cauſam Ver
res cognoſcit p̄ Volcatiū pecunias accepit fere ad ſeſter. quadringēta mil
lia ab duobus fratrib⁹. Quadringēta ſeſtertia Cicero minorē pecuniā deci
es vel vndecies ſeſtertio appellauit. Quare iā fere planum factū eſt decies
ſeſtertiū quadraginta partibus plus eſſe decē millibus ſeſtertiū. Et rurſus
ſtatim infra, Quæ vis erat Volcatio tāta vt ſeſter. quadringēta millia duo-
bus hominibus auferret? Ecquis Volcatio ſi ſua ſponte veniſſet vnam
libellā dediſſet? at ego amplius dico: ſeſtertiū quadringēties accepiſſe te ar
guo cōtra leges. Ex his verbis liquido apparere poteſt quadringenties ſeſ-
tertium longe amplioré ſummā eſſe q̄ ſeſtertia quadringēta, cū omnia Ver
ris furta quadringēties ſeſtertiū æſtimauerit, quæ innumera & incredibi-
lia ab eo recenſentur, ab vno enim homine, vno nomine, vno furto decies cē
tena ſeſtertia accepiſſe dicit: a tota autē Sicilia triennio & variis furtorū,
expilationū, rapinarumq; nominibus quadringēties ſeſtertiū (tanq̄ rem fi-
dem excedentē) abſtuliſſe oratorie vociferatur. tāti enim ęſtimari voluit li
tem repetundarū Verri ob iuriſdictionis furta, ob negocia faceſſita, ob im
probas dinūdinationes, ob interuerſas pecunias in frumēto imperando, in
locādis decimis frumēti, & ob expilationes publicas priuatasq; ſignorū æ-
reorū, & vaſorū argēteorū: quę crimina inulitata eſſe vident, & fidē excedē
tia iis qui accuſationes illas perlegūt. Quare ipſe Cicero primā accuſatio-
nem ita claudit, Dicimus C. Verrē, cum multa libidinoſe, multa crudeli-
ter in ciues Ro. atq; in ſocios, multa, in deos hoieſq; nefarie fecerit, tū præ-
terea quadringēties ſeſtertiū ex Sicilia cōtra leges abſtuliſſe. ſic em̄ legit
Aſconius Pedianius, q̄q̄ in exēplaribus .cccc. ſeſtertia legit etiā manu ſcri-

ptís. Quapropter admirarí híc ſubiít íd qđ Plutar. de hoc ſcrípſit hís verbís, ὅτω δὲ τῷ βέρρῃ καταδικασθέντι, ἑξδομήκοντα πέντε μυριάδων ἡμισάμβυος τὴν δίκλῳ ὁ κιπέρωρ, διαβολὴν ἔχειρ ὡς ἐπ' ἀργυρίῳ τὸ τίμημα καθυφιμένῳ. Hac ratione Verre dãnato, crímíní datũ eſt Ciceroní q; ín lítís æſtímatione p̃uaricatus eſſet pecunía corruptus, vt q; quinq; & ſeptuagínta myriadíbus lítẽ eã æſtímaſſet. íd perínde eſt ac ſi trícies ſeſtertiũ díxiſſet. & híc myríades drachmarũ íntellígẽdũ quę trícies cẽtena míll. ſeſtert. valent. Quare coníícío díu poſt exílíũ Verrís Ciceronẽ oratíones emẽdauiſſe, vt ínterdũ moris erat, domí oratíones límare & cõficere vt ex Cícerone eodẽ íntellígím⁹ ín Catone. apud quẽ Cato ípſe íta ínquit, Septímus míhí líber Orígínũ eſt ín manibus, oĩa antíq;tatís monumẽta colligo, cauſarũ íllúſtríũ quaſcũq; defendí, nũc q̃ maxíme cõficío oratíones. Et ex Plínío Iuníore ín Epíſtolís. Exíſtímo tñ potí⁹ apud Plutarchũ íta legendũ. τριακοσίων ἑξδομήκοντα πέντε μυριάδων. vt ſit centies quínquagíes ſeſtertiũ. fortaſſe etiã maior ſumma errore líbrarıorũ deeſt. Qđ autẽ ín Díuínatione legítur, Sicílía tota ſi vna voce loquereť, hoc díceret, qđ argẽti, qđ aurí, qđ ornamẽtoꝝ, ín meís vrbíbus, ſedíbus, delubrís fuít, qđ ín vnaquaq; re beneficío Senat⁹ populíq; R.o. íurís habuí, íd míhí tu C. Verres erípuíſtí atq; abſtulíſtí. quo noĩe abs te ſeſtertiũ míllíes ex lege repeto. Hoc (ínqt) Aſconí⁹ p̃ auxeſim dictũ eſt. Cícero eñ poſtea hãc ſũmã ad quadríngẽties cõtraxít, vt ín multís locís repetít. Idẽ Cícer. ín eũdẽ Act. ííí. Heraclíus eſt Hieronís fílíus Syracuſan⁹, homo ín prímís domí ſuę nobílís, & ante hũc Prętorẽ vel pecunioſiſſím⁹ Syracuſanoꝝ, nunc nulla alía calamítate níſí íſtíus auarítía atq; íníuría pauperrím⁹. huíc hęreditas facíle ad ſeſtertíũ trícies venít teſtamẽto ꝓpínquí ſuí Heraclíí. plena domus celatí argẽtí optímí, multęq; ſtragulę veſtís, p̃cioſiſſímorũq; mãcípíorũ: erat ín ſermone magnã Heraclío pecuníã veníſſe, nõ ſolũ Heraclíũ díuítẽ, ſed etíã ornatũ ſupellectíle, argẽto, veſte, mãcípíís, futuꝝ. Et íferi⁹, Poſteaq̃ (ínqt) dãnat⁹ eſt abſens Heraclí⁹, nõ ſolũ íllí⁹ hęreditatís de qua ambigebať, q̃ erat trícies ſeſtertíũ, ſed oĩm bonoꝝ paternoꝝ ípſí⁹ Heraclíí (quę nõ mínor erat pecunía) paleſtrę Syracuſanorũ, hoc eſt Syracuſanís poſſeſſío tradíť. Et rurſus ínferi⁹, Verũ eſt íllud p̃clarũ, Syracuſaní q p̃fuerãt hís Heraclíí bonís verbo redígẽdís, re díſptíẽdís, reddebãt eoꝝ negocíoꝝ ratíonẽ ín Senatu: dícebãt ſcyphoꝝ paría cõplura, hydrías argẽteas, p̃cioſã veſtẽ ſtragulã, multa mãcípía p̃cioſa Verrí data eſſe, dícebãt quãtũ cuíq; eíus íuſſu nũmoꝝ eſſet datũ. gemebãt Syracuſaní: ſed tñ patíebãtur. Repẽte recitať vno noĩe ſeſtertíũ. ccl. míllía íuſſu Prętorís data. fit maxím⁹ clamor oĩm. Et paulo poſt de pecunía íllá reddíta a Verre loqués, Numerãtur íllá ducẽta qnquagínta ſeſtertía Syracuſanís. Nõne ex hoc loco patet clariſſíme ducẽta qnquagínta ſeſtertía, hoc eſt. ccl. míllía ſeſtertíũ nũmoꝝ partículã vnã eẽ trícies ſeſtertíí? Quíppe trícies ſeſtertíũ ſígnificat trícies cẽtena míllía ſeſtertíũ nũmoꝝ. Quomodo & íllud Suetoníí Tranquílłí ín Auguſto, Senatorũ cẽſum ãpłíauít, ac ꝓ octíngẽtorũ míllíũ ſumma duodecíes ſeſtertíũ taxauít, íd eſt duodecíes centena míllía ſeſtertíũ. qđ cũ ín omníb⁹ exẽplaríbus legeretur, Antonius Sabellícus vír alíoqn dílígẽs & doctus, emẽdaſſe ſe gloríatur, vt ſupradíctũ eſt, & ꝓ duodecíes ſeſtertíum

Cícero ob accuſationem Verrís male audíuít.

Oratíones domí emendabant.

Duodecies ſeſtertium cenſus Senatorius.

duodecies centies legẽdũ eſſe contendit,cuí etiã aſtípulatus eſt Philíppus Beroaldus ítidẽ ípſe doctus ac multę lectionís,ambo níhíl ĩ ea re vidẽtes. Hoc & ex eodem auctore alío loco oſtendí poteſt ín Othone , Sperauerat (ínqt)fore vt adoptaretur a Galba,idq; ín díes expectabat.Sed poſtq̃ Pí-ſone prelato ſpe decidit,ad vim cõuerſus eſt,ınſtígãte ſuper eũ dolorẽ etiã magnitudíne æris alíení.neq; enim díſſímulabat,níſi príncípẽ ſe ſtare non poſſe,níhílq; referre ab hoſte ín acíe,an ín foro ſub creditorib⁹ caderet.an te paucos díes ſeruo Cæſarís pro ímpetrata díſpenſatíone decies ſeſtertiũ expreſſerat:hoc ſubſidiũ tãtí cœptí fuít, ac prímo quínq; ſpículatorib⁹ cõ míſſa eſt res,deínde decẽ alíís,quos ſíngulí bínos produxerãt, oíbus dena ſeſtertía repręſentata,& quínquagena ꝓmíſſa, per hos ſollícitatí relíquí. Inſignís erat ílle locus ad animaduertẽdã differẽtíã ínter dena ſeſtertía & decies ſeſtertíum, & tñ íbí quoq; Sabellícus decies ſeſtertíũ dena ſeſtertía interp̃tatus eſt,cõníuẽte Beroaldo. Sí eñ quíndecím ſpículatoríbus dena ſeſtertía repręſentata,hoc eſt ſíngulís decẽ,íã centũ quínquagínta ſeſtertía fiũt,& ſi quínquagena promíſſa hoc eſt ſíngulís quínquagínta,ſeptíngẽta quínquagínta ín ſumma fiunt,quę ſimul iũcta nõgenta míllía ſeſtertiũ fa-cíũt. At Tranquíllus dícit decies ſeſtertíũ ſubſidiũ tãtí cœptí fuíſſe,íd eſt ínuaſionís ímperíí Romaní. Iã ígítur effectũ habemus decies ſeſtertíũ nõ mínus eſſe nongentís ſeſtertíís.Martíalís ín prí. Epígr. Míllía pro puero centũ me mango popoſcít.Rídí ego,ſed Phœbus protínus ílla dedít.Hoc dolet & queritur,dolet hoc mea mẽtula mecũ,Laudaturq; meã Phœbus ín ínuídíã.Sed ſeſtertíolũ donauít mẽtula Phœbo.Bís decíes,hoc da tu míhí, plurís emã. Calderínus vír íngenioſus bís decíes ſeſtertíũ,xx.ſeſtertía ín-terp̃tatur,corrupto ſenſu epígrãmatís.Cuíus dubío ꝓcul huíuſmodí ſen-ſus eſt,nõ mírũ eſſe ſí Phœbus puerũ cẽtũ ſeſtertíís lícitatus eſſet, quantí Martíalís emere nõ potuerat : quíppe q vícíes cẽtena míllía ſeſtertíum ex quęſtu collegíſſet,hoc eſt vícíes tãtũ quãtí puerũ mercatus erat. alíoquín ſenſus erít abſurdíſſímus.Cícero.xííí.Epíſt.ad fílíũ ſcríbẽs,Títí Pínnií fí-lío míre erudíto ſtudíoſo & modeſto,pecuníã Nícęenſes grandẽ debẽt, ad ſeſtertíũ octogíes,& vt audío ín prímís volũt eí ſoluere. Ibí ínterpres epí-ſtolarũ,ſeſtertíũ (ínqt) pro ſeſtertıoꝝ ponítur & ſubaudíť míllía,íd eſt ad octoginta míllía ſeſtertíũ. elegãter aũt ín hís ſermonibus ponũt oratores & poetę aduerbía pro nomínibus,vt debes decíes ſeſtertíũ,quadragíes ſeſ-tertíũ,& ſíc ín cęteris, & vtũtur genítíuo ſyncopato ín nomínib⁹ nũmoꝝ. dícímus etíã hoc ſeſtertíũ & híc ſeſtertíus. Hactenus ílle.Ego auté octo-gíes ſeſtertíum,octogíes centena míllía ſeſtertíum ſígnificare affírmo, & grandẽ ob íd pecuníã a Cícerone dictã. Hoc etſí ex p̃dictís ſatís cõfirma-tum vídetur,nõ tamẽ ſcrupulo carebít vt vídeo : ſí ením hoc verũ eſt (dí-cet alíquís circũſpectus obſeruator) quonam modo íntellígí íllud poteſt quod apud Tranquíllum ín Veſpaſ.legítur, Sed & ín funere Fauo archí-mímus perſonã eíus ferens,ímitãsq;(vt eſt mos) facta ac dícta vírí,ínter-rogatís palã procuratorib⁹ quãtí funus & põpa cõſtaret,vt audíuít ſeſter-tíũ centíes,exclamauít cẽtũ ſibí ſeſtertía darẽt,ac ſe vel ín Tyberím proíí-cerẽt.Híc locus(vt arbítror)Trãquílli ínterpretes fefellít,vt ídẽ eſſe pu-

Decies ſeſtertíum & dena ſeſtertía.

Tranq.locus.

tarent ſeſtertiũ centies & ſeſtertia cẽtũ, quẽ tamẽ corruptũ eſſe neceſſe eſt intelligere ex iis quę ante demõſtrauim⁹. Vtrobiq; aũt ſeſtertiũ cẽties legẽdũ eſſe argumẽtis probari non leuiſſimis poteſt. Nã prętereq; q; veritati nõ cõgruit, vt funus imperatorũ cẽtũ ſeſtertiis æſtimaret, quũ Nero imperatorũ omniũ flagitioſiſſimus, q; deſtitutione cõterritus, pugione ſeſe interemerat, furtim raptimq; a libertis ſepultus, bis tãtidẽ funeratus ſit, de quo idẽ Trãquillus, Funeratus eſt (inqt) impẽſa ducẽtorũ milliũ, ſtragulis albis auro intextis qbus vſus calẽdis Ianuariis fuerat, reliquias Ecloge & Alexãdria nutrices cũ Acte cõcubina gentili Domitioq; monumẽto cõdiderũt. Cũ igitur id ſimile veri nõ eſt, vt poeta mimographus Veſpaſiani funus, vt deparci principis ita optimi, cẽtũ millibus nũmoq; æſtimarit, cũ princeps nequiſſim⁹ ante eũ Nero ducẽtis funeratus fuiſſet: tũ vero ſapiẽtis poetę nõ fuiſſet, tã licẽter illudere faſtigio principali, vt ob paruã pecuniã eouſq; cõmotũ fingeret, vt vel in Tyberim ſe abiici põptaret q; tantula pecunia funerari. Eodẽ igit errore apud Trãq. centũ pro cẽties ſcriptũ eſt librariorũ tẽporũq; vitio, quomodo apud Cic. in Act. pri. in Ver. quadringẽta ,p quadringẽties, vt ſupra diximus, & apud Plin. non ſemel idẽ error deprẽdit, vt infra oſtẽdet. Maioris eſt illud anxietatis qđ apud Plutarchũ in Antonio legitur his verbis, Antonii munificentię vnũ exẽplũ narrabo. cuidã ex amicis dari iuſſerat millia vigintiquinq;. hoc Romani decies appellãt. procuratore aũt admirãte, & vt magnitudinẽ donationis oſtẽderet, in cõſpectu eius pecuniã depromẽte, rogauit Antonius quid hoc eſſet: illo autẽ reſpõdẽte eã eſſe pecuniã quã dono dari iuſſiſſet, cõſpicatus hominis improbitatẽ, Equidẽ (inquit) arbitrabar amplioręm pecuniã decies ſeſtertiũ cõtinere. hoc vero parũ eſt. Itaq; tãtũdẽ ſuperadde: ſic in Plutarcho latino facto legitur, & ille locus vno in loco ab Antonio Sabellico citatur, & ab Roberto Vulturio in libro de re militari, & ab aliis itidẽ, qui de re nũmaria ſcribẽtes locũ eũ vere traductũ exiſtimauerũt: cuius tamẽ ſenſus pugnat cũ eo qđ omnes de ſeſtertiis cẽſuerũt. nã cũ illi omnes cõcordi errore decies ſeſtertiũ decẽ ſeſtertia ſignificare dixerint, Plutarchus ſi locus ille nõ mẽdoſus eſt, vigintiquinq; ſignificare dixit. Ego cũ in eo qđ tuẽdũ ſuſcepi pertinaciter hęreã: poſſim fortaſſe ſi aliũ exitũ rei nõ inueniã, vel in hãc pręcipitẽ defenſionẽ erũpere, vt dicã Plutarchũ hominẽ Gręcum in Romanorũ conſuetudine falli nõ nihil potuiſſe. Sed cũ veritatẽ tueri alia via poſſim, temerariũ omnino eſſet & inſcitię plenũ, futuli vti vmbone, & e medio ſumpto, auctoris tãti eleuata auctoritate, p̃ſertim cũ eius teſtimonio vt graui & irrefutabili vſurus ſim in ſequẽtib⁹. Proinde cũ Plutarchi locũ accurate mihi anxieq; verſanti, hoc etiã in mẽtẽ venit, poſſe me & hoc quoq; eius dicto vti ad cõfirmãdũ id qđ dixerã, & id qđ mihi obiici poteſt in meã rẽ vertere. Primũ igit hoc dico cõſentaneũ veritati nõ eſſe vigintiquinq; millia nũmũ magnificã donationẽ a Plutarcho dictã eſſe pręſertim eius imperatoris qui bonã partẽ imperii Ro. teneret, & in ſuos vſus verteret, vt infra oſtẽdemus. paruã autẽ eſſe eã ſummã interim ſaltẽ ex eo liquebit, q; Martialis puerũ amaſiũ centũ millibus emptum eſſe in eo epigrãmate ſcribit, quod ſupra retulimus. Deinde hoc dico, hũc errorẽ ex eo

Locus Plu.

inualuiſſe.q hęc verba q̃uis mendoſa, veritati tamẽ magnopere alludunt. quomodo em̃ ſeſtertius duos & ſemis aſſes valet,& feſtertia ſingulas duas libras & ſelibrã,vt antea docuimus,ſic illud genus tertiũ ſeſtertii duo millia & quingẽtos nũmos valere poſſe videbatur. Quare pulchre ratio quadrare videbatur,vt decies ſeſtertiũ vicena quina millia valeret.Ego aũt cũ dixerim eius generis ſeſtertiũ cẽtũ millia valere,qđ alii ſingula millia valere dixerũt,ſed apud Plutarchũ tamẽ pro binis millib⁹ & quingẽtis legi. ſic em̃ inquit Sabellicus,Inueniẽda ratio eſt, & qdẽ huic loco cõſentanea, quę hunc ſcrupulũ lectori eximere plane poſſit.vt autẽ hoc fiat,neceſſe eſt accedere in ſingulas ſeſtertii huius vnitates nonaginta ſeptẽ millia & quingẽtos nũmos.hoc vero pulchre fiet ſi ita apud Plutarchũ legamus, Cuidã ex amico dari iuſſerat vigintiquinq; myriadas drachmarũ.Singulę myriades dena millia drachmarũ,id eſt denariorũ valẽt. quę quinquies & vicies multiplicata,ducẽta quinquaginta millia denariorum faciũt.quæ ſumma rurſus quater ducta (cũ quilibet denarius quaternos ſeſtertios valeat)mille ſeſtertia efficit,id eſt decies cẽtena millia ſeſtertiũ.ſic a Plutarcho grece ſcriptũ eſſe aliquãdo ne dubitarẽ,anteq̃ ſcilicet Plutarchi hiſtorię ęreis formis editę eſſent fecit mos aliorũ Græcorũ ipſiusq; Plutarchi , atq; ipſa rei veritas,quã conſertis manibus retẽtãti mihi nec mendę librariorũ erripere,nec errores interpretationũ poſſunt. argumẽto erit ille locus eiuſdẽ Plutarchi in Galba , δοκεῖ δὲ μικρὰ ἂν ἐπὶ τοῖς ἰδίοις μόνον ἐλέσθαι τὸν ὄθωνα κληρόνομον, ἀκόλασον, ἀσώτῳ καὶ πλυτεῖν πεντακισχιλίων μυριάδων ὀφλήμασι βεβαπτισμένον. Videtur autẽ Galba Othonẽ ne in priuato quidẽ patrimonio ſucceſſorẽ ſibi deſtinaſſe, vt quẽ ſciret & vitę incõtinẽtia luxuq; prędítũ, & inſuper ære alieno merſum ad quinq; millia myriadum.Hoc vt recte interpres qnquagies decies cẽtena millia collígit,quod quidẽ ad numerũ reddendũ attinet: ſic ego latine & vſitate quingẽties ſeſtertiũ verterẽ,quia ſumma ad ſeſtertios relata quadruplex efficitur,qđ genus loquẽdi aſſequi nemo recẽtioq; potuit.quę cauſa eſt vt in libris e Greco verſis alias prorſus ſummas legamus q̃ in libris antiquis Latinorũ, vt apud Appianũ idẽtidẽ, & apud Oroſiũ vno in loco mox videbimus.qui cũ ſupra mille annos fuerit,priſcũ tamẽ morẽ nõ tenuit.eũ autẽ morẽ Græcorũ fuiſſe vt non per numerũ nũmorum,nec per ſeſtertia, ſed per myriadas drachmarũ omnes ſummas pecuniæ memoriæ traderent,dũtaxat de Romanis ſcribentes,ex dicendis conſtabit cũ eorum auctoritatibus vtemur.ſed & de hoc more loquẽdi libro.iii.videbimus ex Demoſthene.Cũ autẽ poſt primã huius libri editionẽ legere mihi hiſtoriã Greçã eiuſdẽ Plutarchi cõtigit, recẽs ex officinis Trãſalpinis publicatã, certã iã fidẽ habere cœpi eius qđ cõiectura exacta antea collegerã. ſic em̃ eo in loco hiſtorię legitur, τῶν φίλων ζνὶ μυριάδας ἐκέλευσε πέντε καὶ ἑκοσι δοθῆναι, τοῦτο ρωμαῖοι δεκίες καλοῦσι. amicorũ cuidã myriadas qnq; & vigínti dari iuſſerat:hoc Romani decies appellãt.Q;q̃ aũt p ea quę hactenus dicta ſunt,ſatis demõſtraſſe videri poſſim,qd ſeſtertiũ decies a ſeſtertiis decẽ differat,& ea quæ occurrere poterãt dubia diſſoluiſſe:iãq; (vt arbitror) lectores cũ ad hunc locũ accurata intentione legẽdo puenerint, fidẽ dictis noſtris accõmodare non dubitaturi ſint , vlterioremq; nobis probationem remiſſuri , quod ad

Locus Plut.

Quingẽties ſeſtertium.

hoc quidē attinet: hāc tamen in me legem vltro ferre planeq; ſancire hoc in opere ſtatui, vt nunq̄ perfunctus pollicitatione videar, niſi ita omnia perſpicua fecero, vt negare omnino quiſq̄ ea quæ demonſtrauero, citra improbitatē nequeat. Vt hoc autē efficere poſſim vtar rurſus Ciceronis auctoritate, qui in Actione. iii. in Verrem, cum multa Verri furta obiecíſſet per totam eam orationem, ad extremū, velut ſummam criminū exaggerās vnius tantum oppidi furta ac paucorum menſium colligere ſtatuit, vt de vniuerſis pecuniis per iniuriam ablatis documentum coniecturāq; daret. Ait igitur ſe publicanorum tabulas cōquiſitas obſignaſſe, & ad iudicium illud Verris attuliſſe, vt ex perſcriptis ſub nomine Prętoris nauiū cōmeatibus conſtare iudicibus ratio poſſet earū merciū quas Verres tūc Siciliæ Prætor in Italiam deportandas curaſſet. Eius igitur hæc verba ſunt circa finem orationis, Cū hæc paucorū menſium ratio in his libellis ſit, facite, vt vobis triennii totius veniat in mentem, ſic contendo, ex his paruis libellis apud vnū magiſtrum ſocietatis repertis, vos iam coniectura aſſequi poſſe cuiuſmodi prędo iſte in illa prouincia fuit, q̄ multas cupiditates, q̄ varias, q̄ infinitas habuerit, quātā pecuniā non ſolū numeratā, verū etiā in huiuſcemodi rebus poſitā confecerit, quę vobis alio loco planius explicabūtur, nūc hoc attendite. His exportationibus quę recitatę ſunt, ſcribit ſeſtertia lx. ſocios perdidiſſe ex viceſima portorii Syracuſis. Pauculis igitur mēſibus vt hi puſilli & contempti libelli indicant, furta Prætoris quæ eſſent ſeſtertium duodecies, ex vno oppido ſolo exportata ſunt. Nego quēq̄ eſſe acutum ac perſpicacem lectorem, qui poſt hæc verba Ciceronis dubitare potuerit de eo quod aſtruim⁹. Quod vt omnibus etiā craſſioris Mineruæ lectoribus planum fiat, paucis verbis rem explicabo. Cum enim affirmet Cicero ſocietatē publicanorum ex vceſima portorii ſexaginta ſeſtertia, id eſt ſexaginta nummorū millia, ideo perdidiſſe, q̄ Verres immunes merces tāq̄ Prętorias nec tamen improfeſſas tranſportabat, & ex eo colligat furtiuas merces ad ſeſtertium duodecies ex vno oppido abſtuliſſe, certo iam certius habeo ſeſtertiū duodecies mille ac ducenta ſeſtertia ſignificare. ſi em̄ ſexagenariū vicenario multiplicaueris, mille & ducēta fient in ſumma, atqui Cicero furtorū ſummam a portorio viceſimę probare facile potuit. Si ergo viceſima pars ſeſtertii duodecies ſexaginta ſeſtertia eſſe ab eo dicitur, neceſſario ſeſtertiū duodecies mille ac ducēta ſeſtertia eodē auctore erit. Hoc etiā poſt Ciceronē Martialis lib. pri. Epigrā. docere his verbis potuit, Si dederint ſuperi decies mihi millia centū, Dicebas nōdū Scęuola factus eques. Qualiter o viuā q̄ large q̄q; beate? Riſerūt faciles & tribuere dei. In ius o fallax atq; inficiator eamus, Aut viue, aut decies Scæuola redde deis. Sic enim & ipſe & alii poetę loqui ſolent ſine adiectione ſeſtertii: vt idem ad Calenū, Non plenū modo vicies habebas, ſed tam prodigus atq; liberalis & tā lautus eras Calene vt omnes optarēt tibi centies amici. Vbiq; enim ſeſtertium ſubintelligēdū. Et in. iii. Empta domus fuerat tibi Tongiliane ducentis, Abſtulit hanc nimiū caſus in vrbe frequens. Collatū eſt decies, rogo non potes ipſe videri Incendiſſe tuam Tongiliane domū? Nec poetas modo decies abſolute, ſed etiā proſa oratione loquētes ſolitos

Locus Verrinæ tertiæ Ciceronis.

esse dicere Plutarc. in loco supradicto docet, ἐγὼ πλεῖον ᾤμην ἔφη τὸ δεκίες εἶναι. Docebunt & auctoritates priscę quæ a nobis sparsim in sequẽtibus citãdę sunt. Verũ Martialis aperte docet decies sestertiũ maiorẽ multo pecuniã esse sestertiis ducentis. quo in loco Calderinus, non ducẽta sestertia sed ducentos nũmos ridiculo errore intellexit. sic enim ducenta absolute dicũtur a Martiale vt a Iuuenale quadringenta in pri. Satyra, Sed quinq; tabernę Quadringenta parant, id est cẽsum Equestrem. Et in quartadecima, Sume duos equites, fac tertia quadringẽta. Oratores plerũq; adiiciunt sestertiũ. Rursus Martialis, Dederas Apití bis trecẽties vẽtrí, sed adhuc supererat centies tibí laxũ. Quo in loco Calderinus Apitius (inquit) habebat septingẽta millia, sex cõsumpserat luxu, & cũ adhuc cẽtũ supereſſent, veritus ne nõ posset explere gulã ea pecunia, venenũ bibit. Cẽties ille pro centũ millibus intellexit, centuplicato scilicet (vt alii omnes) falsus. Martialis eñ centies cẽtena millia intellexit, id est cẽties sestertiũ. Ortus est enim apud antiquos ille loquẽdi modus ex cõpendio sermonis. Nã cũ primũ dicerẽt centies centena millia sestertiũ nũmũ, postea vsus obtinuit, vt cõpendiose centies sestertiũ dicerent, quẽ loquendi modũ nõnulli recẽtioris memoriæ scriptores nõ percipiẽtes, centies talentũ protulerũt, quasi sestertiũ rectus aut accusandi casus sit, & nõ potius genitiui. Poetę aũt & alii interdũ scriptores cõpendiũ illud iterũ contrahentes, non centies sestertiũ, sed centies tãtũ dicunt, vt in exẽplis suprascriptis, subintelligi volentes cẽtena millia sestertiũ: vt in illo Martialis Epigrãmate in secundo libro, Illa dives mortua est Secũdilla, centena decies quæ tibi dedit dotis. Decies enim cẽtena millia intelligendũ: vt apud Iuuenalem, Et ritu decies centena dabuntur Antiquo. Quã magnã esse pecuniã ex Horatio in pri. Sermonũ intelligimus, Decies cẽtena dedisses Huic parco, paucis contento, quinq; diebus Nil erat in loculis. Asconius quodã in loco, Luscius notus Centurio Syllanus, dives e victoria factus, nã amplius centies possederat. Cæterum ex obseruatione antiquorũ didici, nunq; infra denarium numerum sic esse eos locutos, vt dicerẽt septies vel octies vel nouies sestertiũ, sed intra denariũ per millia vel sestertia loqui solitos. Cicer. libro primo Epist. ad Atticũ, Lucio Cincio sestertia nongenta pro signis Megaricis, vt tu ad me scripseras, curaui. Et pro Cluentio, Initio permagnã pecuniã popposcit, post ad id peruenit quod cõficí potuit, & sester. sexcenta quadraginta millia deferrí ad se domũ iussit. Idẽ, Sedecim dico iudices vt Oppianicus absolueretur corrũpẽdos fuisse, ad Stalenũ sexcenta & quadraginta millia nummũ esse delata. Et ad Ruffum scribens in quinto Epist, Nã de sestertiis nongentis millibus certe ita relatũ est vt tu siue frater tuus referrí voluit. Supra decẽ per aduerbium & genitiuũ antiqui fere locuti sunt, vt in exẽplis omnibus superius adnotatis. Non me latet apud Plin. lib. xxxvi. ad sestertia mille legi, & sestertiis mille ducentis, sed vetusta lectio non astipulatur impressis libris Tranq. in Cæs. Seruiliã Brutí matrem ante alias dilexit, cui & proximo suo Cõsulatu sexagies sestertium margaritam mercatus est. Sic Plí. lib. ix. de Lollio, Vt neptis eí⁹ quadringẽties sestertiũ operta spectaretur ad lucernas. In quibusdam tamen exemplaribus sestertio legitur. Tranq.

Cẽties sestertiũ cõpẽdiosa locutio.

Mos loquẽdi priscorum.

in Calig.nota res est Aponio Saturnino inter subsellia dormitãte,monitũ pręconẽ ne prętoriũ virũ crebro capitis motu nutantẽ sibi, pręteriret.nec dicẽdi finẽ factũ quoad.xiii. gladiatores sestertiũ nonagies ignorãti addicerẽtur. Quo tamẽ in loco nõ dicẽdi sed licendi lego cõtra fidẽ exẽplariũ, id est licitandi in auctione. Verũ sestertiũ in superioribus exẽplis gignẽdi casu dicitur, vt apud Cic.in Verrẽ, Act.pri.Cognosceret ex me populus Ro.quid sit qđ iudiciis ad Senatorium ordinẽ translatis,sublataq; populi Romani in vnũquẽq; nostrũ potestate, Quintus Calidius damnatus dixerit,minoris sestertiũ tricies prętorium hominẽ honeste nõ posse damnari. Quæ verba licet notis scripta sint in libris impressis,Asconius tamen ita legit.In quo more loquendi (vt supra dixi)aliquid subaudiendũ facile intelligimus.vt sit integrũ hominẽ prætoriũ damnari minoris tricies centenis millibus sestertiũ. & quoad.xiii. gladiatores nonagies centenis millibus sestertiũ addicerẽtur Saturnino dormitãti. sestertiũ enim per syncopã pro sestertiorũ dicitur,vt auctor est Cicer.in Oratore perfecto. Frequentius tamẽ per ablatiuũ legitur,vt Tacitus lib. xvi.Cladem Lugdunensem quadragies sestertio solatus est princeps vt amissa vrbi reponerẽt.Plin.ad Caluisiũ libr.iii.Epist.Vt scias quãti videãtur posse emi, sestertio tricies, non quia nõ aliquãdo,quinquagies fuerint.Verũ ex hac pœnuria colonoꝝ & tẽporis iniquitate,vt redditus agrorũ sic etiã preciũ retro abiit.Tricies sestertio pro tricies cẽtenis millibus dixit Plin.tametsi vir alioquin & doctus & diligens opinione inueterata omniũ enarratorum ductus triginta millibus,id verbũ interpretatus est.Valerius lib.ix.de Cnęo Domitio & L.Crasso loquẽs, Quem cum cõtinuo Crassus quanti ipse domũ suã æstimaret,iterrogaret,atq; vt respõdit sexagies sestertio: Quo ergo eã (inqt) minoris fore æstimas si decẽ arbusculas inde succidero? Ipse tricies sestertio inquit Domitius. Apud Ciceronem in Philip. ii. sestertii in genitiuo legitur,Syngrapha sestertii centies per Legatos viros bonos,sed timidos & imperitos facta in gynæceo. Sic apud Tacitum lib.xii. Fixum est ære publico Senatusconsul.quo libertinus sestertii ter millies possessor antiquę parsimoniæ laudibus cumulabatur.Idẽ,Eodẽ oratore Bononiensi Colonię igni haustę subuentum est centies sestertii largitione. In Tranquil. semel omnino legi, vbi in Tyber. sic inquit,Publice munificentiam bis omnino exhibuit,proposito millies sestertio gratuito in triennii tẽpus.Illud apud Tacitũ aut mendosum est aut insolẽs,Bis &vicies mille sestertiũ donationibus Nero effuderat.Millies em̃ lego nõ mille.Liuius poetarũ more absolute dixit libro octauo de bello Maced.In L. (inquit) Scipione malim equidẽ mendũ q̃ mẽdaciũ scriptoris esse in summa auri atq; argenti, & potius quadragies q̃ ducẽties quadragies litẽ æstimatã.eo magis q̃ tãtę summę rationẽ etiã ab ipso requisitã P.Scipione in Senatu tradũt.librũq; rationis eius cũ L.fratrẽ afferre iussisset,inspectãte Senatu suis ipm manibꝰ cõpressisse,indignatũ q̃ cũ bis millies in ærariũ retulisset,quadragies ratio ab se poscereť.vbi tamẽ nõ cõpressisse sed cõcerpsisse lego. Sic Cicero in frumẽtaria, Sic p̃ triẽniũ ad hãc frumẽti emptionẽ cẽties & tricies erogatũ est.Illud Plinii ad Caluisium in quinto Epist. An cui de meo sedecies

Sueton.lo.

Sestertio.

Sestertij.

Tacit.lo.

Liuij lo.

Plinij lo.

contuli, ita lego. an cui de meo seſtertium decies contuli, huic. cccc. millia paulo amplius tertiã partẽ ex aduẽtitio denegẽ? Quadringẽta em̃ seſtertia tertia pars est duodecies seſtertiũ. & paulo ãplior tertia parte decies seſtertiũ, id est mille seſtertiorũ. Fuit autẽ cũ existimarẽ omnino ita loquendum esse, vt post aduerbiũ semper genitiuũ pluralem subiũgeremus, hoc modo qui supra relatus est, hominẽ prętoriũ minoris seſtertium tricies damnari nõ posse, & sexagies seſtertiũ margaritã mercatus est. Et apud Cornelium Nep. in vita Pompo. Tãtaq; fuit moderatione, vt neq; in seſtertium vicies qđ a patre acceperat, parũ se splendide gesserit: neq; in seſtertiũ centies affluẽtius vixerit. Aliquãdiu igitur ita loquẽdũ arbitratus sum, quoniã sermo integer hoc poscere videtur, in quẽ cõtracta oratio sic resoluitur, sexagies centenis millibus seſtertiũ nummorũ margaritã mercatus est. Quare illũ loquẽdi modũ quadragies seſtertio solatus est: &, Libertinus seſtertii ter millies possessor, iudicabã errore legẽtiũ librariorũq; ignorãtia in exẽplaribus inualuisse. Aliter tamẽ nũc cẽseo: quũ huiusmodi locutione etsi cõtra rationẽ recepta, tamẽ libri magnorũ auctorum scateãt. Quale illud Ciceronis ī Sallustiũ simile supradictis, Ne causam diceret, seſtertio duodecies cũ Cẽsore paciscit. vel cũ Cæsare potius vt in antiquo legim⁹. Vnũ in prętura vrbana locũ notaui pluraliter enũciatũ, hoc modo, Hinc seſtertiũ quaterdecies P. Tadio numerata Athenis, testibus planũ faciã. Qđ sic resoluitur, Quaterdecies centena milla seſtertiũ numerata. quę auctoritas omni refutatione maior mihi visa est. Contra tot tãtorũq; scriptorũ auctoritatẽ mouere nos nõ potest Lampridii dictũ in Heliogabalo, Nũq̃ minus seſtertiis centũ cœnauit, hoc est argẽti libris triginta. aliquãdo autẽ trib⁹ millibus seſtertiis cœnauit, omnibus supputatis quę impẽdit. Antiqui em̃ scriptores non tria millia seſtertia sed tricies seſtertiũ dicebãt. Inter classicos autẽ scriptores nec Lampridius, nec Spartianus, nec Capitolinus numerari meruerũt. ausim enim affirmare raro antiquos vltra mille seſtertia scripsisse. ac nescio etiã an rarissime mille dixerint, quomodo nunq̃ aduerbiis vsi sunt infra denariũ numerum. alioquin ambiget sermo inter singulos millenosq; nummos. qui enim minus intelligas his Lampridii verbis Heliogabalum tribus millibus nũmũ cœnauisse q̃ ter millies millibus, id est tricies centenis millibus? & tamen Lampridius plus omnino centenis millibus dicere voluit, id est cẽtenis seſtertiis. alioquin etiã parũ latine dicitur tria millia seſtertia, & tribus millib⁹ seſtertiis, etiã si apud Ciceronẽ ita legatur pro Cluentio, vel in libris mẽbranaceis. Stalenus seſtertia sexcenta quadraginta millia deferri ad se domũ iussit. & sępe alibi apud Col. Plí. & alios, quæ mendosa esse facile coniicimus. nã & apud Ciceronẽ post alterã ab eo loco chartã sequitur. sexcenta & quadraginta nũmũ millia ad Stalenũ esse delata. Sic pro Rabirio, Quid vociferabere decẽ millia talẽta Gabinio esse promissa? vbi talentũ gignendi casu lego, quomodo legendũ esse apud Curtiũ ex mẽbranaceo codice admonitus sum. hic em̃ error volumina passim iã olim occupauit errore librariorũ, qui ea verba numerorũ quę notis scripta erant, vel vna aut altera syllaba dimidiata, integra transcripserũt, nec numerãdi rationẽ antiquã, nec latine loquendi tenentes, &

Seſtertio quadragies.

alioquin seſtertius nūmus & seſtertium genere neutro caliginem multam legētibus offuderunt. Nam vt pro nummo seſtertiū in recto dictū sit mihi persuadere nō possum, etiam si apud Festum Plinīūq; semel legatur. sed ex collatione antiquorum voluminū suspectum locum Plinii animaduerti. vt autē vsquequaq; priscā elegātiā, multa iam rubigine ignorantiæ exesam, ita reddamus interpolem vt ex pristino nitore deliderari nihil possit, vnū tātū locū Ciceronis ex Prętura vrbana citabimus, qui ad hoc ostendēdum cū pręcedētibus satis erit: in qua oratione de rationibus Quęsturę prouincialis relatis a Verre loquēs sic inquit, verba ipsa rationū referēs, Accepi vicies ducēta. xxxv. millia. quadringētos. xvii. nūmos dedi stipēdio, frumēto, legatis, Proquęstori, cohorti Ptætotię sester. mille sexcenta. xxxv. mil. quadringentos decem & septē nummos. reliqui Arimini seſtertiū sexcēta millia. Hoc est rationes referre? hoc modo aut ego, aut tu Hortensi aut quisq̄ hominū retulit? Quæ verba ex collatione Asconii cōtra fidem exēplariū emēdauimus, & nisi hoc modo legantur, ratio expensi acceptiq; non quadrabit, quam necesse est quadrare si sensum Ciceronis percipere volumus. Siquidem ille Verrem Carbonis Quæstorem pecuniā publicā auertisse crimināturfalsis ac cōmētitiis rationibus ad ærariū relatis: eas autē cōmentitias hoc argumento probat, ꝙ acceptorū expensorūq; pagine ad nummū quadrarint, ita vt nihil superfuerit reliquamēti, quod fieri vix potuit nisi in confictis rationibus. Cū igitur pagina accepti vicies centena millia & ducenta trigintaquinq; millia & quadringentos decem & septē nūmos habuisset, Verres seſtertia (vt ita dicā) mille & sexcēta. xxxv. quadringentos. xvii. nūmos, variis nominibus expensa reip. tulit, & sexcenta seſtertia Arimini deposuisse sese ascripsit, ne de residuis pecuniis teneri videretur. Notandus est ergo loquendi modus antiquorum. accepi vicies & ducenta, hoc est bis & vicies seſtertiū, quod Cicero vel Verres potius dixisset, nisi minores illas summas addēdas habuisset, id est. xxxv. millia quadringentos nūmos. Notandū tamen ꝙ seſtertia mille sexcēta dixit Verris verba referens, quod rarū est, vt vicies ducēta pro bis & vicies. Cęterū illū Lampridii locū alioquin mendosum esse ex sequentibus apparebit, vt pro triginta libris. ccl. legi debeat: nisi fateri malim Lampridii tēpore priscū illū morē loquendi iam obsoletū fuisse, vt & ipsam linguā prope Latinā. Interim tamē hoc velim lectores sibi persuadeāt, ita me omnia percepta, probata, cōprehēsa, perspicua, indubitata, demōstrata deniq; ac plane non controuersa relicturū, vt posthac referri earū rerū quęstio ex iis scriptoribus nō possit qui secula sua stilo nobilitarūt. Verum eo iam progressa est cōmentatio, vt primus hic liber finem accipere cōmode possit. Assis enim partiūq; eius significatus, atq; eorū verborū vsum q̄ latissime patētē apud antiquos exposuimus, ita vt nihil addi ad prædicta (vt existimo) possit, quin a nobis in sequētibus expectādū sit. Diximus quid sit seſtertius, quid seſtertia, quid seſtertiū cū aduerbiis numeralibus iunctū, vsumq; eorū verborū oratoribus & poetis multipliciter vsurpatū addidimus, omniaq; (vt opinor) eodē pertinentia, citatis, enarratis, interdūq; emendatis scriptorū auctoritatibus, quæ in ordinem dicendorum incurrere videbantur. Hac

Seſtertium.

Cicer. Io.

igitur fine librum primũ claudemus, vt hoc velut interspiratu recollígere impetũ ad secundũ actum non minus argumentosum possimus.

Gulielmi Budæi Parisiensis a secretis Regis Franciæ de Asse & partibus eius, Liber Secundus.

REstat pars immensi laboris in hoc libro explicanda. etenim prima illa opera quasiq; ærumna exanclata, demũ quod actũ erat parũ videri cœpit, nisi & altera lucubratio ei haud dubie connexa & velut e vestigio sequẽs instauraretur. Et quidẽ existimaui (vt est animus humanus nullo inuẽto nisi suis numeris omnib⁹ cumulato explebilis) qui a nobis hacten⁹ dicta probassent, haud tamẽ ipsos in iisdẽ acquieturos, nisi vt antiqui pecunię calculi deprehensa vocabula ego me tenere confiderẽ: sic etiã eorũ æstimationẽ colligerẽ. Etenim quonã tandẽ pacto cõmerciũ iustum plenũq; cũ ætatis priscę monumẽtis habebimus, si eorũ nũmismatis indicatio exactaq; æstimatio nos fugerit? Perinde atq; si huius ætatis negociatores in gentẽ exterã & incognitã merces petãt, quæ quãti ab ea gente indicẽtur nõ percipiant: sed pro suo quisq; captu preciũ iis statuãt. Quare omnino faciẽdũ nobis est in hoc opere vt nihil posthac memorabile aut apud quẽq; Latinorũ, aut apud Græcos historicos de rerũ preciis, aut de publicis priuatisq; opibus legatur, qn id a nobis ad nũmũ ære nobis æquali æstimetur. ac ne id quidẽ modo, sed etia vt Atticũ argẽtum Romano permutemus. ac porro etiã cõmentantes eousq; pergamus, vt vel corollariũ pronunciatę dicendarum rerum summę addidisse iudicemur. Quod cum effecerimus (facturũ enim omnino me recipio) quid iam causæ erit quin omnes libri Græci in Latinam linguam, aut Latini in vernaculã versi, hac omnino parte illustrati videãtur & explanati? Hoc autẽ vt assequamur ab integro rursus ordiendam rem habemus. Itaq;, vt antea dictũ est, Seruius rex primus æs signauit. signatũ est aũt nota pecudum, vnde & pecunia appellata. Maximus autẽ census (inquit Plin.) centum & decem millia assium illo rege fuit. & ideo hæc prima classis. Cum igitur apud antiquos millia æris legimus, millia assium intellígere debemus. Liuius lib. v. ab Vrbe cõdita de Camilli exilio loquẽs, Absens (inquit) quindecim millibus grauis æris damnatur. De hoc loquens Plutarc. in eodem Camillo ita inquit, ἐκεῖνος μὲν οὖν μετασὰς ὤφλε τὴν δίκην ἑξήμισυ, τίμημα μυρίων καὶ πεντακισχιλίων ἀσσαρίων ἔχουσαν. ὃ γίνεται πρὸς ἀργυρίδ λόγον, χίλιαι δραχμαὶ καὶ πεντακόσιαι. ἀσσάριον δ' ἦν τὸ ἀργύριον. ἡ δ' ἑκάλκαλκον ὅτως ἐκαλεῖτο δίωάριον. Ille igitur cũ solũ iam vertísset indicta causa, desertoq; iudicio dãnatus est, cui⁹ mulcta qndecim millíũ assiũ fuit. qua summa ad argenti supputationẽ relata fiunt mille & quingẽtę drachmę. As enim tũc erat pecunia, & ita decussis denarius vocabatur. Ex quo intelligim⁹ denariũ fuisse argẽteũ, & denis assibus valuisse. Assis autẽ a Plutarc. pro æreo nũmo ponitur. nã Latini assem nũq; argenteũ nomisma appellauerũt. Iam igitur habemus ex Plutarchi auctoritate

Millia æris.

Denarius.

centũ & decẽ míllía æris,quæ olím príma claſſis.i.ſummus cẽſus fuit,vndecím míllía drachmarum valuíſſe,& ſupra probatũ eſt auctorítate Plínií drachmam & denarĩũ eodẽ pondere fuíſſe . íta íam conſtat,centum míllía æris quadragínta ſeſtertíum míllía valere,cũ quaterní ſeſtertíí denos æris aſſes valeãt.Sic Camíllus quũ quíndecím æris míllía díſſoluere nequíret, íd eſt ſex míllía nũmũ,exílíí cauſa ſolũ vertít.Appellatíone aũt æris aſſem íntellígí cõſtat ex Trãquíllo ín Auguſto,Caíũ (ínquit)& Lucíũ adoptauit domí per aſſem & líbrã emptos a patre Agrippa. Qđ Trãquíl.aſſem & líbrã díxít,lex.xíí.tabularũ per æs & líbrã dícebat.Quæ verba ín ſecũdo líbro Inſtítutionũ Iuſtíníaní legũtur ſub título de teſtamẽtís.Gel.líb. xíííí.Tertíũ (ínquít) teſtamẽtorũ genus fiebat per famílię emancípationẽ cuí æs & líbra adhíbebatur.Sed de hoc nos copioſe díſſeruímus ín Annotatíonibus ín Pãdectas edítís.As ígítur æreus erat & paruę ęſtímatíonís, vt ſupra demõſtrauímus,& ex Catullo patet íllís verſíbus, Víuamus mea Leſbía atq; amemus, rumoresq; ſenũ ſeueríorum omnes vníus æſtímemus aſſís. Denarĩus autẽ argẽteus decẽ líbrís æris,íd eſt aſſíbus decẽ valebat. Et quínarĩus quínq;,hoc eſt denarií dímídio,vt ſeſtertíus quínarĩum dímídíatũ valebat, hoc eſt duos aſſes & ſemíſſem . Erat & quadrans (auctore Plínío) nũmulus,quí & trĩuncís vel trĩunx vocatus eſt a trĩbus vncíís.vt enim ſeſtertíus quarta pars eſt denarií,íta quadrans quarta pars aſſís,hoc eſt líbrę æreę,quę cũ erat argẽtea nõ aſſís argẽteus ſed líbella dícebatur, vt ſupra docuímus.Fuít etiã trĩens nũmus tertía pars aſſís . Cęterũ quem quadrantẽ Plínius & trĩuncẽ appellat,Cícero terunciũ appellauít líb.íií. de Fínibus,hís verbis , Interít eñ magnitudíne marís Aegeí ſtílla marís, & ín díuítíís Crœſí teruncií acceſſío.Et ad Atticũ líb.v. Spero toto anno imperíí noſtrí terũcíũ ſumptus ín prouíncía nullũ fore.Varro,Teruncíus (ínquit) a trĩbus vncíís dictus,ꝙ ſít líbellę quarta pars quomodo & quadrãs aſſís.Iã antea oſtẽdímus líbrã & mínã centũ drachmarũ ac totídẽ denarĩorum fuíſſe. qua ratíone patet quadrĩngẽtos ſeſtertíos ín líbra fuíſſe, nũc cẽtũ ſeſtertíos vno aureo valuíſſe docebo. Trãquíllus ín Othone,Nullo ígítur officíí aut ambítionís ín quẽq; genere omíſſo quotíes cœna príncipẽ acciperet,aureos excubãti cohortí vírítím díuídebat.Plutarc.ín eodẽ χρυσοῦν ἑκάστῳ διανέμων dixít,íd eſt aureũ ſíngulís díſtrĩbuẽs. Tacítus de eodẽ líb.xvíí. Flagrãtíbꝰ íã mílítũ anímís velut faces addíderat Meuíus Pudẽs e proxímís Tígíllíní. ís nobílíſſímũ quẽq; íngenío,aut pecunię índigũ,& ín nouas cupídítates pręcípítẽ,allícíẽdo,eo paulatím pgreſſus eſt, vt per ſpecíẽ cõuíuíí quotíẽs Galba apud Othonẽ epularetur, cohortí excubías agẽti vírítím cẽtenos nũmos díuíderet.quã velut publícã largítionẽ Otho ſecretioríbus apud ſíngulos p̃míís íntẽdebat.Aureũ Trãq.& Plutar. díxerũt qđ Tacítus cẽtenos nũmos díxít.Ita tamẽ vt íntellígamus Othonẽ nõ manu ſua (ne ín ſuſpítionẽ affectatí ímperíí veníret apud Galbam) ſed per Meuíũ Pudentẽ mílítíbus dedíſſe.Sed ꝙ aureus centũ nũmís valuerít, facíle ex ſequẽtíbus cõſtabít.Cũ hoc dícto pugnat íd qđ a Iuſtíníano príncípe dícítur ín Inſtítut.íurís ſub título De ſucceſſíone líbertorum, hís verbís , Sed noſtra conſtítutío íta cauſam definíuít, vt ſí quídem líbertus vel

Centũ æris míllía.

Quínarĩus. Seſtertíus. Quadrans. Trĩuncís.

Teruncíus.

Seſtertíjs cẽtenís aureus æſtímatus.

líberta minores cẽtenariís ſint, íd eſt minus centũ aureís habeãt ſubſtãtiã (Sic enim legís Papię ſummã interpretatí ſumus, ac ſi pro mílle ſeſtertiís vnus aureus cõputetur) nullũ locũ habeat patronus ín eorũ ſucceſſione. nos vnũ aureũ centũ ſeſtertiís æſtímamus, Iuſtínianus mílle. Sed huíc obíectioní íta reſpõdeo, æſtímationẽ hoc ín loco nõ íuſtã, & vt Greci appellant argyrognomonícam eſſe, hoc eſt a collybo vel nũmulariorũ taberna petitã, ſed pro arbítrio legem cõdentís factã. cuí hoc placitũ eſt de centenariís líbertís ſancire, quod prídẽ lex Papía de míllenariís ſtatuerat. Id qđ mihí ſatís índícare vídetur hęc particula ac ſi. Sí quis enim totũ íllũ locũ díligẽter animaduertat, facile (vt opinor) íudícabit Iuſtínianũ legí Papię non ín eo tãtum derogaſſe q̃ patronus olím líberto etiã líberís ín tra numerũ ternariũ extantíbus ín quadrantem ſuccedebat, ſed etíam ín eo q̃ quí líbertí olím centenarií dícebãtur a centũ ſeſtertiís, nũc centenarii dicũtur a centũ aureís, quę multo minor eſt ſumma. Potuít & numerus corrumpí, vt mille pro cẽtũ legatur errore ex notulís orto, vt ínfra vídebímus. Leges Papię multę fuerũt, vel vna fuit multíplex. Memínit Cic. pro Atchia legis Papię. Tranql. ín Claud. Tertul. & Lactãtíus lib. prí. Mouere ígitur dictũ íllud Iuſtíníaní neminẽ debet cõtra tot tãtorũq̃ ſcríptorum auctoritates.

Seſtertius. ſeſtertíus eñ nunq̃ æreus fuít. ſed ab ínítío ſtatím duos aſſes & ſemiſſem valuít. Aſſís vero æreus erat. Plí. de Ladano lib. xíí. Precia ſunt laudatiſſimo ín líbras aſſes. xl. De Hãmoníaco, Preciũ optímí ín líbras aſſes. xl. In antíquíſſímís tamẽ vtrobíq̃ aſſes. xxx. legítur. Quãdo autẽ nõ addít nomẽ nũmí quíſnã íntelligẽdus ſit heſito. vt de Caſía íbidẽ, Precía nullí díuerſiora. optímę in líbras. xl. cęteris. xv. Sic eñ ín antíquís oĩbꝰ legítur. Vtrũ ne ígitur aſſes, an ſeſtertíos, an denarios íntellígamus? Et rurſus íbidẽ de

Plinij lo. Myrobolano, Preciũ ín líbras. x. Sic eñ ín antíquís legítur, lícet in ímpreſſís líbras bínas legat. Sed obíter locus íllе de Caſía emẽdãdus eſt quí ſic ín ímpreſſís líbrís legítur. Frutex & caſía eſt, íuxtaq̃ cínnamí campos naſcítur: ſed ín mõtíbus craſſíore ſarmento, tenuí cute, quẽ conteri atq̃ in cínnamomo leuarí & exínanírí preciũ eſt. Ego ex antíquorũ obſeruatione lego, quẽ cõtra atq̃ in cínnamomo labare & exínanírí preciũ eſt. Supra eñ de cínnamomo loquẽs Plín. Vílíſſímũ vírgultí qđ radícíbus proximũ, quoniã íbí mínímũ cortícís ín quo ſumma gratía. Illud leuíus erratum de Ladano ſupradícto, Sunt quí hęrbã ín Cypro ex qua íd fíat, Ladam appellent, etenim íllí Ladanũ vocãt. In eo loco ſępe hęſí, anteq̃ ex antíquís Ledã & Ledanũ legẽdũ eſſe deprehẽdí. Eodẽ ín líbro de Bdellío, Preciũ ſíncero ín líbras decẽ tãtũ. In antíquís nõ tãtũ ſed terní legítur, fortaſſe pro ſeſtertíí. Notũ eſt eñ ſeſtertíũ duabus vírgulís erectís & ſemíſſe ſcríbí ſolítũ, vt hodíe ín Verrínís Cíceronís legít. quod notã ternarii numerí líbrarii eſſe putauerũt, quãtũ conícere poſſum. Verũ aſſes. xl. Plí. pro quatuor denarís díxít. Aſſes eñ Plí. æreos nũmos íntellígít æris grauís líbra valẽtes. Cornelius Nepos de frugalítate Põponíí Attící loquẽs, Nec íd (ínqt) prętereo, q̃q̃ nõnullís leue vísum írí putẽ, Cũ ĩ prímís lautus eſſet Eques Ro. & nõ parũ líberalíter domũ ſuã omníũ ordínũ homines ínuítaret, ſcímus nõ amplíus q̃ terna míllía æris peræque ín ſíngulos menſes exphe-

meridie eũ expensum sumptui ferre solitũ . atq; hoc nõ auditũ sed cognitũ prędicamus. Millia æris dixit ad differẽtiã millium nũmũ vel sestertium. Liuius libro vltimo,de secũdo bello Punico,de Scipione loquẽs, Argenti tulit in ærarium pondo centum millia , militibus ex præda quadragenas æris diuisit.Et lib.ii.de bel.Macedonico de triũpho Quintii,Ducẽi quin quageni æris in pedites diuisi.Et rursus lib.prædicto.bel.Punici,Legatis in singulos dona ne minus quinum millium,comitibus eorum mille æris. Mille æris dixit pro centũ drachmis,id est argenti libra. Sed genus nũmi dati exprimere voluit. Et lib.ix.de bello Maced.Senatusc̃ultum factum est vt singulis centena millia æris Quæstores vrbani ex ærario darẽt.Hoc in loco quadragena millia sestertium intelligendum dico : quod nisi æris addidisset,ego centum sestertia intelligerem, q̃q̃ si exempla in mediũ afferam,vix controuersias expediam.Plin.lib.xv.de copia olei loquens,Vrbis quidẽ anno quingẽtesimoquinto Appio Claudio Cęci Nepote , L . Iunio Consulibus olei libræ duodenę assibus vęniere. Et mox anno sexcẽtesimo octogesimo M.Seruius Aedilis Curulis olei denas libras singulis assib⁹ pręstitit pop.Ro.per totũ annũ.Idem lib.xviii.de arborum frugiferarum preciis loquens,Nec minus miraculum in pomo est,multarũ circa suburbana fructu annuo addicto binis millibus nũmũ, maiore singularũ reddi-tu q̃ erat apud antiquos prædiorũ . Fidem hoc dictum excedet si vera sunt quę diximus,vt nummi appellatione sestertium intelligere oporteat,& sic arboris vnius vsumfructum credamus in annos singulos duobus millibus sestertium conductum a propola,vt in eo quęstum faceret,& in eadẽ vrbe denas olei libras aut etiam duodenas singulis assibus aliquãdo vęnundatas,cum singuli sestertii dipondium & semissem valuerint . Primum hoc respondeo vilitatem illam olei semel aut iterum contigisse, q̃q̃ non tã negociationem aut venditionẽ fuisse puto q̃ largitionem Aedilitiam ad plebeium fauorem emerendum, vt alibi dicetur.Potest etiam numerus deesse in superiore loco Plinii,cum assibus tãtũ legatur , non singulis assibus vt in sequẽti. Potest etiã vilitas tãta fuisse aliquo anno,eo liquore exuberãte qui vltra annum nõ seruabatur,id quod Plinius ipse his verbis significat , Vetustas oleo tędiũ affert nõ itẽ vt vino, plurimũq; ætatis annuo est,prouida si libeat intelligere natura.Quippe temulẽtię nascẽtib⁹ vinis vti necesse nõ est. quinimo inuitat ad seruãdũ blanda inueterati caries,oleo noluit parci,fecitq; ea necessitate promiscuũ & vulgo.Memoria nostra Parisiis vno anno tãta fuit vilitas vini,vt inopia vasorũ quidã donare vel effundere cogerẽtur,quidã qui grãdioribus cuppis cõdiderunt , anno sequenti magno vendiderũt . Quod autẽ ad mercedẽ annuã singularũ arborũ attinet, non tã mirari id cõuenit q̃ id quod ab eodẽ lib.xv .de persicis duracinis dicitur,qđ genus ætate Plinii insitione repertũ est, Aestate (inqt ille) pręcocia intra.XXX.annos reperta,& primo denariis singulis vęnũdata.Et paulo inferius , Precium (inquit) singulis iã tricẽi nummi fuere, nullius maiore.qđ miremur , quia nõ aliud fugacius.longissima nãq; decerpto biduí mora est,cogitq; se vęnũdari.His verbis plane significat singula persica sestertiis primũ quaternis vęnũdata,postea augescente gratia

Mille æris.

Mira precia pomorum Romę. Duracina persica.

(vt fit) aliquãdo preciũ ad tricenos nũmos euaſiſſe. quare nõ mirũ eſt ſingulas arbores bina millia nũmũ annuo reddítu meruiſſe, cũ ſeptẽ & ſexaginta poma hanc ſummã cõficere potuerint, tricenis nummis ſingula vænundata. Cauſam autẽ aſſignans tanti precii ſubdit Plín. Vndiq; pomũ innocuũ expetítur ægris, vel agris vt in antiquis legitur. Huiuſmodí hodie duracína (vt opinor) nomen retinẽt, in Britannía Aremorica. Trãſeamus ad relíqua. Idem Plí. líb. viii. Aſinũ quadringẽtis nũmis emptum Q. Aſio Senatorí, auctor eſt M. Varro. Haud ſcío an omniũ precío animalium vícto, opera ſine dubío geruli mírífica arando quoq;. Sed mularum maxíme proxíme progeneratíone, patría etiã ſpectaẽ in iis, Arcadíbus in Achaía, in Italía Reatínis. Sic omnía habẽt exẽplaría etíam antíquiſſíma. Plínius admíratur aſinam Reatínam quadringentis nummis emptam, tametſi gerulam, & aratricẽ, & prolificam: exiſtímatq; hoc preciũ maius eſſe omniũ animalíum precío nedum veterínorum, & pluris tamen Romæ perſica XIIII. veníſſe eodem auctore affirmauímus. Vereor ne hæc Plínii ſalebra huíus ínuentí noſtrí curſum hactenus (vt arbítror) ínoffenſum aut moretur, aut plane ínterpellet: etſi quod ſequítur addam, ne commẽtaríí noſtrí proceſſus hæreat, Quæſtus (ínquit) ex iis opíma prædía exuperat. Notũ eſt ín Celtíbería ſingulas quadragenis míllíbus nummorum emí ad mularum maxíme partus. Sí nummí ſemper ſeſtertíí íntelliguntur, quonã modo hæc loca duo conuenire poſſunt? Hic ſi díxero locum mendoſum eſſe, tranſultare vtíq; confragoſa loca, non æquabílí greſſu pertranſire dícar. Quod tamen quía & alíbí neceſſarío míhí faciendum eſt, hic a lectoribus ímpetrare íllud habeo, míhí quidem non íniquis, vt ſi hoc ínſtitutum meũ hoc ín loco haud dubíe inſigní, approbauero, valeat ín futura quoq; ſi qua forte auctorum ínteritu deſtituentur teſtímonio. Audíamus ígitur Varronem ípſum lib. iíí. rerum Ruſt. quẽ Plí. dícti ſuí auctorẽ locupletiſſimũ eſſe cenſuít: ín cuíus dialogís Appíus Claudíus Augur ad Axíum Senatorem íta ínquít, Q; ſi ea ædíficía víllę non ſunt, quæ aſinũ tuũ quem míhí quadragínta míllíbus emptum oſtendebas, apud te non habent, metuo ne pro vílla emam Oſtíæ ín líttore Seíanas ædes. Apud Plíníũ quadringẽtis nummis legítur, apud Varronem ípſum quadragínta míllíbus, vtrobiq; corrupte. Vt enim nummis pro míllíbus íllíc legitur, ſic quadragínta hic pro quadríngentís. tametſi vix íntra fidem íd ſtabit cum ad æſtímatíonem míllíũ nũmorũ venerímus. Hoc tamen cũ ex Plínío vídetur, quí príus hoc precium Romæ admíratus, mox tranſlatítium ín Celríbería eſſe tradídit: tum vero ex eodem Varrone líb. íí. eíuſdẽ operis hís verbís, Quí non habent eum aſínum quem ſuppoſuerũt equæ, & aſínum admíſſaríum habere volunt, de aſínís quẽq; ampliſſímũ & formoſiſſímũ q̃ poſſunt elígũt, quiq; ſemínío natus ſit bono, Arcadico vt antíquí dícebãt, vt nos experti ſumus Reatíno, vbí tricenís ac quadríngentís míllíbus admíſſaríí alíquot veníerunt. Quo ín loco trecenís & quadringenís míllíbus lego. q̃q̃ hic rurſus æſtuare neceſſe eſt. Idẽ emñ Varro alíbí de elígẽdo pecore loquens, Primũ (ínquít) vt bonũ pares pecus, ſcíre oportet qua ætate quãq; pecudẽ parare habereq; expediat: altera pars, cognítío formæ: tertía pars eſt, quo ſemí-

Memorabilis aſinus.

Aſina Reatína.

nio quęrendū. Hoc enim nomine asini Arcadici in Græcia nobilitati, in Italia Reatini, vsq; eo vt mea memoria asinus vęnierit sestertiis millibus sexaginta, & vnę quadrigę Romæ cōstiterint quadringētis millibus. Semel iā testati sumus vbicūq; apud antiquos sestertiis & millib⁹ coniūctim dicitur, nō sestertiis sed sestertiū legendū. Quare hic sestertiū, nō sestertiis lego. Sed loca sic citare necesse est, vt apud auctores legūtur, quod in vniuersum dictū esse velim. Sed quod ad rē pertinet, Varro in persona Scrophę miratur asinū memoria sua emptū sexaginta millibus, & asinos quatuor iugales quadringētis. Quare dubius maneat hic locus Plinii necesse est, ita tamē vt lotos quidē pedes ex maculoso loco cōflictatione nō multa expedierim. Q;q; quis dubitet quadraginta millib⁹ apud Plinium assere re, & tricenis quadragenis millibus apud Varronē, ne fidē alioquin abnegare antiquis monumētis cogamur? Atq; eadē opera locū Plinii inibi restituemus. quod enim in omnibus impressis libris legitur, Nec nisi spatio se incubāt alias atterūtur. Varia nāq; somnio visa concipiūt, ictu pedum crebro: qui nisi per inane emicuerit, repulsu durioris materię claudicatem illico affert. Id ego ex antiquis exēplaribus lego, Nec nisi spatiosa incubitāt laxitate. varia nāq; & cętera. illa enim duo verba alias atterūtur, temere ab emēdatoribus sunt addita. quę superuacanea esse satis ex eo apparet, q; sequitur, claudos illico fieri. Et hic Hermolaus Barbarus vir ingeniosissimus gloriabitur se Plinium emēdasse, altera etiā castigatione repetitum. Sed pergamus porro. Idē Pli. li. x. Maxime tñ insignis est in hac memoria Clodii Aesopi Tragici histrionis patina, sexcētis sestertiis taxata. In qua posuit aues cātu aliquo aut sermone vocales: nūmis sex singulas coēptas. nulla alia inductus suauitate, nisi vt in iis imitationē hois māderet, ne quę stus qdē suos reueritus illos opimos & voce meritos. Dign⁹ prorsus filio a quo diximus deuoratas margaritas. Ego antiquissimū exēplar habeo, in quo hoc verbū nūmis deletitio loco scriptū erat, vt coniiciā nō nūmis sed millibus prius scriptū fuisse. omnino eñ sic legēdū est. Centenariā eñ patinā Aesopi fuisse intelligimus, id est cētenis auibus structā, millib⁹ senis coemptis, vt in summa sexcēta fierēt sestertia. De qua idē Pli. lib. xxxv. Nā nos (inquit) cū vnā patinā Aesopi Tragœdiarū histrionis in natura auiū diceremus sestertiis sexcētis stetisse, nō dubito indignatos legētes. Hæc & huiuscemodi alia incredibilia omnino primore sensu videbūtur, sed cum omnia in discussionē venerint, inuicē sibi fidē vt faciāt peruincemus. Opulētia enim Romana simul & luxuria intelligētur, quę instar (vt arbitror) habebunt historię cuiusdā varię & admirādę. Sic eñ rē tēperatā oportuit vt nō magis in abaculo manus occuparetur, q; animus rerū intelligētia interim oblectaretur. Sed iā videamus de columbis apud eūdem Plin. lib. x. Harū (inqt) amore insaniūt multi, ac super tecta exædificāt turres iis. nobilitatēq; singularū & origines narrāt vetere iā exēplo, Laxius Eques Ro. ante bellū ciuile Pōpeianū denariis quadringētis singula paria vēdicauit, vt M. Varro tradit. Licet in omnibus exēplaribus & Laxius & vēdicauit legatur, tamē & L. Axius & venditauit lego. cum Varro de pullis earum loquēs ita dicat, Romæ si sunt formosi, bono colore, integri, boni seminis,

Pli. locus.

Patina æsopi

Huius libri lectio vicē prębet historiæ.

Columbarū precia.

Pli. locus.

paria singula vulgo veneũt ducenis nũmis: necnõ eximia singulis millibus nũmũ: quas nuper cũ mercator tanti emere vellet a L. Axio Equite Rom. minoris quadringẽtis denariis daturũ negauit. Hactenus Varro. Si ergo paria singula columbarũ non semel sed sępe mille sestertiis nũmis vendita sunt, aliquãdo etiã mille & sexcentis, id est quadringentis denariis, cur nõ & aues humano sermone vocales sex millibus eadẽ in vrbe vẽdi potuerũt? quas tamen apud Plin. sex nũmis emptas legimus, errore eorũ seculorum quę in rei nummariæ verbis prorsus nihil viderũt. Huius rei irrefutabile argumẽtũ ex eodẽ ipso auctore referemus, qui libro eodẽ de Luscinijs loquẽs ita inquit, Certant inter se, palãq; animosa cõtentio est. Victa morte finit sępe vitam, spiritu prius deficiente q̃ cantu. Meditãtur alię iuniores, versusq; quos imitẽtur, accipiũt. Audit discipula intẽtione magna ac reddit, vicibusq; reticent. Intelligitur emendatę correctio, & in docẽte quędã reprehensio. Ergo seruorũ illis precia sunt, & quidem ampliora q̃ quibus olim armigeri parabãtur. Ex his verbis significatur lusciniarũ magna precia fuisse, cum apud Columellam vinitor seruus octo millibus æstimatus sit, & pluris armiger vęnire vinitore solitus sit, vt qui prędidiũ vitę domino afferre posset. Q̃ si id quod sequitur statim apud Plinium emẽdari a nobis potuisset, memorabile aliquod preciũ in mediũ attulissemus eius luscinię albæ quę Agrippinę dono data est. Id quoniã fieri non potuit, inuicem eius locũ aliũ eiusdẽ capitis in principio statim restituemus. Noctuarum genus in Creta insula non est, & etiã siqua inuecta sit emoritur. Nam hæc quoq; mira naturæ differentia, alia aliis locis negat tãq̃ genera frugũ fruticumve, sic & animalium non nasci, translatitiorũq; inuecta mori. Mirum quidem est illud vnius generis aliti aduersum. quęnam est iis naturę inuidia. Sic in omnibus impressis legitur, conniuente Hermolao, & hoc totũ caput intactum transmittente. Quæ verba cũ mihi corrupta inter legẽdũ viderentur, tandem aditis antiquis exemplaribus ita restituenda duxi, vt post verbum animalium distinctio fiat velut sensu finito: deinde ita inferamus, non nasci, translatitium: inuecta mori, mirum. Quid est enim vnius generis saluti aduersum? Translatitium hic pro solito & in multis vsitato & communi inter multos ponitur, quod verbum maxime Plinianũ est. Ita patet in vno versu Plinii quatuor errata a castigatoribus relicta. De auiculis vocalibus Plin. alibi, Agrippina coniunx Claudii Cæsaris turdum habuit (quod nunq̃ ante) imitantem sermones hominũ. Cum hæc prodesse rem habebant & Cæsares iuuenes sturnum: item luscinias Gręco atq; Latino sermone docíles. Prętera meditantes in diem, & assidue noua loquẽtes longiore etiã contextu. In diem autẽ non in dies in omnibus libris legitur. ex quo intelligimus doceri solitas vt diebus diuersis nõ eadem, sed subinde nouũ aliquid loquerentur. Sũma igitur supradictorum est, mille sestertium & mille nummũ, duo millia ac quingentos æris valere. & mille drachmas decẽ millia assiũ, & quatuor. M. sestertiũ. Porro cẽtũ drachmas vnã minã argẽti efficere, quę & libra & põdo dicitur. At vero libras duas argenti & semissem, seu vt veteres dixerunt duapondo & semissem mille nũmũ valuisse. Hoc etsi satis antea cõfirmatũ est, tamen & auctarium hoc

Plin. locus restitutus.

Translatitiũ.

Turdus vocalis.

addemus,ne cuiq̃ nõ ſatiſſaciamus in ea re,in qua ab oĩbus diſſentimus.Li uius lib.ii.de bel.Punico,In ꝓmutãdis captiuis cõuenerat inter duces Ro. Pœnumq;,vt quæ pars plus reciperet q̃ daret,argẽti põdo bina & ſelibras in militẽ prẽſtaret. De quo cõuẽto Plutarc.in Fabio loquẽs,Cõuenerat(in quit)inter Ro.Pœnumq; ducẽ,ex captiuis,virũ pro viro cõmutare, & qui plureis reciperet q̃ redderet, pro quolibet drachmas ducẽtas & quinquaginta ſolueret.Plutarchus quinquaginta drachmas pro ſeſtertio dixit. Hic libẽs omiſerim ſi poſſim errorẽ Nicolai Perotti hominis de lingua latina vt illa ætate bene meriti,qui in cõmentariis ſuis de hac re loquens ita inquit,Pondo licet aliquãdo pro libra inueniat:proprie tamẽ ſignificat põdus duodecim librarũ:huiusq; dicti auctorẽ citat Liuiũ in loco ſupradicto, quaſi Liuius põdo bina & ſex libras nõ ſelibras vocabulo cõpoſito dixerit, quaſiq; in capita ſtatuerint Imperatores illi tricenas libras argẽti:quod lõge abeſt a vero:q̃q̃ Perottus homo elegãtiarũ obſeruãtiſſimus videre illud debuit,Liuiũ nõ põdo bina & ſex libras dicturũ vnq̃ fuiſſe,ſed ſenas potiꝰ libras.Hic nominare eos neceſſe nõ habui qui eius errorẽ totidem verbis in ſuos ipſi cõmentarios rettulerũt.Idẽ Liuius lib.ix.de bello Maced.de cenſura Catoniana loquẽs,In cenſibus quoq; accipiẽdis triſtis & aſpera in omnes ordines Cẽſura fuit, ornamẽta & veſtẽ muliebrẽ & vehicula quę pluris q̃ quindecim milliũ æris eſſent in cẽſum referre viatores iuſſit.Itẽ mãcipia minora annis viginti,quę poſt proximũ luſtrũ decẽ millibus ęris aut eo pluris vęniſſent:vt ea quoq; decies pluris q̃ quãti eſſent ęſtimarẽtur.De hac itẽ Cẽſura Plutarc.in eodẽ Catone,Vt igitur(inquit) in oñes animaduerteret:coegit veſtis,carpẽti,mundi muliebris & domeſticæ ſupellectilis decuplũ amplius in cẽſum referri,q̃ earũ rerũ preciũ ſinere,ſi mille & quingẽtas drachmas exceſſiſſet.His auctoritatibus fidẽ omnino facio centum drachmas mille æris valere:& põdo id eſt libram centũ drachmis, & mille æris par fuiſſe.At denariũ & drachmã eundẽ fuiſſe nũmũ:aut eiuſdẽ certe põderis & ęſtimationis auctore Pli.demonſtratũ eſt,& denariũ quaternos valuiſſe ſeſtertios.Quare in ſingula põdo & in ſingulas libras minasq; quadringẽtos ſeſtertios intelligere neceſſe eſt.Proinde operis inſtituti partẽ profligatã habemus,vel materiẽ potius(vt Plautino verbo loquar)exaſceratam.Quã ſi coagmẽtare in inſtar operis abſoluti volumus, omnia ſcriptorũ dicta accõmodare rebus iã explicatis neceſſe eſt:ita vt in opere tot auctoritatibus cõpactili nullus locus hiulcus,nulla cõmiſſura ſit conſpicua. Quod quãta vigilãtia,q̃ acri intentione,quãto labore ſit effectũ,quãto denique literarũ amore ſuſceptũ(nihil eñ maius dicere de me poſſum)ex operis ipſius cõpage apparebit.Ego cũ hæc proderẽ,quo magis exacte omnia perpenderẽ,libellã & ponduſcula in cõſpectu habui,nomiſmataq; antiqua aurea argenteaq; ſatis multa,iampridẽ,vt minime in hunc vſum parata,ſic admiratione viſendæ antiqtatis in deliciis habita.Eorũ lectiſſimũ quodq; expenſare inſtiti diligẽtia vt arbitror nũmulariorum æmula.Quippe adulterata quędã viſunt,& ad exemplar archetyporũ fuſim cuſimq; ita efficta vt pro archetypis fallant,cuiuſdam(vt aiunt)pigmẽti affrictu vetuſtatem ementiẽtia.Vt igitur vnumquodq; certiſſimã priſci æui notam habere vi-

Nicolai Perotti errati.

Libra nũmaria centum drachmas valet.

Nomiſmata priſca Budæꝰ obſeruare inſtitit & expẽdere.

Recensio nomismatũ priscorum.

Nomisma Ciceronis.

Decussare.

Genitura Augusti.

debatur charactere vel collybo detrito, vel vetustate fugiẽti & qui situ obscuro, ita ĩ libella a me statuebaṫ. Inter argẽtea (vt auspicato exordiar) vnũ erat Ciceronis, vna parte itegrũ: ĩ qua caput galeatũ, decora facie plenaq; promissa cæsarie, & erecta a ceruice pẽdula, pone caput vnicũ hoc verbum Roma, scriptũ erat, nihil in ambitu: ex altera parte quę semesa erat, currus triũphalis quadrigis trahebaṫ, subter quẽ inscripra hæc duo verba M. Tul li. supra hęc verba. X. litera maiuscula, quã denariũ significare arbitrabar ex Valerio Probo: vnde decussare verbũ videṫ esse deductũ, de quo supradi ctũ est. Nã ĩ. X. litera linea lineã ĩ cẽtro intersecat. Alterũ fuit Cęsaris Dictatoris, in quo caput collecto ac redimito capillo, facie lõgiore, naso decore ꝑminẽti, oblõgaq; ceruice: a tergo sub charactere quodã obscuro Cæsaris nomẽ scriptũ erat pręnomine nullo: sed Dictatoris faciẽ ex scalptura antiqua noscitare didici, quã Romę vidi, cuius etiã exemplũ scite effictũ habebã in gẽma. Erat etiã Augusti, ea facie quę a Suetonio describiṫ, crispo capillo solutoq;, inscriptione Cęsaris Augusti: a tergo simulacrũ vestibuli ędis sacrę ternis altrinsecus his literis, MAR. VLT. videlicet ob Martis vltoris ædẽ ab eo extructã. Fuit & aliud eiusdẽ, eadẽ inscriptione, iisdẽq; liniamẽtis formę, similiq; capillo. in quo adnotaui faciẽ lęua parte prominentẽ cõtra aliorũ nomismatũ morẽ etiã eiusdẽ principis: ab altera parte erat stella radiis ad marginem vsq; nomismatis expassis, crinito vno radio, trãuersaria inscriptione Diui Iulii. quod intelligim⁹ percussum ab eo fuisse post ludos funebres Cęsari cõsecratos in honorẽ stellæ crinitę quę septẽ dieb⁹ apparuit. Tertii generis fuit etiã eiusdẽ, iisdẽ liniamẽtis, habituq; eo dẽ capitis, nisi q ocul⁹ dexter eminebat cõtra q̃ in secũdo: a tergo aial erat hircinis cornibus ac villoso mẽto, duobus tantũ cruribus iisdẽq; bisulcis, quib⁹ quasi brachiis orbẽ amplexabaṫ. omnino armorũ tenus hircus, cætera piscis, cuidã rei incũbens quã agnoscere nõ potui: inscriptione vnius nominis Augusti. Id fuit genus nũmi qđ Augustus syderis capricorni nota percutere instituit ob geniturę suę honorẽ, quã ei olim Theogenes mathematic⁹ Apollonię existẽti viuo adhuc Iulio Cęsare, ꝑdixerat imperatoriã esse. Quare cũ thema suũ natalitiũ, id est horoscopi cõfiguratione inuulgari vellet: huiusmodi nũmũ percussit, vt auctor est Suet. Habebã vnũ a M. Agrippa ob Consulatũ percussum, facie nec Iulii nec Augusti, hac inscriptione, Cęsar diui Iulii F. altera pars pura erat, in qua media hęc erãt verba scipta, M. Agrippa Cos. desig. Vnũ insigne notaui Augusti & Antonii in Triũuiratu Reip. cõstituẽdę, ex altera parte Augusti facies male expressa, hoc lemmate, Cæsar Imp. IIIVIR. R. P. C. in auersa parte facies M. Antonii ea plenitudine oris quę a Plutarcho describiṫ, & ex Cicerone intelligiṫ in secũda Antoniana, crispo solutoq; capillo, ea ceruicis crassitudine, exqua illã firmitatẽ corporis cõiicere posses quã ei Cicero ĩ ea oratiõe obiicit, hoc epigrãmate, M. Antoni⁹. IIIVIR. R. P. C. relíqua legere nõ potui, nec cõiectura assęq; quę notis significabanṫ. Cęterũ scite exꝑssa facies, & pulchrioribus literis circũscripta q̃ ea pars quę Augusto dicata erat. Verũ (vt qđ nũc agitur agamus) cum horũ aliorũq; nummorũ põdus ad libellam exigerem, id esse verũ depræhẽdi quod auctore Plinio diximus, & ex Plutar-

cho & Appiano cõprobatur, drachmã ſcilicet Atticã denarii Romani pondus habere. Quod vt docere poſſim, rẽ ad põdera noſtra examinabo: ſed ita vt a nemine nõ intelligar. Libram noſtrates duplicẽ habent. Zygoſtatica libra eſt quę regia dicit, qua negociatores & pigmẽtarii aromatariiq; vtuntur, omnesq; omnino qui appẽſas merces venditãt. Hęc ſenundenũ vnciarũ eſt. Eius ſemiſſem monetarii & aurifices & vaſcularii libram ſibi fecerũt, marcam eã vocãtes. Hac nos libra nũc vtemur ad id docendũ quod ſuſcepimus. Libram igit Romani in .xii. vncias diſtribuebãt, & vnciã in octo drachmas. Huius libręm beſſem, ſelibram noſtrã regiam eſſe dico, cuius modus a zygoſtate publico ſtatuitur Pariſiis. Huius muneris fit mẽtio in .l. altera de põderatoribus lib. x. Codicis. Hoc beſſe nunc vtemur pro libra quam marcam vocitamus, eãq; in vncias octonas diſtribuemus, vnciãq; rurſus in totidem drachmas, & drachmas ſingulas in terna ſcrupula: ita vt hemidrachmium ſeſquiſcrupulũ valeat. Primũ hoc dico drachmã Romanã & Atticã a noſtris vocitari groſſum, & ſcrupulum denariũ, & ſemigroſſum eſſe nobis ſemidrachmã Atticã. quam drachmã noſtri ſterlinos duos & dimidiatum eſſe dictitant: qua ratione pondus noſtrũ facile cõgruet cum antiquo. hoc modo teneamus libram noſtrã cum Latina libra cõparatã ſubſeſquiplã proportionẽ habere, quã habet bes ad aſſem. qppe cũ libra noſtra (de octonaria ſemp loquor quã marcã vocitari diximus) quatuor & ſexaginta groſſos capiat, id eſt octies octo. ſi trientem addideris beſſi. i. duos & triginta groſſos ſeu quaternas vncias: libram vtiq; efficies plenã antiquã, ſex & nonaginta drachmis conſtantẽ, vt antea dictũ eſt. Qui numerus exit ex vnciarũ numero per drachmarũ numerũ multiplicato, hoc eſt ex duodenario in octonariũ ducto. Hęc eſt exacta libręm ratio, cui tamẽ ſemũciã addere nos oportet, cũ libra in ratione nũmaria cũ mina Gręca exęquata ſit, & plane ſit cẽtenaria. Erit ergo libra Latina nõ modo ſeſqualtera noſtrę libręm, id eſt ſeſquilibra noſtra, ſed etiã pręterea quatuor drachmas habuiſſe intelligetur. Sed nihil hoc cõturbare nos debet. Satis eſt eñ ad facilẽ huius rei explicationẽ q; groſſus noſter cũ drachma Attica cõuenit, & denarius cum ſcrupulo. Groſſo autẽ vocabulo vtar nõ verecũde, cũ Latinũ verbũ ſit, licet alio ſignificatu antiquis vſurpatũ. Nõ me latet apud Plinĩũ aliud de numero denariorũ in libra lectitari: ſed illud mox videmus. nullã enim omnino aut prævaricationis ſuſpicionẽ, aut cõniuẽtię lectori relinquemus. oñia in diſquiſitionẽ vocabũtur, cũ oñia diſſoluere poſſimus, vel Herculis nodo perplexa, ſuſtineãt tantũ lectores iudicia quoad oia perlegerint. Interim tamẽ hoc affirmamus in ſingulas libras cẽtenas drachmas ſtatuẽdas eſſe, alioq; ſingula ſeſtertia cõtra omniũ ſcriptorũ auctoritatẽ denariis denis deficerẽtur: & ſingula millia quadragenis ſeſtertiis nummis: cum luce clarius oſtẽſum ſit quaternos ſeſtertios in ſingulis denariis drachmisq; Atticis fuiſſe. Verũenimuero cũ nomiſmata iam dicta cũ aliis permultis exquiſita libra penſitarẽ: deprehẽdi Tullianũ illud & illud Auguſti Capricorno ſignatũ, aliaq; nõnulla, ita pẽdere drachmã id eſt groſſum noſtrũ, vt lanx ex æquilibrio facile cum nomiſmate vergeret: contra autem duo illa quorum alterũ Cęſaris Dictatoris, & alterũ Auguſti ſtellatũ erat, tã maligne groſſum pẽ

Libra Pariſina.
Libra Zygoſtatica.
Libra nummularia.

Groſſus pro drachma Attica.
Scrupulꝰ pro denario Gallico.

Libra Romana eadem cũ mina Græca.

dere q̃ illa priora prolixe, vt tãtundẽ illis percussorũ auaritia decessisse di-
ceres, quantũ illis accessisse benignitate seculorũ & bona fide. Triũuirale
æquilibriũ faciebat quasi seueris magis q̃ benignis auctoribus. In Marci
AGRIPPAE nũmo bilãx raptim sidebat a põdusdulo, quæ in iusto nomi-
smate etiã surrigi debet. In eo quarta & vicesima pars (vt minimũ) nõ detri
ta sed detracta videbatur: in aliis itidẽ permultis par fere decessio, vt in eo
Augusti qui a postica facie hãc inscriptionẽ habet, Ob ciues seruatos: quã
ambit corona graminea. Sed tamẽ vt quiuis facile iudicaret drachmæ põ-
dere institutas eorũ formas fuisse, eaq; ipsa tãtidẽ oblocabilia. habebã & re
centiorũ temporũ vt Maximini Imperatoris & aliorũ principũ, in quis &
matris Alexãdri, hoc lẽmate, Iulia Mamea Aug. literis iã a Romanis dege
nerãtibus ac semibarbaris. Cęterũ argẽto & põdere supra dictis deteriora.
Hęc sufficere arbitrat⁹ sum ad examinationẽ põderis quod nõ in meis tã-
tũ sed etiã in alienis nũmis exegi, quę plurima & omniũ prope Consulum
atq; principũ vidi. Confectũ igitur iam habemus libram Romanã centum
grossos nostros habuisse. Quare si huius temporis ęstimationẽ sequi volu-
mus, in singula pondo Romana decẽ & septem Frãcicos tres solidos turo-
neos & nouẽ denariolos statuere necesse est. Aestimationẽ nunc legitimã se
quor & edictalẽ, non negociatoriã & vulgarẽ. edicto enim principali libra
argẽti vndecim Frãcicis æstimata est, licet passim duodecim iã væneat. Cũ
enim vt diximus libra antiqua sesquiplex fuerit nostrę, & præterea semũ-
ciã habeat: pro. xii. vnciis sedecim frãcicos & decẽ solidos numerabimus:
pro semũcia. xiii. solidos & nouẽ denarios. Ita fit vt mille nũmi, id est singu
la sestertia, æstimari a nobis duobus & quadraginta francicis vndeuigínti
solidis & quatuor denariis debeãt, vel (vt sũma rotũdet, & minutiarũ tędio
liberemur) tribus & quadraginta frãcicis, hi porro ducatos duos & vigin
ti, & triginta quinq; solidos turoneos faciũt. Quibus si duos solidos & se-
missem addas, fiẽt ducati tres & vigínti. ducatos legitima ęstimatione acci
pio, vt. xxx. solidis Pąrisinis valeãt. i. solidis turoneis trigita septẽ & semis-
se. Hactenus igit̃ legitimã iustamq; ęstimationẽ in singula millia nũmũ ha
bemus: nisi q; octo denariolos addidimus, id est bessem solidi. Huic summę
ad vulgarẽ æstimationẽ argenti paulo minus quatuor frãcici desunt: nam
cum argenti libra octonaria vulgo duodenis frãcicis permutetur propter
argenti inopiã & nomismatis ieiunitatem in singulas vncias ad legitimum
preciũ bini solidi & semis accedũt, quas vncias in sestertiis singulis trice-
nas singulas esse liquet ex iis quę supra diximus: atq; eo amplius quadran
tẽ vncię, id est binos grossos, hi autẽ solidi paulo plus duobus ducatis va-
lẽt ęstimatione antedicta, qua ratiõe fit vt i singula sestertia si extẽdere pre
ciũ velis vulgari iudicio qnq; & vigínti ducatos statuere: aut certe totidẽ
nostros solatos aureos possis. Ego tamẽ ad legitimã æstimationẽ nihil ad-
derem, si cõmodum aliquẽ numerũ in eo nactus essem, quo veluti radice vti
ad maiorum summarum cumulationem possem: id quoniam fieri nequit,
quindecim tãtum solidos adiiciam, vt mille nummum quinq; & vigínti au
reis coronatis ęstimetur, id est quadraginta tribus frãcicis & dodrante: cũ
eo vt coronatum quinq; & triginta solidis esse intelligamus, quãti scilicet

Aestimatio prædictorum nomismatũ.

Quanti mille nummum æstimari debeat.

locabat vbere re nūmaria:ſolidos autē ſemper appello quí duodenarii nūc dicūtur,in Italia nō ignoti.Proinde tandē accedamus ad exēpla, quāſiq; pe dem cum rerū explicatione cōferamus: & primū illud videamus Trāquílli in Aug.quod corruptū eſſe non emēdatum ab enarratoribus diximus,Se natorū cenſum ampliauit , ac pro octingentorū millíū ſumma duodecies ſeſtertiū taxauit.Sic enim legit Blondus in Roma triūphāte. tametſi hoc tēpore ea verba intelligi nō poſſe exiſtimauit. Nos duodecies ſeſtertíū do cuimus ſignificare duodecies cētena millia ſeſtertiū nummum,& in ſingu la millia quinq; & vigintí coronatos taxādos cōſtituimus. Si igitur mille ac ducētos quinquies & vicies numeraueris,triginta millia coronatorum cēſum Senatoriū fuiſſe cōmperies:& ex Trānquillo hoc noueris Auguſtū cenſum Senatoriū ex vigintí millibus aureorū huiuſmodí ad triginta mil lia auxiſſe.Quo autē expeditius lector rationē eorū quę dicēda ſunt ineat, hoc tenere oportet,centū ſeſtertia duo millia & quingētos aureos corona tos valere,hoc eſt cēties vicenos quinos.Vt autē ad hūc locum ęgre & ſuſ piriose atq; anhelabūde euaſimus,ita ab hoc loco iam per prona eademq; a mœna aliquādiu euagarí licebit.Idem Tranquillus in Cæſ. Ludís Decius Laberius Eques Ro.mimū ſuum egit,donatusq; quingētis ſeſtertiis & an nulo,ſeſſum in quatuordecim ex ſcena per Orcheſtrā tranſiit.Laberius poe ta donatus eſt cenſu Equeſtrí,id eſt coronatorū noſtrorū.xii.millib⁹ & qn gentis.ſic enim loquí mihi per anticipationē permittā quaſi iam tunc aurei noſtrí fuerint,quo expeditius hoc munere defungar.Macrobius lib.ii.Sa tur.Laberiū aſperæ libertatis Equitem Ro.Cęſar quingētis millibus inui tauit vt prodiret in ſcenā,& ipſe ageret mimos quos ſcriptitabat:ſed pote ſtas nō ſolum ſi inuitet ſed etiā ſi ſupplicet cogit:vnde ſe Laberius a Cæſa re coactū in prologo teſtatur his verſibus,Neceſſitas cuius curſus trāſuer ſi impetū voluerūt multi effugere,pauci potuerūt,& relíqua.Idem,Publius Mimographus Romę productus per Cęſaris ludos,omnes qui tunc ſcrí pta & operas ſuas locauerāt,prouocauit vt ſinguli ſecū poſita inuicē mate ria pro tempore contēderent:nec vllo recuſante ſuperauit oīes, in quis & Laberiū:vnde Cæſar arridēs hoc modo pronūciauit,Fauēte tibi me victus es Laberí a Syro,ſtatimq; Publio palmā,& Laberio annulum aureum cum quingētis ſeſtertiis dedit.Simile eſt apud eundē Tranquil.in Tyberio,Mu nus gladiatoriū in memoriā patrís,& alterū in auí Druſi dedit diuerſis tē poribus ac locis:primum in foro,ſecundū in amphitheatro,rudiariis quoq; quibuſdā reuocatis auctoramento centum millium. Non mirum Cæſarē mimographo poetæ duodecim millia & quingentos aureos noſtros dediſ ſe:ſi Tyberius gladiatoribus quí iam immunitatē & miſſionē gladiaturæ vel meruerant vel impetrarant,duo millia & quingētos dedit in ſingulos, vt iterum depugnarēt ſpectante populo . De cenſu Equeſtri Plinius libro .xxxiii.Tyberii demū principatus nono anno in vnitatē venit equeſter or do,annulorumq; auctoritatí forma cōſtituta eſt.Et paulo inferius,Hac de cauſa conſtitutum ne cui ius annuli eſſet, niſi cui ingenuo ipſi patrí auoq; paterno ſeſtertia quadringenta cenſus fuiſſent, & lege Iulia theatralí in .xiiii.ordinibus ſedendi.Ex hoc dicto Tranquillí patet cenſum equeſtrē a

Seſtertium duodecies.

Cenſus Sena torius.

Cenſus eque ſter.

Cenſus eque ſter.

quingẽtis ſeſtertiis ad quadringẽta cõtractũ, id eſt ad priſtinã formã reductũ. Recẽſeamus exẽpla, Cladẽ Lugdunẽſem (inqt Tacitus) quadragies ſeſtertio ſolatus eſt princeps vt amiſſa vrbi reponerẽt. Ego quadragies ſeſtertiũ ere noſtro centũ millia aureorũ fuiſſe dico, quã pecuniã Nero ad reparandũ Lugdunũ oppidũ cõtulit. Et apud Plí. Aeſopi Tragici hiſtrionis patina ſexcẽtis ſeſtertiis taxata eſt, id eſt quindecim millib⁹ coronatorũ. Quo in loco ne incredibile ſit quod ſupra diximus, aues cẽtum canoras, aut hominis ſermone vocales ſenis millibus ſingulas emptas, fidẽ faciet Macrobius qui lib. prí. Satur. de liberalitate Auguſtí loquẽs, Sublimis (inquit) Actiaca victoria reuertebat: occurrit ei inter gratulãtes coruũ tenẽs quẽ inſtituerat hoc dicere, Aue Cęſar victor Imperator: miratus Cęſar officioſam auẽ. xx. millibus nummũ emit. ſocius opificis ad quẽ nihil ex illa liberalitate puenerat, affirmauit Cęſari habere illũ & aliũ coruũ, quẽ vt afferre cogeret rogauit: allat⁹ verba q̃ didicerat expreſſit, Aue victor Impator Antoní: níhil exaſperatus, ſatis duxit iubere illũ diuidere donatiuũ cũ contubernalí. Coruum ergo loquacẽ Auguſtus viginti ſeſtertiis emit, id eſt quingẽtis aureis noſtris. & Cleopatra Aegypti reginarũ nouiſſima lautitiã epularũ Antonií omnẽq; eius apparatũ obtrectãs, quęrẽte eo qd aſtrui magnificẽtiæ poſſet, reſpõdit vna ſe cœna centies ſeſtertiũ abſumpturam. Cupiebat diſcere Antonius, ſed fieri poſſe non arbitrabatur. Centies ſeſtertium æſtimatione ſupradicta ducẽta quinquaginta millia aureorũ coronatorũ valet. & quadringẽties ſeſtertiũ, decies cẽtena millia aureorum, quãti idem Plí. æſtimauit ornatũ Lollíæ Paulinę de qua ſupra diximus, & Cicero furta Verris in prouincia. Quoniã vero multa dicturi ſumus fidẽ propemodum excedẽtia, lectores pręmonitos velim, ne Romanas priſcasq; diuitias, huius temporis opulẽtia publica priuataq; metiãtur. Vrbem enim Romã totius prope orbis ſpoliis locupletẽ fuiſſe hiſtorica fide planũ fieri poteſt, iis quidẽ certe qui Latinos Grẽcosq; ſcriptores rerũ geſtarũ lectitarint. nõ modo emĩ duces Imperatoresq; Romani ví aperta & bellica in hoſtico, ſed etiã Procõſules, puinciarũq; prẽſides in pacato furtis rapinisq; & expilationibus graſſabant qua ſacrũ, qua prophanũ domũ ſuã quiſq; auertẽtes. Inde illud Satyrographi poetę, Inde Dolobella eſt atq; inde Antonius, inde Sacrilegus Verres, referebãt nauibus altis Occulta ſpolia & plures de pace triũphos. Equidẽ (quod ad me attinet) cũ hęc quę in hoc opuſculũ cõgeſſi animo reputarẽ, ea mihi ſpecies vrbis Romę animo obuerſabat, quaſi arcẽ quandã expilatorũ orbis terrarũ vidẽrẽ, & velutí cõmune gentiũ omniũ ci meliarchiũ (vt verbo Iuſtiniani principis vtar) id eſt ſanctius cõditoriũ rerum toto orbe eximiarũ. Vidimus iam de Lollio verba hæc Plinii, Nec dona prodigi principis fuerãt, ſed auitæ opes prouinciarũ ſcilicet ſpoliis partę. Hic eſt rapinarũ exitus, hoc fuit quare M. Lollius infamatus Regũ muneríb⁹ in toto oriẽte, interdicta amicitia a C. Cęſare Auguſti filio, venenũ bíberet, vt neptis ei⁹ quadringẽties ſeſtertiũ operta ſpectaret ad lucernas. Hactenus ille. Quãtã igitur ſummã rapinarũ Lollíi fuiſſe exiſtimamus, cũ decies centenis millibus aureorũ æſtimarẽtur gemmæ, quę ad neptem eius peruenerunt? Vidimus & de Caio Verre cui Cicero quadringenties ſeſter-

Quadragies ſeſtertium.

Cleopatræ vnio.

Cẽties ſeſtertium.

De opulẽtia publica priuataq; Romanorum.

Cimeliarchium.

tiũ lítẽ ęstímandã esse cõtendít. Ingẽtía autẽ cõmoda Romanorũ magístra tuũ etiã vrbana fuísse, ex hoc cõíicere lícet, ꝙ moris fuit, vt fínito magístratu ludos ederent magníficos, & venatíones, ac munera darent. í. gladiatorum multa paría ad vulgí oculos oblectãdos depugnatura: quã velutí mercedem populus & preciũ accípiebat collatorũ suffragío suo magístratuũ, quem morẽ cõmemorãs Cícero in. íí. Officíorũ íta ínquit, Q̃ꝙ intellígo in nostra cíuítate ínueteraſſe ıam bonís tẽporíbus vt ſplẽdor Aedílítatũ ab optímís vírís postulet. Itaq; & Publíus Crassus cum cognomíne díues tũ copíís, functus est ędílítío maxímo munere. Et paulũ ínfra, Hũc est Scaur⁹ ímítatus. magníficẽtíssíma vero nostrí Pompeíí munera secũdo Cõsulatu, ín quíbus omníbus quíd mihí placeat vídes: vitãda tamẽ est suspícío auarítię. nam Mamerco homíní dítíssímo prætermíssío Aedílítatís Consulatus repulsam attulít. Quare etsí postulatur a populo, bonís vírís sí nõ desiderã tíbus, attamẽ approbãtíbus, faciendũ est: modo pro facultatíb⁹, vt nos ípsí fecímus. Etsí alíquãdo res alíqua maior atq; vtílíor populari largítíone ac quíritur, vt Horestí nuper prãdía ín semítís nomíne decímę magno decorí fuerunt. Ne M. quidẽ Seío íd vítío datũ est, ꝙ ín carítate annonæ asse modíum populo dedít. Magna enim se & ínueterata ínuídía nec turpí iactura (quãdo erat Aedílís) nec maxíma líberauít. Plí. líb. víií. de hoc loquẽs, Leonum símul pluríũ pugnã Romę prínceps dedít Q. Scęuola, P. filius ín curulí Aedílítate, centũ autẽ ıubatorũ prímus omníũ L. Sylla quí postea Dí ctator fuít, ín Prætura. Post eum Põpeíus magnus ín círco. DC. ac ín íís ıubatorũ. CCCXV. Cęsar Dictator quadríngẽtos. Q̃ꝙ í antíquís líbrís verbum. DC. nó legítur, ex quorũ obseruatíone locus ílle mẽdosus esse vídet. Idem de varíís íd est pãtheris loquẽs, Senatusco̅sultũ fuit vetus ne líceret Aphrícanas ín Italiã aduehere. cõtra hoc tulit ad populũ Cn. Aufídí⁹ Tríbunus pl. permísítq; Circẽsíum gratía ímportare. prímus autẽ Scaurus Aedílítate sua varías. CL. vníuersas mísít: deínde Põpeíus Magnus quadríngẽtas decẽ: díuus Augustus quadríngẽtas vígíntí. Ibidẽ emendandũ vnum verbũ censeo q̃ꝙ refragãte antíquorũ exemplarííũ fide: Ferũ (ínquít Plí.) colore earũ míre sollícítarí quadrupedes cunctas, sed capítís toruítate terrerí, quamobrẽ occultato eo relíqua dulcedíne ínuítatas corrípíũt. Hoc Plínií dictum cum ex Arístotele trãslatítíũ esse líqueat, nímírum ex eo emendarí debet. Is enim líb. nono de hístoría anímalíum, λέγουσι δὲ καὶ καταγινώσκειν αὐτῶν πρὸς ἀλλήλους ὅτι τῇ ὀσμῇ ἁυτῶς χαίρουσι τὰ θηρία, ἀποκρύπτεσαν ἑαυτὸν θηρεύειν, προσιέναι γὰρ ἐγγὺς καὶ λαμβάνειν. ὅπου καὶ τὰς ἐλάφους. Aíunt autem (ínquít) pantherã íntellígentem ꝙ odore suí anímãtes gaudeant, occultare sese & íta eas captare: quíppe accedẽtes propíus rapere, ín quíbus & ceruam. Odore ígítur non colore apud Plíníũ legẽdum: quod ne a quoq̃ refellí possít, vel Plínío ípso íudíce vincã, quí líb. xxí. de odoramẽtís loquens, Anímalíũ (ínqt) nullũ odoratum, nísí de pantheris quícq̃ dictum est, sí credímus. Idẽ Plí. Annalíbus notatum est M. Písone, M. Messala Consulíbus, Domítíum Aenobarbũ Aedílem curulẽ vrsos Numídícos centum, & totídem venatores Aethíopas ín círco dedísse. Idem líbro. xxxíiií. In M. Scaurí Aedílítate tría míllía sígnorũ ín scena tantũ fuere tẽporarío theatro. Et rursus líb. xxxvi. CCCLX. co-

De munerí bus ædílítíis & venatíoní bus.

Plínií locus.

lumnas M. Scauri ædilitate ad ſcenam temporarii theatri, & vix vno menſe futuri in vſu, viderũt portari ſilẽtio legũ. Et rurſus alibi, Scaur⁹ fecit in ædilitate ſua opus maximũ omniũ quę vnq̃ fuere humana manu facta, non tẽporaria mora, verum etiam ęternitatis deſtinatione. Quibus verbis ſignificat Scaurum in ædilitate ſua ad populi oblectationẽ ſcenam temporariã & ſtatim ludis factis diruendam, feciſſe: ſed quæ vinceret magnificẽtia clariſſimum opus omnium quę vnq̃ facta ſunt, etiam eo animo vt perpetua eſſent. Victruuius in præfatione decimi libri ludorum & munerum huiuſcemodi meminit qui priuato ſumptu fiebãt: qui etiã eorum ſumma induſtria & machinatione apparandorũ, Prętoribus Aedilibusq; neceſſitatem iniungit, Quanti autem ſtetiſſe Marco Seio liberalitatẽ putamus qui in carita te annonæ modium frumenti aſſe populo venditauit? quod Cicero dixit in loco ſupradicto, aſſes deni in denario fuerunt, & ſeſtertii quaterni. Hic ęſtimatione a nobis inſtituta, tribus duodenariis & ſemiſſe valuiſſe deprehenditur, cum libra decẽ aureis æſtimetur, qua ratione ſeſtertius nummus decem denariolis & ſemiſſe, id eſt obolo noſtro valet. ſic aſſes ſinguli quaternis denariolis ęſtimabuntur. Quanti autem frumentum eſſet Romæ ex Cicerone coniicere poſſumus, qui in Frumentaria actione ita inquit, Frumentum emere in Sicilia debuit Verres ex Senatuſconſulto, & ex lege Terentia & Caſſia frumẽtaria. Emundi duo genera fuerunt, vnum cęterarũ decumarum, alterum quod pręterea ciuitatibus æqualiter eſſet diſtributum. illius decumani tantũ, quantum ex primis decumis fuiſſet: tritici modium .dccc. millia. precium autem conſtitutũ decumano in modios ſingulos ſeſtertiis, ternis: imperato ſeſtertiis quaternis. Ita in frumentum imperatum, ſeſtertium duodetricies in annos ſingulos Verri decernebatur quod aratoribus ſolueret: in alteras decumas ferme ad nonagies. Sic per trienniũ ad hanc frumenti emptionẽ Sicilienſem prope centies & tricies erogatum eſt. hanc pecuniã tantam tibi ex ærario inopi atq; exhauſto, datã ad frumẽtum, datam vt Siculis aratoribus, quibus tanta onera Reſp. imponeret, ſolueretur: abs te laceratã ſic eſſe dico, vt poſſim illud probare ſi velim, omnẽ te hanc pecuniã domũ tuam auertiſſe. Hunc locum Ciceronis qui longe alter in exemplaribus legitur, ſic emendandũ eſſe cenſui, quoad emendatiora reperiãtur exemplaria, & eius hunc ſenſum eſſe vt intelligamus triplicem frumentationẽ Sicilienſem fuiſſe. Primam vectigalẽ quæ Decumana erat. alteram itidẽ Decumanã non etiã gratuitã: ſed vt aratores Siculi alteram decumam darent: ternis ſeſtertiis in modios taxatã: has duas certas ſtatiq; numeri frumẽti fuiſſe, id eſt octingenũ milliũ modiũ in ſingulas. tertiã nõ decumanã ſed incertã & pro neceſſitate Reip. indici ſolitã ęqualiter ciuitatibus. propterea igitur decumani nomine Cicero quotãnis duodetricies ſeſtertiũ imputauit Verri, quippe cũ frumẽti modius trinis ſeſtertiis ęſtimatus eſſet ſi ter octingẽta millia numeres fiẽt vicies quater cẽtena millia nũmũ quotãnis. quare potius. dcccc. millia legendũ videt, vt fiãt ſepties & vicies cẽtena milla nũmũ: q̃ ſi ter rurſus numeres, fiãt ſemel & octogies cẽtena millia nũmũ in triẽnio, vt ſit qđ Cicero dixit ferme ad nonagies, oĩa augẽs oratorie, malim tamẽ locũ mẽdoſum relinquere, q̃ hanc ſententiam aſ-

Aeſtimatio denarii & ſeſtertii.

ſerere: præſertim cũ duodetricies, nõ quadret in annos ſingulos. Nõ nihil tñ adminiculat hic locus ad id quod de ſeſtertiis diximus, quũ cẽties & tricies ſeſtertiũ pro tãta pecunia dixerit. Verũ cũ publica & ęterna fruméti ęſtimatio quaternũ eſſet ſeſtertiũ in Sicilia frumẽti feraciſſima, quãti putamus fuiſſe Romę in caritate annonę? Et quãtũ lucrũ cõtempſiſſe eũ qui aſſibus vẽdiderit ſi domi repoſitũ habuit: aut iacturã feciſſe ſi in Sicíliã aut Carthaginẽ petiit? Nã vt in capita ciuũ ſingulis modiis defunctus ſit: qđ credibile nõ eſt vt poſtea intelliget, nõ minus q̃ trecẽta milia hoim plębeio rũ fuerũt. Legimus apud Euſebiũ quo tẽpore Cicero Quintiũ reũ patrocínio ſuo defendit: cẽſu Romę acto inuẽta eſſe hoim millia quadringẽta ſexagintatria. vt ergo trecẽta millia hoim fuerint tantũ, & Seí⁹ tot modiis defunctus ſit: nec pluris Romę frumentũ in annonę inopia q̃ apud Siculos in ſolita vbertate fuerit: Seius in populũ mille ac ducẽta millia nũmũ, id eſt duodecies ſeſtertiũ dilargitus eſt niſi q̃ in ſingulos modios aſſem ſeruauit. Quod ſi ad veriſimile exigere hoc velis: minimũ hęc ſũma duplicabit. Itaq; merito Lactãtius lib. vi. ita ſcribit, Quid eñ dicendũ eſt de iis q̃ populari leuitate ducti, vel magnis vrbibus ſuffecturas opes exhibẽdis muneríb⁹ impẽdunt: niſi eos demẽtes ac furioſos q̃ pręſtẽt id populo quod & ipſi pdant: & nemo eorũ qbus pręſtat accipiat. Et rurſus alibi, Quid prodeſt pditę nequitiæ beſtiarios facere locupletes & inſtruere ad flagitia? Plí. lib. xxxiii. Nõ erat apud antiquos numerus vltra centũ millia: itaq; hic & hodie multiplicat, vt decies cẽtena millia aut ſępius dicãtur: fœn⁹ hoc fecit nũmusq; percuſſus, & ſic quoq; ęs alienũ etiã num appellat: poſtea diuites cognomí nati: dũmodo notũ ſit eum quí primus acceperit hoc nomẽ, deçoxiſſe credí toríb⁹ ſuis. Ex eadẽ gente M. Craſſus negabat diuitẽ eſſe níli q̃ redditu annuo legionẽ tueri poſſet. In agris ſuis ſeſtertiũ vigintí millia poſſedit: Quíritiũ poſt Syllã ditiſſimus. nec fuit ſatis niſi totũ Parthorũ eſuriſſet aurũ, atq; vt nomẽ quidẽ optimũ occupauerit (iuuat eñ inſectari inexplebilẽ iſtã habẽdi cupiditatẽ) multos poſtea cognouimus ſeruitute líberatos opulentiores, pariterq; tres Claudíi príncipatu, Pallantẽ, Callíſtũ & Narciſſum. Atq; vt hi omittãtur tanq̃ adhuc rerũ potiãtur, C. Aſinío Gallo, C. Martío Cyríno Coſs. ad vi. Calend. Februarias, Cæcílius Claudius Iſodorus teſtamẽto ſuo dixit, q̃uis multa ciuílí bello perdidiſſet: tamẽ relinquere ſeruo rũ quatuor millia cẽtũ ſedecim, iuga boũ tria millia ſexcẽta, reliqui pecoris. CCL. ſeptẽ millia, in numerato põdo ſexcẽta millia, quí funerarí ſe iuſſit ſeſtertiis vndecim millib⁹. Hæc verba Plínii non modo ſic in impreſſis exẽplaribus, ſed etiã in antiquis quibuſdã legũtur: quę ſi vere legunt, nugatoría ſunt quę diximus, tametſi teſtatiſſima. In antiquiſſimo exẽplarí legímus in agris ſeſtertiũ. M. M. poſſedit: ita vt duę. M. M. ſimílitudinẽ habẽrẽt literę poſtremæ in Gręcorũ alphabeto, ſed inuerſę: cuiuſmodí & alibí in antiqs libris legimus. Lego igit in agris ſeſtertiũ bis millies poſſedit, hoc eſt ęre noſtro quinquagies cẽtena millia aureorũ coronatorũ. Huius ſi viceſimã partẽ pro reddítu annuo ſtatuamus (ſiue in agris eũ reddítũ, ſiue in mãcipiis artificibus, ſiue in fœnore fuiſſe intelligimus) fiẽt ducẽta quinquaginta millia: quę ſi ita díſpenſemus, vt gregarius miles quaternos in

M. Craſſi diuitiæ.

Claudius Iſodorus.

Diuitiæ Craſſi.

mẽſem aureos accipiat: duodeq̃nquagenos in annũ, decẽ cohortiũ q̃ngenariarũ legio alí potuit. Reſtabũt decẽ míllia, quorũ quinq; míllia in q̃nquaginta Cẽturiones ſtatuim⁹ pro duplicãdo ſtipẽdio: & quinq; altera pro iis quí a Grẽcis ἔκτακτοι, íd eſt ſupordinatí dícunt, vt cornícines, ſigníferí, caduceatores, & fabrí q machínas faciũt. Hũc Craſſum Cícero cõpellãs í vltímo Paradoxo, íta ſcríbit, Multí eñ audierũt ex te cũ díceres, Neminẽ eſſe díuitẽ, níſi q exercítũ alere poſſet ſuís fructíbus: quod populo Ro. ex tãtis vectígalíbus íãprídẽ vix poteſt cõtingere: ergo hoc propoſito nunq̃ eris dí ues, anteq̃ tíbí ex tuís poſſeſſioníb⁹ tantũ reficiat, vt ex eo tueri ſex legiones, & magna equitũ ac peditũ auxília poſſís. Iã fateris igít te nõ eſſe díuitẽ. Quod aũt ſequít in eodẽ Paradoxo, corruptũ eſſe cẽſeo, Capít ílle ex ſuís prędíís ſexcena ſeſtertía, ego cẽtena ex meís. Q; ſi apud Plí. víginti míllía ſeſtertiũ legamus, ſignificabũtur q̃ngenti aurei: ſi vícies ſeſtertiũ, quinquaginta míllía: ſi vícies míllies, immẽſa ſumma. Errore igít líbrarioru lubrico quidẽ ípſo in notís numerorũ vel ſummarũ, vt poſtea vídebím⁹, factũ eſt vt pro ſeſtertiũ bís míllies, ſeſtertiũ vígintí míl. legeret, aſtípulãte. ſ. totą tatũ ígnorãtía: pręſertím quod ad hęc verba ptínet. Cũ hoc dícto pugnare vídet id quod Seneca líb. de Vita beata hís verbís ínqt, M. Cato cũ laudaret Curíũ & Corũcanũ & ſæculũ íllud ín quo crímẽ erat paucę argẽti ar míllę, poſſídebat ípſe quadragíes ſeſtertiũ: mínus ſine dubío q̃ Craſſus, pl⁹ q̃ Cẽſorius Cato. maíore ſpatío pro auũ vícerat, q̃ a Craſſo vínceret. Sí ígítur quadragíes híc recte legít, oportet M. Portíũ mín⁹ octogínta ſeſtertíís, hoc eſt duob⁹ míllíb⁹ aureũ noſtrox ín cẽſu habuíſſe: quũ q̃nquagníta partíbus Craſſus maíorẽ cenſum quadragíes ſeſtertío habuíſſe legat, & tamẽ pluríbus partíb⁹ quadragíes ſeſtertiũ maíus fuíſſe cenſu Porciano dícat a Seneca. Verũ hoc eſſe falſum facíle ex Plutac. íntellígímus, qui quæſtu & parſímonía patrímoníũ auxíſſe Catonẽ ſenioré teſtat. Ideoq; íunioré Catonẽ hæredítatíb⁹ locupletatũ eſſe narrat. Hoc ídeo díxím⁹ ne q̃d prętermíſſe cõſulto aut oſcítãter víderemur. Sed & ín ſequẽtibus nõ níhíl de Craſſí díuítíís díceť. Quod autẽ ſeqtur de Cęcílío, In numerato põdo ſexcẽta míllía, ín antíqſſímo líb. ſeſtertiũ. dc. legít. Obſeruauí autẽ ĩ antíquís. H. &. S. cũ apíce ſignificare ſeſtertíum: apícem autẽ porrectũ ſup quęcunq; numerum míllía ſignificare: vt. ꝺc. cũ apíce ſexcẽta míllía. Sexcenta autẽ míllía põdo argẽtí ęſtímant a nobis ſexagíes cẽtena míllía aureorũ. Quę cũ immẽſa ſit pecunía & maíor cẽſu Craſſí, quí Quírítiũ poſt Syllã dítíſſímus ab eodem Plí. fuíſſe dícít: legendũ puto ſeſtertíũ ſexcẽtíes, quod ſignificat quíndecies cẽtena míllía coronatorũ. Nõ enim memíní me legíſſe vt Latíní pondo aut líbras de numerata pecunía dícerẽt, etíã ſi mínis Grẽcí ín hac ſignificatione vtũtur. Nã quod Líuíus argẽti põdo bína & ſelíbras in mílitẽ prębęret, díxít, ad argẽtũ ínfectũ retulíſſe míhí vídet: quo etíã loquẽdí modo nũc vtímur cũ argẽtí marcã vel aurí dícímus, tantã pecuníã ſignificãtes quãtí edícto príncípís ęſtímãtur. Nec tamẽ me latet quod Plí. ín mẽtione citrínarũ díxít, quí locus ín ordínẽ tandẽ íncurret & explicabít a nobís. Illud quod ſequít, Quí funerarí ſe íuſſít ſeſtertíís. xí. lego ſeſtertíũ vndecíes. Ne aũt ſí de careat quod de Craſſo díxímus, citetur locus Plínii líb. xviíí. Apud quẽ

de positione villę & modo agri colẽdi loquentẽ:sic in oĩbus libris impressis legit᷑,Modũ agri in primis seruandũ antiqui putauere.qppe ita censebant, satius esse minus serere & melius arare.Qua in sententia & Virgiliũ fuisse video,verũq; cõfitentibus latifundia prodidere Italiã. Iam vero & prouincias sex & semissem domini Africę possidebãt cũ interfecit eos Nero princeps.Nõ fraudabo magnitudine hac quoq; sua Cn.Põpeiũ, qui nunq̃ agrũ mercatus est cõterminũ.Miror qd his verbis significari Plinii emẽdatores intellexerint.Ego ita restituendũ locũ affirmo,Verũq; cõfitentib⁹ latifundia perdidere Italiã:iã vero & prouincias:deinde post distinctionẽ inferendũ.Sex domini semissem Africę possidebãt,cũ iterfecit eos Nero princeps. Nõ fraudãdo magnitudine hac quoq; sua Cn.Põpeio & relíqua.Iã vero pro iam etiã quinetiã locutio est Pliniana:vt,illa vero,pro immo etiã,vel qnim mo illa,lib.xvi.ca.xxxiiii.& lib.xiiii.ca.xxii,illi vero & veniẽtẽ,pro immo etiã.Sic apud Ciceronẽ aut vero pro aut etiã,& nec vero pro nec etiã,apud Grecos,ἢ δὲ καὶ & οὐδὲ καὶ sic dicit᷑:hoc est iã vero & neq; vero.Sẽsus est igitur latifundia pdidisse nõ modo Italiã sed etiã prouincias,hoc est steriles reddidisse,cũ solũ frugiferũ male cultũ maligne quoq; fruges redderet,& Africę prope dimidiũ ab hoĩbus sex opulẽtis obtinebat᷑,quo noĩe a Nerone principe rapacissimo cõfiscati:insuper etiã capite pœnas luerũt.Hoc aũt tũ cõtigisse existimo cũ Nero spe destitutus,quã de gaza antiqua Didonis conceperat,in Africa eruẽda,ad rapinas improbissimas & delationes excitandas animũ cõsceleratũ intẽdit,vt auctor est Trãquillus.Vt autẽ sciamus q̃ sint numeri apud Pli.mẽdosi: age conferamus Pliniũ cũ reliqs auctoribus, atq; etiã ipsum secũ.Iãprimũ lib.supradicto vbi de ęrario populi Ro. vt copioso loquit᷑ & opulẽto,Auri(inqt)in ęrario populi Ro. fuere Sex. Iulio Lucio Aurelio Coss.septẽ annis ante bellũ Punicũ tertiũ, põdo.dcc.xxvi. argẽti nonagita duo millia & extra numerũ.ccc.&.lxxv. Si priuat⁹ homo Cęcilius Isodorus sexcẽta millia põdo argenti habuit:quonãmodo ærariũ locuples existimabit᷑,quod centũ millia nõ habuit? Idẽ paulo post, Intulit & Aemili⁹ Paulus Perseo Rege Macedonico deuicto prędã põdo triũ millĩũ:a quo tẽpore populus Ro.tributũ pẽdere desiit.Plutarc.de triũpho Pauli loquẽs,Post armorũ currus tria virorũ millia sequebant᷑,qui numismata ferebãt argẽtea vasis trecẽtis quinquaginta:vas erat quodlibet triũ talentorũ,quatuor viri singula vasa portabãt: alii crateras argẽteas & phialas calicesq; ornatissimos & ingẽtes certo ordine deferebãt. Et paulo infer⁹, Postea sequebant᷑ qui aurea numismata gerebãt in vasis triũ talẽtorũ,vt supra de argẽteis dictũ est:numerus vasorũ fuit tria & octoginta.His verbis Plutar.auctor est mille & qnquaginta talẽta,argẽti,& ducẽta vndeqnquaginta auri in ærariũ illata esse pręter vasa aurea argenteaq;.Pli.tria millia põdo nõ addito auri argẽtive.At ego dico vicies maiorẽ numerũ apud Plutarchũ esse q̃ apud Pli.id quod ex dicẽdis apparebit. Alioqui quonã pacto populus Ro.tributa pẽdere propter ęrarii opulentiã desiisset? Sequit᷑ rursus eodẽ Plinii loco,Sexto Iulio,L.Martio Coss.hoc est belli socialis initio,octingẽta quadraginta sex auri põdo fuere in ęrario.Cęsar primo itroitu vrbis in ciuili bello suo ex ęrario protulit laterũ aureorũ.xxvi.millia &

Plinii locus restitutus.

Iam vero. Illa vero.

Mendosi numeri apud Plinium.

numero põdo trecẽta:nec fuit aliis tẽporibus Resp.locupletior.Hactenus ille.Quomodo memorabile Plinius existimauit in ærario Ro. octingenta tũc auri põdo fuisse:cũ Cęsar postea sex & viginti aureorũ laterũ millia ex ærario abstulerit:de quo loquẽs Orosius lib.vi.ita inquit,Cęsar Romã venit,negatãq; sibi ex ęrario pecuniã fractis foribus inuasit,protulitq; ex eo auri põdera.iiii.M.CXXXV.argẽti pondera prope.DCCCC.Orosii numerus multo minor est Pliniano,vt vtrobiq; corruptũ esse appareat.Ego in antiqssimo exẽplari,ita primũ illũ locũ legi,Auri in ęrario populi Ro.fuere Sex.Iulio,L.Aurelio Coss.septẽ annis ante Punicũ bellũ tertiũ pondo. XVI.DCCCX.argenti.XXII.LXX.& in numerato.LXII.LXXXV. CCCC.Sexto Iulio Martio Coss.hoc est belli socialis initio,auri.XVI. XX.DCCC.XXIX.C.Cęsar primo introitu vrbis ciuili bello suo ex ærario protulit laterũ aureorũ.XV.argẽteorũ.XXXV.& in numero sestertiũ CCCC.nec fuit aliis tẽporibꝰ Resp.locupletior.Intulit & Aemilius Paulꝰ Perseo Rege victo e Macedonica prẽda sestertiũ.ii.iii.a quo tẽpore pop. Ro.tributũ pẽdere desiit.Hęc verba inserẽda huic operi duxi,vt legẽtibꝰ iudiciũ integrũ seruaret.si qd tamẽ cõminiscí licet,hunc locũ sic restituere possumus ex vetusti exẽplaris & aliorũ obseruatione,Auri in ęrario populi Ro.fuere septẽ annis ante bellũ Punicũ tertiũ,põdo septingẽta millia viginti sex,argẽti nonagita duo millia,& i numerato trecẽties & septuagies quinqes.Itẽ Sexto Iulio.L.Martio Coss.hoc est belli socialis iitio,auri põdo octingẽta millia.xlvi.Et inferius,Intulit & Aemyliꝰ Paulus Perseo Rege victo e Macedonica prẽda sestertiũ ter millies.In Cæsaris aũt mẽtione locus mutilatus sic restituẽdus,Protulit laterũ aureorũ qndecim,argẽteorũ.xxxv.mil.& in numerato sestertiũ quadringẽties.In harũ summarũ æstimatione ineũda in singula põdo cẽtenos aureos solatos statuẽdos esse arbitror,qa in tãta copia auri necesse est partẽ fuisse mediocris notę,vtpote qđ esset cõflatũ e vasis & supellectili.sic fit vt singula cẽtena millia cẽties centena millia aureorũ valuerint.ita septingẽta millia,septingẽties cẽtena millia valuerũt.Argẽti autẽ nonaginta duo millia denario multiplicata,nõgẽties viginti millibꝰ coronatorũ ęstimant,& trecẽties & septuagies quinqes sestertiũ nõgẽtis quadragita circiter millibꝰ.Sed vix verisimile est septies plus auri q̃ argẽti fuisse.Qz si vetustũ exẽplar verũ esse aliqs existimauerit, sic legẽdũ erit fortasse,Põdo sedecies septingẽta,argẽti nonagies bis octoginta quinq; millia(q̃q̃ in vetusto,vicies bis.lxx.cccc.legat)& in numerato sexagies bis octuaginta quinq;.Hęc summa immẽsa est oino,quippe sedecies cẽtena millia & septingẽta põdo intelligo,quę cẽties multiplicata millies & sexcẽties cẽtena millia aureorũ valẽt:argẽti aũt summa nonagies bis,decies multiplicata,noningenties vicies cẽtena,prẽter numeratã pecuniã.Quę vtrũ ad sestertia,an ad aureos referẽda sit,mihi nõ liquet:quare nihil statuo.si tamẽ vetusti numeros seq placeat,nõ video quomõ.xxii.lxx. cccc.aliter legere possumus q̃ vicies bis septuaginta millia quadringẽta:q̃ sũma argẽti ad nũmũ relata ducẽties vicies septies cẽtena,& quatuor millia coronatorũ efficit.Idẽq; cẽseo de eo qđ sequit,Belli socialis initio auri põdo,XVI.XX.DCCC,XXIX.qđ si nõ mẽdose legit,vtiq; sic interpre-

Cõpię ęrarii Romani.

tãdũ eſt. Sedecies vigintí míllía octíngẽta vndetrígínta, hoc eſt ſedecies cẽ tena vigintí míllía. Cẽtena enim antiquí ſubintellígẽda relínquere ſolebãt: eo modo quo ín hís verbís quadríngẽtíes ſeſtertíũ pro quadríngẽtíes cẽte na míllía ſeſtertíũ vt docuímus, & debere ducẽtíes. hoc more ſępe locutum Plí. docebímus líb. íííí. cũ locus occurrerít. Cíc. ín Prętura vrbana, Accepí (ínquít Verres) vícies ducẽta trígíntaquínq; míllía quadríngẽtos quínde cím nũmos: hoc perínde eſt ac ſí díxíſſet Cícero, vícies bís cẽtena. xxxv mil lía, vt manífeſte ex ſequẽtíbus patet, & ex Aſconío Pędíano. Vt autẽ lega mus. xví. míllía põdo, vt ín eo vetuſto legítur, rídículũ eſt: cũ apud Suetoní um legamus Auguſtũ vna donatíone ín cellã Capítolíní Iouís ſedecí míl lía põdo aurí, & quíngẽtíes ſeſtertíũ cõtulíſſe. Quare lectíonís fides ſit pe nes vetuſta exẽplaría, ſí vſq; eſſe poteſt hodíe: verborũ autẽ ínterpretatío ſít penes antíquítatís ſtudíoſos. Admírarí nũc Plíníũ ſubít, ſępeq; ín hoc ope re ſubíbít, quí res tot memorabíles omnís ęuí memoríç prodere cõcupíuít: ſí per tot ſęculorũ carıẽ, íncurıã, ígnorãtıã, & cõpẽdíarıę ſcríptíonís díſcrí mína pertínax exemplarıũ fídes ad nos euadere potuíſſet. Vt ſíquãdo mul tís adnítẽtíbus, & ínuẽtís vetuſtíorıbus líbrís reſtítuí potuerít, vnũ eũ au ctorẽ ſtudíoſí harũ líterarũ habeãt, cuí totíus prope vetuſtatís cognítíonẽ explícatã acceptã referre poſſínt: vtíq; quod ad eas res pertínet, quís ínter ſcríbendã rerũ geſtarũ hıſtorıã locus eſſe non ſolet. Cuíus reí reputatío ma gnum míhí negocíũ ín hac cõmentatíone exhíbuít: cũ res partím cõclama tas, partím etıã elatas, tot doctorũ homínũ prędíudícío ſemíanímes a rogo referrí poſſe atq; etıã a tumulo nõ díffídere. Ne quíd aũt cõmíníſcí vídear: penes me futura antíqua exẽplaría profíteor vt nullí nõ adíre líceat quem quídem ínítíatũ hís ſacrís eſſe ſenſero. Credíbíles fortaſſe has ſummas atq; etıã oĩno credíbíles facít locus Suetonıí ín Veſpaſíano hís verbís, Sunt cõ tra quí opínẽtur ad manubías & rapínas neceſſítate cõpulſum ſumma ęra rıí fíſcíq; ínopía, de qua teſtíficatus ſít ínítío ſtatím príncípatus, profeſſus quadríngẽtíes míllíes opus eſſe vt Reſp. ſtare poſſet. Sí eĩ Veſpaſían⁹ ſpe rauít ſe quadríngẽtíes míllíes ſeſtertíũ cogere poſſe, ad ínſtaurandã dígní tatẽ Imperíí Ro. quę a Nerone & ſucceſſorıb⁹ per luxus ínuſítatos exhau ſto ęrarío, cõcíderat: & ſí tãtũ aurí argẽtíq; eſſe ſub ímperío Ro. potuít, ſí míllímũ verí eſſe poteſt eo tẽpore quo ímperíũ Ro. ín Senatus auctorítate & populí poteſtate ſítũ erat, potuíſſe ex Oríẽtís Afrícęq; ſpolíís & vectíga líũ reſíduís, quartã eíus ſummę partẽ ín ęrarío coactã eſſe. Maxíma enim ſuperíorũ ſumma nõ excedít cẽtíes míllíes ſeſtertíum, íd eſt bís míllíes & quíngẽtíes cẽtena míllía aureorũ noſtrorũ. Hęc adnotauíſſe non ab re fuít vt arbítror, & ſí níhíl habuí quod hoc loco ſtatuerẽ: exíſtet eĩ fortaſſe alí quís quí vetuſtís exẽplarıbus dílígẽter euolutís, vel verıſímílíora ínueníet vel cõmentatíonı noſtrę faſtígíũ ímponet: admonítíone hac noſtra extímu latus. Magnã autẽ eſſe ſummã pecunıę quã Cæſar ex ęrarío protulít ex cal culo ıntellígere lícet. Sí enim. xv. míllía laterũ aureorũ fuerũt, nõn dubíto centũ & quínquagínta míllía põdo aurí fuíſſe, cũ quílíbet laterculus decẽ põdo mínímũ fuerít: qua ratíone fíũt aureorũ ſolatorũ cẽtíes quínquagíes centena míllía. Sí autẽ huíc ſummę argẽtí ęſtímatío addatur, cum eo quod

Plí. hiſtoría.

in numerato fuit, immẽſa fiet ſumma: quod vero in vulgatis exemplaribus & quibuſdã antiquis legitur, & numero pondo trecenta, omnino corruptũ eſt: numeratã enim pecuniã nõ libris ſed ſeſtertiis ſignificabãt antiqui. Ap

Sanctius ærarium a Cæſare expilatum

pianus in ſecundo bellorũ Ciuilium, Theſauros (inquit) a nemine cõtactos vſq; in illum diem militibus rapere conceſſit, quos olim execratione propoſita conditos fuiſſe memorãt, vt niſi in tumultu belli Celtici non promerẽtur. Ex quibus verbis intelligimus Cęſarẽ vſq; ad fęcem ærariũ exhauſiſſe. q̃q̃. Pli. dicat tunc ærariũ locupletiſſimũ fuiſſe, ſed intelligimus prælibatũ a Põpeio & Senatu. Trãquillus & Plutar. de hoc ſiluerũt, vt & ipſe Cæſar in Cõmẽtariis ſuis. Lucanus in. iii. Pharſalię de hoc loquẽs ita inquit, Tũc cõditus imo Eruitur tẽplo multis intactus ab annis Romani cenſus popu li, quẽ Punica bella, Quẽ dederat Perſes, quẽ victi pręda Philippi. Quicqd Parcorũ mores ſeruaſtis auorũ: Quod dites Aſię populi miſere tributum, Victoriq; dedit Minoia Creta Metello: Quod Cato longinqua vexit ſuper æquora Cypro. Tunc Orientis opes, captorumq; vltima Regum, Quæ Põpeianis prędata eſt gaza triũphis Egeritur: triſti ſpoliantur templa rapina: Pauperiorq; fuit tunc primũ Cęſare Roma. Quibus verbis magna vis auri argẽtiq; ſignificatur. Sic autẽ hic Pliniũ locutũ eſſe credo coniecturã ex aliis auctoribus faciẽs, & ex aliis ipſius locis: argumẽto erunt etiam ea quæ poſtea dicẽtur a nobis ſi quis diligẽter animaduertat. Hanc autẽ depraua

Numerorum deprauatorũ ratio.

tionẽ exemplariũ induxit antiquorũ librariorũ inſtitutum, qui numeros & ſummas ſua quamq; notula ſcribebãt: aliter enim ſeſtertios nummos, aliter ſeſtertia, aliter ſeſtertiũ gignendi caſu notabant, aliter libram & talentum, aliter & denariũ, & mille & millies non eodẽ modo. Quare per tot ſęcula veri rerum numeri aliis atq; aliis ſubinde traducib⁹ exemplariũ inſerti, ad noſtrã auorumq; memoriã peruenire nõ potuerũt, preſertim accedẽte libra riorum culpa. Qui pleraq; oculis ſolis pauca etiam mente tranſigũt. Age

Inſigne præcium triclinarium Babylonicorum.

quis illud libri octaui tueri poſſit? Metellus Scipioni triclinaria Babylonica octingẽtis millibus vęniſſe iam tunc poſuit in capitalibus crimínib⁹, quę Neroni principi quadringẽtis millibus ſeſtertiũ nuper ſtetere. Si ſtragula Babylonica octingentis millibus ab homine priuato cõparata ſunt, quonãmodo memorabile eſt Neroni principi, pfuſiſſimo quadringẽtis millibus ſtetiſſe? In antiquis duobus exẽplaribus quadringẽties ſeſtertiũ legimus: in vno antiquiſſimo quadringẽtis, ſed ita vt cõſpicue deletilẽ membranę locũ cerneres, & quadringẽties principio fuiſſe intelligeres. Eſt alioquin locus non vno aut altero verbo corruptus. in antiquorum enim nullo capitalibus criminibus legitur, ſed vel in Catonis, vel in Capitonis: nec poſuit ſed ponit, nec Scipioni ſed Scipio in recto. locus igit̃ ſic reſtituẽdus, Metellus Scipio triclinaria Babylonica ſeſtertiũ octingẽtis millib⁹ vęniſſe iã tunc, ponit in Capitonis criminib⁹, quę Neroni principi quadringenties ſeſtertiũ nuper ſtetere. hoc ſenſu vt Metellus Scipio Capitonẽ accuſauerit, & ei obiecerit ꝙ triclinares tapetas qbus triclinia vel ſternebant̃, vel obtendebant̃, viginti millibus aureorũ noſtrorũ parare auſus eſſet, quæ tamen poſtea Nero decies cẽtenis millibus parauiſſet ad ornatum aureę domus. Capitonis Coſſutiani meminit Tacitus lib. xvi. Crimina (inqt) obli-

Capitõ.

terari nō ſinebat Capito Coſſutianus, pręter animā ad flagitia pręcipitem inimicus Thraſeę, ꝙ auctoritate eius cōcidiſſet, iuuātis Cilicū legatos dū Capitonē repetundarū interrogant, cuius accuſationis meminit etiam Iuuenalis Satyra octaua, Capitonem Cilicum piratam vocans: ſed de hoc Capitone intelligi dictū Plinianum nō poteſt, quia & is Thraſeā Petum reum peregit ſub Nerone, quo nomine quinquagies ſeſtertiū pręmii loco tulit. Accuſatorib⁹ (inquit Tacitus) Eprio & Coſſutiano quinquagies ſeſtertiū ſingulis, Oſtorio duodecies & quęſtoria inſignia tribuuntur. Quo ex loco intelligere poſſumus, q̄ ille ſceleratiſſimus princeps etiā perditus luxu & prodigentia fuerit, qui duobus calumniatoribus ad accuſandū virum egregium ſubornatis ducenta quinquaginta millia coronatorum dederit, id eſt centies ſeſtertiū. Semel in vniuerſum teſtatus ſum me ita in hoc tempore locuturū quaſi iam olim coronati noſtri percuſſi fuerint, vt expeditius trāſigere hoc negocium poſſim. Capitonis Fonteii meminit Oratius in primo ſermonū ęqualis Mecœnatis. Hunc igitur vel patrē eius Metellus hoc nomine accuſaſſe videtur. Capitalē autem luxum Romæ fuiſſe nō cōperimus ne exilio quidem mulctatum, tametſi probroſe obiici ſolitum, vt de L. Craſſo videbimus. Quare Tranquillus de Cęſare adhuc priuato loquēs, Tabulas operis antiqui ſemper animoſiſſime cōparaſſe eum multi prodiderunt. ſeruitia recentiora politioraq; immenſo precio, & cuius etiam ipſum puderet: ſic vt rationibus vetaret inferri. Quo modo igitur capitalibus verbū apud Plinium congruere poteſt? Vtinā autem eo in loco Plinius per omnia emendari poſſet, vt in eo quod ſequitur in eodem capite, Vidimus iam & bidentium vellera purpura cocco cōchylio ſeſquipedalibus libris infecta, velut illa ſic naſci cogente luxuria. Ego vt viuentium non bidentium lego ſic ſenſu expoſcente: ita ſeſquipedales libras non intelligo. Q̄ ſi labris legamus tamen ſeſquipedalibus non congruit. Potius igitur ſeſquipondialibus legendum cenſuerim, eo ſenſu fortaſſe vt librępurpuræ & cōchilii cētenis & quinquagenis drachmis conſtarent. Nam de precio purpuræ loquēs lib. ix. ita inquit, Nepos Cornelius qui diui Auguſti principatu obiit, Me (inquit) iuuene violacea purpura vigebat, cuius libra denariis centū vænibat, nec multo poſt rubra Tarētina. Huic ſucceſſit dibapha Tyria, quæ in libras denariis mille nō poterat emi. Hac Lētulus Spinter Aedilis curulis primus in prętexta vſus improbabatur, qua purpura quis non iam (inquit) triclinaria facit? Spinter Aedilis fuit Cicerone Cōſule. Dibapha tunc dicebatur quę bis tincta eſſet, velut magnifico impēdio: qualiter nūc omnes pene cōmodiores purpurę tinguntur. Quod ſequit corruptū eſt, In cōchyliata veſte cętera eadem ſine buccino, prætereq; ius temperaturæ æquæ pro indiuiſo humani potus excremento dimidia, & medicamina adduntur. Vbi ſic legendum cenſeo, Vis temperatur aqua. Sed ex verbis Plinii purpuræ & conchylii precia magna apparet fuiſſe. Coccus autem quo hodie vtimur in laneis veſtibus nō excedit in libras ſingulas noſtras binos aureos: quod vero in ſerica veſte crameſinum appellant non abſimile eſt cocco: radicibus adhærens cuiuſdam hærbæ in Germania, nec excedit quaternos ducatos in libras, vt negociatores noſtri aiunt. Ex quo apparet multo pre-

Purpuræ precium.

Dibapha.

Cocci precii.

Purpura ignota.

cioſiores,& maioris luxus veſtes antiquorũ fuiſſe. Purpura hodie negocia toribus ignota eſt,etiamſi Damaſci in vſu eſſe quidã affirmãt,ſed precium antiquis preciis nõ reſpõdet. Athenęus lib. xii. Dipnoſophiſton de luxu lo num loquens , Theopompus autẽ (inquit) libro. xv. auctor eſt mille viros Colophoniorum per vrbem errantes videri ſolitos in veſte purpurea, quod Regibus tum rarum erat,& magno ſtudio affectatum. purpura enim argẽ to rependebatur, ὅτῳ καὶ βασιλεῦσι σπάνιον τότ' ἦν ἡ πορφύρα. πρὸς ἀργύριον ἐξεταζομένη. Cicero in Philippica ſecunda, Conchyliatis Cnęi Pompeii periſtromatis ſeruorum in cellis lectos ſtratos videres. Quamob rem deſinite mirari hęc tam celeriter eſſe conſumpta, nõ modo vnius patri monium q̃uis amplum, vt illud fuit: ſed & vrbes & regna tãta nequitia de uorare potuiſſet. Tranquillus in Nerone, Et cum interdixiſſet vſum ame thyſtini ac tyrii coloris: ſummiſiſſetq; , qui nundinarum die pauculas vnci as venderet, pręcluſit cunctos negociatores. Quo in loco perculit lego, id eſt fortunis euertit. De hac Plinius ita inquit libro ſupradicto, Non eſt fa tis abſtuliſſe gemmæ nomen Amethyſtum: rurſum abſolutus inebriatur Tyrio vt ſit ex vtroq; nomen improbum Tyriamethyſtus. Olim etiam pur pura, id eſt ſanguis piſciculi cum cocco quo nunc vtimur, miſcebatur. id

Plinii locus.

quod idem auctor teſtatur his verbis, Quin & terrena miſcere, coccoq; tin ctum Tyrio tingere vt fieret his biſſinum. Vbi priſca exemplaria his ſchy mum habent: quare hyſginum lego, ex eodem Plinio libro. xxxv. in mentio ne purpuriſſi. Et ex Victruuio libro octauo his verbis, Fiunt etiam purpu rei colores infecta creta rubiæ radice & hyſgino. Purpura inſigne Roma

Purpura inſi gne Imperatorum Ro.

norum Imperatorum fuit. Plutarchus in Craſſo, Fertur eo die Craſſum nõ purpureũ (vt Romanorũ Imperatorum mos erat) ſed atrum paludamentũ indutum ad milites proceſſiſſe. Quapropter purpura pro ſummo magiſtra

Purpura pro magiſtratu ſummo.

tu ponitur a Plinio libro decimo, cap. xxi. de Gallis loquente, Vt plane di gnę alii tantum honoris tribuat Romana purpura. Et ideo imperio Ro mano ad monarchiam deducto principes ipſi qui etiam, vt olim, Imperato res dicebãtur, quoniam regium nomen Romæ infauſtum inuiſumq; erat: purpuram pro inſigni imperatorio ſeruauerũt, vt auctor eſt Capitolinus in Maximinis & in Gordia. Pli. lib. vigeſimoſecundo, Paludamentum impera torium cocco tinctum fuiſſe dicit his verbis, Iam vero infici veſtes ſcimus admirabili ſucco, atq; vt ſileamus Galatiæ, Africæ, Luſitanię granis coccũ Imperatoris dicatum paludamentis, tranſalpina Gallia hærbis tyrium ac cõchylium tingit: omniſq; alios colores, nec quęrit in profundis murices, ſeſe obiiciendo dum prępipit eſcam beluis marinis. In titulo de veſtibus ho lobryzis, vel holoſeris nunc murex nunc conchylium nunc purpura voca tur, qua ſolus princeps vtitur. Hæc obiter dicta ſint propter verbũ ſeſqui pedalibus, quod in Plinio corruptũ eſſe apparet. Seſquipõdium autem ſic

Seſquipon dium.

latinum eſt, vt dipondium & centipondium: ſeu centumpondium apud M. Catonem & Plautum. Eſt & aliud ibidem vlcus quod quia perſanare nõ po teram: ne attingere quidem potius eſſe duxi. Cæterum quod de cẽſu Sena torio & equeſtri diximus non mirum videri debet, vt Romæ Senator eſſe

Cenſus equeſtris Senatoriusq;

non potuerit, qui minorem cenſum triginta millibus coronatorum in cen-

ſu habuerit. Hoc enim ſtatutū eo demū tēpore fuiſſe videtur in quo impe-
riū Ro. in Aſiam tranſiit, aut certe extra Italiam promotū eſt. Quare Plin.
lib. xiiii. luxuriā poſteriorū tēporū & rerū honeſtarū incuriā inſectās, Re-
ges (inquit) innumeri honore artiū colebātur, & in oſtentatione has prę-
ferebāt, opē & immortalitatem ſibi per illas prorogari arbitrātes. Quare
abūdabāt & prędia & operę vitę: poſteris laxitas mūdi, & rerū amplitu-
do damno fuit, poſtq̄ Senator cenſu legi cœptus, iudex fieri cenſu, magi-
ſtratū ducęq; nil magis exornare q̄ cenſus: poſtq̄ cœpere orbitas in aucto-
ritate ſumma & potētia eſſe, captatio in quęſtu fertiliſſimo, ac ſola gaudia
in poſſidēdo, peſſum iere vitę precia, omneſq; a maximo bono liberales di-
ctę artes in cōtrariū cecidere, ac ſeruitute ſola proficī cœptū, eodē tamen
habēdi quo eat ſpes omniū tendēte voto. Sic enim legēdū cēſeo ex vetuſtę
lectionis obſeruatione, licet in exēplaribus quę circūferūtur, aliter extre-
mū mēbrū legatur. Iudicem autē fieri cēſu Plin. ideo dixit, q; Equites etiā
iudices vocabātur, propter Equitū decurias quæ ex Equeſtri ordine erant.
Idē. li. xxxiii. Laquearia quę nunc & in priuatis domibus auro teguntur,
poſt Carthaginem euerſam primo inaurata ſunt in Capitolio cenſura L.
Nummii. inde trāſiere in cameras, parietes quoq;, qui iam & ipſi tāq̄ vaſa
inaurātur, cū ſua ætas varia de Catulo exiſtimauerit, q; tegulas æreas Ca-
pitolii inauraſſet primus. Idē paulo ſuperius, Et nos fecimus quæ poſteri
fabuloſa arbitrētur. Cæſar qui poſtea Dictator fuit, primus in Aedilitate
munere patris funebri, omni apparatu arenę argēteo vſus eſt. feraſq; argē-
teis vaſis inceſſere tū primū viſum, mox (quod etiā in municipiis æmulā-
tur) Caius Antonius ludos ſcena argentea fecit. Idē Lucius Murena. Itē
paulo inferius, Claudii ſucceſſor Nero Pōpeii Theatrum operuit auro in
vnū diē, quo Tiridati Armeniæ regi oſtēderet. Et quota pars ea apparat⁹
fuit Aureę domus ambientis vrbem? Idē Pli. lib. xxix. de medicis loquēs,
Multos prętereo medicos, celeberrimosq; ex iis Caſſios, Carpetanos, Arū
cios, Albutios, Rubrios. CCL. ſeſtertia annua mercede iis fuere apud prin
cipes. Quintus vero Stertinius imputauit principibus, q; ſeſtertiis quin-
genis annuis cōtētus eſſet. ſexcena enim ſibi quæſtu vrbis numeratis do-
mibus oſtēdebat. Ducenta & quinquaginta ſeſtertia, id eſt ſex millia ducē-
tos quinquaginta aureos annua mercede celebres multos medicos Romæ
a principibus habuiſſe dicit. Stertiniū vero etiā ſummā altero tanto ma-
iorem, hoc eſt duodena millia quingentenos, cum priuato quęſtu & vrbico
denaquina millia cogere poſſet. Quapropter hoc etiam imputabat princi-
pibus, q; centum ſeſtertia quęſtus eorū gratia cōtemneret. Sequitur apud
Plinium, Par & fratri eius merces a Claudio Cæſare infuſa eſt. cenſuſq; q̄q̄
exhauſtis opibus Neapoli exornata ita auctus vt hæredi ſeſtertia. CCC.
relinqueret, quadringena Aruncius ſolus. Sic locum legit Hermolaus
Barbarus quibuſdam verbis contra fidem exemplarium additis, quod
diuinare eſt nō emēdare. Ego ex vetuſtę lectionis obſeruatione ſic legendū
cenſeo, Cēſuſq; q̄q̄ exhauſti operibus Neapoli exornata hęredi ſeſtertium
trecencies reliquere, quātum Athena. i. Aruncius ſolus. Vt intelligamus
Aruncium cognomento Athenam dictum. Senſus eſt autē non qualis ab

Luxus Romanorum.

Stipendium medicorum Romæ.

Pli. locus.

Hermolao ponitur, vt trecẽta duo fratres relíquerínt hęredí, quod Plí. pro re prędicãda posuít, sed trecẽties, quę cẽtuplícato maíor est pecunía, hoc est septíngẽta quínquagíntaquínq; míllía. In quo ínsignís fuít & concors nostra auorũq; memoría omníũ hallucínatío, vt antea díctũ est: quí nescío quo fato velut íure quodã sic errore recepto, oẽs vníuersíq; pedíbus ierunt ín eíus sentẽtíã quẽ prímũ horũ verbo; íntellígẽtía fefellít. Q; q̃ partím eorũ rẽ egregíe latínã multís ín partíbus gesserínt, partím Gręcorũ pene tralía, atq; etíã adyta reserarint, vt acríore ví animí atq; íngenií q̃ ego, sic maíore operę precío. Quo nomíne símul eo; memoríã & colo & veneror, símul eorũ monumẽtís propemodũ acceptũ fero quícqd líterarũ stúdío doctrínę (quãtula ín me est cũq;) assecutus sum. íd quod eo magís ex animí sentẽtía díco, q. nullíus doctí vírí quic q̃ eo nomíne vocí debeo, qđ quidé a prędecẽte acceperím, vt Phemíus ílle Homerícus q sese autodídacton vocat. Alíoquín & doctorũ obseruatíssímus, & oía eorũ causa cupiẽs. Sed sic fuít fatũ meũ, vt míhí tãtũ & líbrís operã satís multã, prędeptoríbus lõge rarioré q̃ tonsoríbus dederím. Cuíus sortís etsí magnopere me pœnítet, ínterdum etíã suppudet, quod tamẽ celare plerosq; nõ possum, palã omnibus fatérí non erubesco, vtíq; cũ ea re cõmemorãda argumẽtũ míhí veníæ prędstruere vídear. Iuuat ígítur doctíssímorũ homínũ luculẽtã culpam ín rebus arduís memíníssę, nõ q. vendíbílíus ínuẽtũ meũ ea re fierí sperẽ, sed quo míhí, íure etíã optímo, veníã erratorũ haud dubíã spondeã, prędsertím sí nec ínauspícato conatu nec írrito ín cõmunẽ studíosorũ causam íncubuísse ínueníar. Sequítur eodẽ loco Plínií, Tũ Crínas Massílíẽsís, arte gemínata vt cautíor relígíosíorq;, ad síderũ motus ex ephemeríde mathematíca cíbos dãdo, horasq; obseruãdo, auctorítate eũ prædcessít, nuperq; sestertía. c. relíquít muris patrię, mœnibus quoq; alíís pene nõ mínorí summa extructís. Lego sestertíũ cẽties, nõ sine vetustę lectíonís astípulatu, alíoqn quonã modo cẽtum sestertía sufficere mœnibus Massílię possent? aut cur Plín. magnã hãc sũmã esse díceret? Sequít ex eodẽ cap. Per quę effectũ est, vt níhíl magís prodesse vídereturq; multítudo grassantíũ: neq; eñ pudorís æmulí precía summittũt: notũ est ab eodẽ Charmíde vnũ ægrũ ex prouíncíalíbus sestertíís ducẽtís cõductũ, Archontío vulnerũ medíco sestertíís centũ cõdemnato ademísse Claudíũ príncípẽ, eídẽq; ín Gallía exulãti & deínde restítuto acquísítũ nõ mínus íntra paucos annos. Lego, Neq; eñ pudor sed æmulí precía summittũt, & Archontío vulnerũ medíco sestertíũ centíes Claudíũ ademísse, bonís eíus cõfíscatís. Sentẽtía eñ Plínií hæc est, q̃q̃ medící Romę multa nefarie admítterẽt artís suę lícẽtía, potíus tñ esse cœpísse, vt plures essent q̃ pauci: qa olím cũ pauci essent, precía ímmodíca aut stípulabãtur ab ægrís aut quouís modo exprímebãt. nullo eñ pudore deterrebãtur, vt ímmẽsís mercedíbus abstínerent: sed mutua (vt fit) æmulatíone mínorís opas suas addícere tũc cœperũt, cũ multí extítere medící. Cum autẽ vellet Plí. ímpudẽtíã flagítãtíũ docere, Charmídís facínus tã q̃ exẽplũ ímprobítatís medícę cõmemorauít, q ægrũ vnũ puíncíalẽ sanã dũ, quínq; (vt íta dícã) míllíbus coronatorum cõduxít. Vt autẽ doceret q̃ quęstuosa tunc medícína esset, vulneraríũ Archontíũ díxít ducentís quín-

Oẽs recentíores in harum rerum ignorantía concordes fuerunt.

Dolet Budęo q. nullũ prælectorem aut præceptorem nactus sít.

quaginta millibus aureorũ confiſcatione amiſſis, intra paucos annos totidẽ in exilio queſiuiſſe. Huius dicti firmamẽtũ erit, id qđ ab eodẽ auctore lib. xxvi. dicitur, vbi de Lichenibus loquitur, Siquidẽ (inqt) certũ eſt Manilii Cornutũ ex Prętoriis, Legatũ Aquitanicę prouincię ſeſter. ducentis elocaſſe in eo morbo curãdũ ſeſe. Sic enim legi debet ille locus, etiãſi aliter in chartaceis libris legatur. Pręter loca ſupradicta etiã alium eodẽ cap. in tranſitu emẽdabimus: vbi eñ legitur, Itaq; hercule in hac artiũ ſola euenit, vt cuicũq; medicũ ſe profitẽti ſtatim credatur, cũ ſit periculũ in nullo mẽdacio maius. Non tñ illud intuemur, adeo blãda eſt ſpirãdi per ſe cuiq; dulcedo. Lego ſperãdi pro ſe, nõ ſpirãdi per ſe. Hæc quę de medicor; mercede ex hoc Plinii loco dicta ſunt a me, fide fortaſſe maiora nõnullis videbũtur, vtpote ab hodierno nõ modo cẽſu, ſed etiã ſenſu abhorrẽtia. Itaq; cũ hęc ſcribere cœpiſſem, in mẽtẽ mihi venit, eã me rationẽ i his Cõmẽtariis ſequi eſſe neceſſe, quã geometrę & mathematici in demõſtrãdis ſpeculamẽtis ſuis inſtituerũt. Quomodo eñ illi ex primis probãt ordine ſequẽtia, & ſimul atq; theorema quoddã compererũt illi ſtatim vt cõfecto adnectũt aſſumptũq; aliud, & illi rurſus aliud atq; aliud ſerie perpetua, cũ ſequẽtia cõſiſtere ſine antegreſſis nequeant. Nã abſq; hoc foret, res ipſi in cõmunẽ ſenſum haud incurrẽtes rudib⁹ adhuc animis approbare demõſtrareq; nõ poſſent, minutisq; eos aſſenſionib⁹ vſqueadeo obſtringere, vt cũ p̃greſſa p cõpertis habere ſe fateãtur, ſubeũtia quoq; inficiari nequeãt, cũ hęc ex illis neceſſario cõfiãt. Vt igit̃ Mathematicis neceſſe eſt primũ quodq; deinceps theorema, ita ei quicũ diſputãt approbare, vt omnẽ fatẽdi tergiuerſationẽ, atq; etiã dubitationẽ eximãt: ſic nos prędicẽtia (vt arbitror) veluti ꝓpoſitiones quaſdã plane demõſtratas tenemus, ex qbus hęc quę nunc agimus, ratione nõ ſolũ probabili, ſed etiã propemodũ neceſſaria, aſtruere poſſumus. Verũenimuero quãdo in lectorũ animis q̃libet perſuaſis (de meo eñ cõiecturã facio) idẽtidẽ (vt ita loquar) rebellaturã hęſitationẽ video, nõ cõmittã, vt hactenus cõteſtatis acquieſcẽs, nõ omnino cõpos propoſiti euadã. Spe enim decidiſſe videbor, ſi re in iudiciũ hominũ deducta, nõ protin⁹ ſecũdũ nos ab omnibus ꝓnuncietur. Equidẽ vt Caſtor & Pollux iudiciorũ prędides obſtare mihi omni ope numineq; cõtẽdãt, plures tamẽ ego tribus ingeniorũ ferã. Proinde libẽs facio, vt re q̃q̃ probata, rurſus auctorib⁹ amplißimis denũciẽ teſtimoniũ. Atq; iterim argumẽtis validiſſimis cauſam meã ita affirmẽ, vt omnẽ ambigẽtibus animis dubitationẽ abſtergeã. Interea exẽpla ad id quod agebamus citabũtur. Tacitus lib. xiii. de Nerone nõdũ deterrimo principe loquẽs, Sed nobile familię honor auct⁹ eſt, oblatis in ſingulos annos quingenis ſeſtertiis, quibus Meſſala paupertatẽ innoxiã ſuſtẽtaret. Aureo quoq; Cottę & Atherio Antonino annuã pecuniã ſtatuit princeps, q̃q̃ per luxũ habitas opes diſſipaſſent. De eodẽ Trãquil. Nobiliſſimo (inqt) cuiq;, ſed a re familiari deſtituto annua ſalaria & quibuſdã quingena conſtituit. Et de Veſpaſiano, Expleuit cenſum Senatoriũ, Cõſulares inopes quingenis ſeſtertiis ãnuis ſuſtẽtauit. Si ergo Senatores quidã Romani iam Cõſulares facti duodecim millia & quingẽtos aureos annuo ſtipẽdio a principib⁹ habuerũt, cur incredibile ſit id qđ de medicis

Quę dicenda reſtant fide maiora videbuntur.

Mos mathematicorũ in demõſtrationibus.

Adnotanda Senatoribus ſalaria conſtituta.

Artes olim in precio habebant q̄ nūc euíluerunt.

díctū eſt? Artes autē hoc tēpore pene dixerím damnoſas, olím non modo Romę, ſed etiā ín Aſia queſtuoſas vel locupletatrices potíus fuíſſe auctoritatíbus docebo. Iamprímū ídē Trāquillus, de Veſpaſiano príncipe auaritia ínfamí etſí cętera pene optímo, Ingenia (ínquit) & artes vel maxíme fouit. Prímus e fíſco Latínis Gręcíſq; rhetorības annua cētena conſtituit, prędtātes poetas necnō artífices coemit. Annua cētena non mínus duobus míllib⁹ & quíngētís aureís fuerūt: quę ſi nūc ín breuiario príncípís anniuerſario legerētur, nō díco vní nomíní expēſa, ſed ín vníuerſum líteratorū genus, prodígií ínſtar eſſe credereť, portētíq; príma quaq; occaſione procurādí, ab íís qdē magnís vírís quí ærarīū noſtrū líbero pene arbítrio expēſant. Ex quo íntelligere lícet, vnde Fabius Quintílian⁹ ſaltus íllos coemerít q a Satyrico celebrātur. Prím⁹ em̄ Romę ex Híſpanía veníēs ſtípēdīū e fíſco accepíſſe dícíť ab Euſebío ſub Domitíano, qd̄ tñ nō eſſe verū ex dícto loco Trāqulli dep̄hendíť. Huíus ætatís alíud eſt íudícíū, pręſertím ín Gallía, ſuo ſibí ſuffragío a ludo poetico oratorioq; explosa, vt antea dictū eſt. Vígíntí talētís vnā oratiōnē Iſocrates vēdídít, vt auctor eſt Plí. ín. víí. íd eſt aureorū noſtrorū duodecím míllíbus. Idē lib. xxxííí. Hominū prím⁹ & aureā ſtatuā & ſolídā Gorgías Leontínus Delphís ín tēplo ſibí poſuít, ſeptuageſíma círcíter Olympíade. Tātus erat docēdę oratorię artís quæſtus. O tēpora, o mores, Iſocrates Athenís, íd eſt ín vrbe eruditíſſíma oratiōnē vnā tantí vēdere olim potuít, quātí nūc Gallía prouínciarū locupletíſſíma eadē & doctorū hominū egentíſſíma, nec Latías nec Gręcas Athenas æſtímādas eſſe putat. Et nos mírabímur ab omnibus nobís verba darí quíbuſcū negocíū habemus, cum nec líteras ípſí ſcíamus, nec ímperío eas obtínēdo tuendoq; cōferre quícq̄ aut conducere putemus? Thucydídē ímperatorem Athenięſes (ínquít ídē Plín.) ín exílíū egere, rerū cōditorē reuocauere, eloquētíā mírati cuíus vírtutē damnauerāt. Thucydídes ab exílío publíco decreto reuocatus eſt, vt híſtoríā ſcríberet quę nūc extat. Nūc vero quís dabít híſtorico quātū daret acta legentí? vt ínquít ílle Satyrographus. Vnde fít vt res a maioribus noſtrís geſtas tā cōmemorare poſſímus, q̄ quí terra editi auos cítare ſuos. Qz̄q̄ nō magnopere fortaſſe refert noſtrí tēporís res geſtas obliuíone trāſmittí, quí níhíl aut pauca líteris celebrāda geſſímus: certe multa ſilentío potíus mādāda ſunt. Quo mín⁹ mírū eſt ſummos rerū noſtrarū arbítros nullo ín numero beneficiariorū habere ínſtituíſſe líteratos homínes, vt q res geſtas p̄dere æternę memoriæ gaudeāt. Alexāder Magnus ínter ſpolía Darií Perſarū regís vnguentorū ſcrínío capto, qd̄ erat auro gēmíſq; ac margarítís p̄cíoſum, varíos ei⁹ vſus amícis demōſtrātíb⁹, quādo tędebat vnguētí bellatorē & mílítía ſordídū, Immo Hercule (ínquit) líbrorū Homerí cuſtodię detur, vt precíoſíſſímū humaní anímí opus, q̄ maxíme díuítí opere ſeruaretur. Idem Píndarí vatís famílię penatíbusq; íuſſít parcí cū Thebas caperet. Arístotelís philoſophí patrīā condídít, tātęq; rerū clarítatí tam benígnū teſtímoníū míſcuít. Auctor ídem Plín. Díu addubítauí an íd quod ſequítur adderem. Veritus ſum ením ne temporū noſtrorū íníquítas fídem híſtorię derogaret, ín cachinnosq; tandem res memorabíles abírent. Ad extremū tamen líterarū amor,

Thucydides ab exílío reuocat⁹ ob hiſtoríā quam condídit.

Alexander Homeri Pindariq; cultor.

Poetarum & Rhetorū annua ſalaría.

& veri admiratio peruicit vt subscriberẽ. Apud Athenęũ lib.ix. Dipnosophistarũ Laurẽtius vir Romanus vnus eorũ ita inquit, de Tetrace aue loquẽs, Νομίζων δὲ καὶ παρὰ τοῦ ἀριστοτέλει μνήμης ἀξιῶσαι τὸ ζῶον ἐν τῇ πολυταλάντῳ πραγματείᾳ) ὀκτακόσια γὰρ ἀλκφέναι τάλαντα παρὰ ἀλεξάνδρου τὸν σταγειρίτην λόγος ἔχει εἰς πολὺ περὶ τῶν ζώων ἱστορίαν) δοκεῖ εὗρον περὶ αὐτοῦ λεγόμενον, Ego autẽ existimans virũ doctissimũ Aristotelem dignã hãc auem putasse, de qua mentionẽ faceret, cũ tractatũ illum eius tot talẽtis æstimatum adiissem (nam Stagiriten ipsum octingenta talenta ab Alexandro accepisse fama est ob historiam animalium) nihil quicq̃ in eo de ea aue inueni. His Athenæi verbis elogium habemus summi regis Alexandri ad doctrinæ literarũ indicaturã. qui vnũ tractatũ Aristotelis præceptoris sui quadringentis & octoginta millibus aureorũ nostri tẽporis æstimauit ac redemit. De hoc loquens Plinius libro octauo ita inquit, Aristotelem in his magna secuturus in parte, præfandum reor, Alexandro Magno Rege inflãmato cupidine animaliũ naturas noscendi, delegataq; cõmentatione Aristoteli summo in omni scientia viro, aliquot millia hominũ in totius Asiæ Græciæq; tractu parere iussa omnium quos venatus, aucupia, piscatusq; alebant, quibusq; viuaria, armenta, aluearia, in cura erãt, nequid vsq̃ genitum ignoraretur ab eo, quos percunctãdo quinquaginta ferme volumina illa præclara de animalibus condidit. Si quinquaginta volumina recte legitur apud Plinium, non omnia ad nos peruenerunt. nostræ tamen ætati gratulandum q; libri de anima eorum prestantissimi non interciderũt. Nam innumera prope modum volumina eũ scripsisse ex Laertio nouimus. Qz̃ male autem cum promis condis ærarii nostri ageretur, si eius regis æmulos principes haberemus? q̃ longe autem abigerentur ab aula sorices illi Prætoriani diuisorũ assecle, qui nobis seri cati ob oculos incurrunt arroso argento principali tumidi. O mirificam officinam quę q̃uis sordidos homines, sesquimense politos ad vnguem nobis reddat. O inania, o ingrata, o pudenda deniq; literarum studia, quibus aduersis fatis nequicq̃ intabescimus, quos isti non sapientię amore captos sed mente potius putant. Verum vt quod instat agamus, idẽ Pli. lib. supradicto, Medicinæ scientiã (inquit) in Theombroto Ptolemęus rex Megalensibus sacris donauit centũ talentis seruato Antiocho rege. Et lib. xxix. Erasistratus Chrysippi discipulus Aristotelis filia genitus, Antiocho rege sanato, centũ talentis donatus est a rege Ptolemęo filio eius, vt incipiamus & prędia artis ostendere. Erasistratum & Theombrotum, vel eũdem fuisse intelligimus, vel Plin. non eũdẽ auctorẽ vtrobiq; secutũ. Cẽtũ talẽta sexaginta millia aureorum valuisse post paulo docebimus. Idem libro. vii. Aristidis Thebani pictoris vnã tabulam centum talentis rex Attalus licitatus est. Octoginta emit duas Cæsar Dictator, Medeã & Aiacẽ Timomachi, in tẽplo Veneris genitricis dicaturus. Candaules rex Bularchi picturã Magnetũ exitii haud mediocris pari repẽdit auro. In antiquis legit medio crispanti. quare sic legendũ censeo, Mediocris spatii repẽdit auro. Nã repẽdere pari auro nũq̃ a Plinio dictũ est. & alioqui Pli. mediocri magnitudine tabulę p̃cii magnitudinẽ significare voluit. Repẽdere auro plena est locutio. Cicero de Orat. Cui pro Gracchi capite aurũ erat repẽsum.

Præmiũ qđ Aristoteles ab Alexãdro accepit pro historia animalium.

Sorices Prætorii appellare videt Questorũ assecias in inferioribꝰ actibus argentariã factitãtes, & ærariũ arrodentes.

Damnosa in Gallia literarum studia.

Prędia medicorum memorabilia.

Precia pictarum tabularum.

quod Plínius ípſe líb.xxxííi.ímitatus eſt,hís verbís,Hęc paulatím exarſit rabie quadã:nõ ſam auaritia,ſed fames aurí.vtpote cum Septímuleíus, C. Gracchí famílíarís auro repẽſũ caput eius excíſum ad Opímíũ tulerít.í. πρὸς χρυσὸν ἀνθισαθμιζομμένῳ τὴν κεφαλὴν vel πρὸς χρυσὸν ἰσοσάσιον.Quãta aũt auctoritas artíbus olím fuerít,etiã ex eo conſícere poſſumus,qđ ídẽ líb.xxxv.ínqt de Pãphílo pictore loquẽs, Docuít neminẽ mínoris talẽto annís decẽ, quam mercedẽ Apelles & Melanthíus eí dedere, & huíus auctorítate effectũ eſt Sícyone prímum , deínde & ín tota Gręcía vt puerí ingenuí ante oía graphícen,hoc eſt picturã ín buxo docerent:recípereturq; ars ea ín primũ gradũ líberalíum.In vetuſtís tñ pene oíbus legítur,vt puerí ingenuí oía antígraphícen,lícet hoc Hermolaus ex vetuſtís reſtítuiſſe ſe dícat. Quare ſuſpícor ſic Plíníũ ſcriptũ reliquiſſe.Ingenuí oía antegraphícen.quaſi hęc faſtigíũ doctrínę puerílí ímponeret. quod tñ admonẽdí animo dictum a me exíſtímarí velím.non enim facile mutãdã eſſe ſtructurã veterẽ cẽſeo. Non níhíl hãc opínionẽ meã intẽdit íd qđ ſequítur , Semp quidẽ honos eí fuít, vt ingenuí eã exercerẽt,mox vt honeſtí,perpetuo interdícto ne ſeruítía docerẽtur.Cęterũ qđ hic dícit nemínẽ docuíſſe mínoris talẽto annís decẽ,nõ cõſentaneũ míhí víſum eſt,vt cũ tãta precia tabularũ legeremus apud Plí. ídẽ tñ docẽdí precíum tã paruũ poneret : atq; íta poneret,vt admírarí nos vellet . Quare cũ exẽplarıa antíqua adirẽ,repperí nõ annís ſed annuís legẽdũ,nec decẽ,ſed.XL.vt ſit,docuít neminẽ mínoris talẽtís ãnuís quadragínta.q̃q̃ ín antíquíſſímo ſcriptũ erat quíngẽta,ín pagella qdẽ,ſed ín margíne quadragínta. Vt mínímũ aũt annuis decẽ legẽdũ,hoc eſt aureos ſex míllíbus. qđ lõgiſſíme abeſt ab eo ſenſu qui ex ímpreſſís percípit,abſurdíſſímo íllo quídem,cum etíam plurís hodíe pictores inſtituantur. Atqui ne decoxíſſe doctrínã eã Apellí putemus, cuí tãtí picturã dídícit, ídẽ auctor de eo loquẽs alíquãto poſt íta ínquit, Pínxit & Alexandrum Magnũ fulmen tenẽtẽ ín tẽplo Epheſię Dianę vigíntí talentís aurí.dígíti emínere vídẽtur,& fulmen extra tabulã eſſe.Immane tabulę precíũ,accepit aureos mẽſura nõ numero.Vel vt ex vetuſtíſſímo lego,tabulę precíum ín nummo accepit aureo mẽſura nõ numero. vigíntí aurí talenta vt mínímũ centũ ae vigíntí míllía aureoꝝ coronatoꝝ valent.quod tamẽ exquíſítíus poſtea víderímus.Strabo líbro.xíííí.de Co ínſula loquẽs,& vrbe eius cognomíní, In ſuburbano eſt Aeſculapíí tẽplũ valde nobíle , ſímulacrís multís refertum: ín quís eſt Apellís Antigonus.Fuít etiã prídẽ Venus e marí emergens,quę nunc díuo Iulío Cæſarí dícata eſt Romę, quã Auguſtus honorí patrís cõſecrauit,vt generís auctorẽ. Fama eſt Coís pro tabula cẽtũ talẽta ex ímperato tríbuto remíſſa eſſe, φασὶ δὲ τοῖς κῴοις ἀντὶ φόρου γραφῆς ἑκατὸν ταλάντων ἄφεσιν γεγενῆσθαι τοῦ προσαχθέντος φόρου . Interpres eo ín loco lapſus anadyomenen,íd eſt emergentem Venerem,nudã tranſtulít,quaſi apodyomenen.Eſt enim ἀνάδυσις emerſus,cuí opponitur κατάδυσις,q̃q̃ & aliud ſignificat.Homerus καγχαλίμως δ' ἀνέδυ πλιὴς ἁλὸς ἱερὸν ὕδωρ . Plínius líbro ſupradícto , Venerem exeuntem e marí díuus Auguſtus dícauit ín delubro patrís Cæſarís, quæ Anadyomene vocatur.verſíbus Græcís talí opere dum laudatur vícto ſed íllustrato.Huíus enim ínferíorem partem qui reficeret nõ pote-

De honore picturę.

Anadyomene Apellis.

rat inueníri.Ego tñ ex vetuſtis melíus poſſe legí puto, Verſibus Græcís talí opere dũ laudatur vícto.Sed per tot luſtra huíus inferiorẽ partẽ corruptã quí reficeret nõ potuít inueníri.Per luſtra aũt Cẽſores olim ſarta tecta ædíũ ſacrarũ tuẽda locare ſolitos eſſe notũ eſt.Romanorũ ígitur res nũmaría iís propemodũ cõſtituta fuit.Greçí drachmís,mínís,& talẽtís vſi ſunt. Talentũ multíplex fuít auctore Feſto, Atticũ autẽ ſex míllíũ denaríorum fuíſſe dícit, τάλαντον (ínquit Suídas) μυῶν ὄζιν ἑξήκοντα. ἡ δὲ μνᾶ δραχμῶν ἑκατόν. Talentũ,ínqt,mínarũ eſt ſexagínta. mína autẽ drachmarũ centũ.Hoc etíã legímus ín verſibus íllís quí apud Príſcíanũ leguntur,& Fauíní eſſe dícítãtur,Cecropiũ ſupereſt poſt hęc docuíſſe talẽtũ,Sexagínta mínas ſeu vís ſex míllía drachmas. Quod ſummũ doctís perhíbetur pondus Athenís. Príſcíanus de põderíbus, Scrupulus,ínquít,ſex ſilíquę. drachma ſcrupulí tres.vncía drachmę octo.Scrupulí.XXIIII.vncię.XII.líbra.Líbra vel mína Attíca drachmę.LXXV.Líbra vel mína Graía drachmę.XCVI.talẽtũ Athenıẽſe paruũ mínę ſexagínta.magnũ mínę.LXXXIII.& vncię quatuor.Ad hoc probandũ cítat Líuíũ,ſed quoníã verba Líuíí apud Príſcíanũ corrupta legũtur,ab auctore ípſo repetẽda ſunt. quí lí.iíií.de bel.Maced. de Títo Quíntío loquẽs Greçíæ líberatore, Ingens(ínquít)numerus erat bello Punico captorũ, quos Annibal cũ a ſuís nõ redímerẽtur vęnũdederat.Multítudínís eorũ argumẽtũ eſt q̃ Polybíus ſcríbít,cẽtũ talẽtís eã rẽ Achęís ſtetíſſe, cũ quíngẽtos denarios precíũ ín capíta q̃ redderetur dominís ſtatuíſſent.Mílle eñ ducẽtos Achaía ea regíone habuít. Hactenus Líuíus.Ex cuíus verbís íntellígímus ín cẽtum talentís míllíes ac ducẽtíes quíngẽtos denarios eſſe,hoc eſt ſexcẽtíes mille. quod perínde eſt ac ſi dícas cẽtíes ſex míllía denarıoꝝ. Ita planũ fit in quolíbet talento ſex míllía denarıorũ fuíſſe,cũ centeſíma pars eíus ſummę ſint ſex míllía.Rem per ſe odioſam q̃ potuí facíllíme explícuí,ſicq; vbíq; facturũ me cõparauí,ne quí hunc líbrũ ín manus ſumpſerínt,ídẽtídẽ neceſſe habeãt eo tãtíſper depoſíto palímpſeſtum ſumere.Sic appellãt tabellã deletílẽ qua calculatores vtũtur,q̃q̃ Cícero pro charta vtítur deletítía.Addít hoc Príſcíanus,Denarios eo tẽpore nũmos argẽteos fuíſſe ſilíquarũ põdere vícenarũ quaternarũ: íd quod Líuíus ín eo líbro oſtendít de tríumpho eíuſdẽ Quíntíí loquens hís verbís,Sígnatí argẽtí octogíntaquatuor míllía fuere Attícoꝝ,tetrarchíã vocãt,trıũ fere denarıoꝝ ín ſíngulís argẽtí eſt põdus.Quo ín loco Líuíí nõ tetrarchíã,ſed tetradrachmũ lego: nõ ex Príſcíano apud quẽ ínanis areola pro hoc verbo relícta eſt,ſed ex Cícerone & Polluce líbro nono de vocabulís rerũ ad Cõmodũ Cæſarẽ. quí auctor dídrachmũ, trídrachmũ & tetradrachmũ nomíſmata olím fuíſſe tradít. eũq; nũmũ ab Athenıẽſíbus bouẽ appellatũ eſſe ab eíus pecudís nota, índeq; ficta ab Homero arma hecatõbœa &enneabœa. Id etíã ex Príſcíano ſatís ítellígí poteſt,quí nũmos íllos Attícos fuíſſe ſcríbıt duarũ & ſeptuagínta ſilíquarũ.Idẽ Líuí⁹ (ínqt ílle) oſtẽdit líb.xxxvíí.ab Vrbe cond.magnũ talentũ Atticũ octogínta habere líbras & paulo plus,cũ ſupradíctoꝝ cõputatío manifeſtet octogínta tres líbras & quatuor vncías habere talẽtũ quod eſt denarıoꝝ ſex míllíũ. Líuíí verba hæc cítat, Talentum ne mínus pondo.LXXX.Romanís põderíbus

Talentum.

Palímpſeſtos

Didrachmũ. Tetradrachmum.

Arma Hecatombœa.

pendat,vel ſic decreuit Senatus vt nō plus q̄ ternę líbrę & quaternę vncíæ ſingulís talentis deſint.Hactenus Priſcianus.Cuius cōputatiōnē ſic accipio (níhíl enim alíud addídit)Cū vnūquodq; talentū ſex míllia denarīorū penderet,octo quoq; míllia drachmarū pependiſſe ratione prędícta. Hæc octo míllia ſi ín centenarios partiaris , octogínta vtiq; líbras centenarias habebís.Atquí cū líbra antíqua quā Líuíus ſecutus eſt,drachmarū fuerit ſex & nonagínta,ſupererūt quater octogínta drachmæ,íd eſt trecētę & vígíntí:ex quíbus ratione dícta tres líbræ conficiūtur,& ínſuper tertía pars líbrę,íd eſt duæ & trígínta drachmæ.Ita ín talenta ſíngula ternæ líbræ cū tríente tríbuūtur vltra octogínta líbras . Sciendū autē (ínquít ílle) q; ſecūdū Líuíí cōputatiōnē centū mínæ Attícę,quarū ſíngulę.LXXV.drachmas habent,facíūt talentum magnū . mínus autē talentū ſexagínta mínæ ſecundū Dardanū facíūt . maíus autem & mínus fuíſſe docet Terentíus ín Phor.cū ínquít,Sí quís daret talentū magnū.Italica autē mína drachmas habet (vt ſupra díctū eſt) nonagínta ſex,quę líbra eſt.XII.vncíarum,hoc eſt denarií.LXXII.Qua cōputatiōne.LXXXIII.líbrę Romanę & quatuor vncíę,qđ magnū talentū eſſe díximus,centū mínas Atticas facíūt. Seneca ín.x.Epíſtolarū ad Nouatū.XXIIII. ſeſtertía (ínqt) íd eſt talentum Attícū paruū.XXIIII.eſt ſeſtertía ſexagínta líbras habēt. Hacten⁹ apud Príſcíanū legítur.Quo dícto Príſcíanus ípſe ſíbí contrarías eſt.Hac enim ratíone talentū magnū ſeptē míllía & quíngētas tātū drachmas habuíſſe probatur,quod Líuíí ſupradícta ratione octo míllía habebat.Quíppe cum ſíngula tetradrachma,íd eſt quaternarū drachmarū nūmos ternís denarīís æſtímauerít,ſena quoq; míllía denarīorum octonís míllíbus drachmarum æſtímauít.at hoc q̄ ſit conſentaneū cū poſtremo dícto vídeamus.In prōptu eſt enim vnícuíq; vídere cū centū líbrę cētenarię decē míllía drchmarū valeant, ſi índe quartā partē exímamus , vt líbrę íam ſint ſeptuagíntaquínq; drachmarū, non plus q̄ ſeptē míllía & quíngētas drachmas talentū valíturū,quod tamen Líuíana cōputatiōne octo míllía valuít. Iam vero octoginta tres líbras per numerū drachmarū.í.nonagíes ſexíes multíplícem⁹, ſícut ín ſumma ſeptē míllía nongētę ſexagínta octo drachmę.hís ſi trientē ſupradíctū,íd eſt duas & trígínta drachmas addíderím⁹,quę ex quaternís íllís exuberantíbus vncíís fiūt,numerū omnino octo míllíum habebímus. Quare manífeſta eſt hallucínatío ín calculo ſupradícto.Quē Príſcíaní eſſe ídeo nō credo q; ín tríbus líbrís antíqs quos vídí tractatus ílle nō vſítur. vno etíā antíquíſſímo.Centū ígíť mínę Attícę talentū magnū vt fecerínt, non íd talentum erít,cuíus Líuíus loco ſupradícto meminít:ſed Euboícum fortaſſe.De quo ídē Líuíus líb.eodē ſíc ínquít, de pace loquens cū Antíocho facta,Europa abſtínete,Aſíaq; omní quę cís Taurum montē eſt decedíte.Pro ímpēſís deínde ín bellū factís.XV. míllía talentū Euboícū dabítís.quíngenta pręſentía. duo míllía & quíngenta cum Senatus populusq; Romanus pacem cōprobauerít.mílle deínde talenta per duodecím annos. Quíd ſit autē Euboícum talentū docet Feſtus hís verbís,Euboícum talētū nummo Græco ſeptem míllíū & quíngentorum cíſtophorum eſt , noſtro, quatuor míllíū denarīorū . Cíſtophororū autē crebra eſt mentío apud Lí-

Euboícum talentum.

Cíſtophori.

uiũ, vt líbro eodẽ ín tríũpho L. Scípionís, Tulít ín tríũpho argẽtí pondo CXXXVII. míllía. Et paulo ſuperíus de naualí tríũpho L. Aemylíí. Pecunía tranſlata nequaq̃ tanta pro ſpecie regíí triumphí. Tetracína Attíca CCXXXIII. míllía. Cíſtophorí. CCCXXXII. míl. In ſupíore exẽplo non tetracínũ & cíſtophorí lego, ſed tetradrachmũ & cíſtophoꝝ genítiuo caſu. In hoc aũt tetradrachma & cíſtophorí, & vbíq; apud Líuíũ ſic emendandũ cẽſeo. Tetracínũ eñ quíd ſit nemo, vt arbítror, nouít. Nec tamẽ dictũ Feſtí conuenít, cũ ratíone Líuíana quæ talentũ ſex míllíũ denaríum facít. Níſi etiã corruptum numerũ apud Feſtum aliquís ſuſpícarí malít. q̃q̃ alíoquín Feſtus ípſe ſibí non conſtat, quí alíbí talentũ Atticũ ſex míllíũ denariũ facít, Rhodíum cíſtophorũ quatuor míllíum: alía etíam genera ponẽs níhíl ad rem pertínentía. Quare potíus adducor, vt talentum apud Líuíum ſit octogenariũ & proportíonẽ epítríton habeat, íd eſt ſeſquítertíã, vel vt alíí loquũtur, tertíariam, ad talentũ Attícum mínus, quod ſexagenarium eſt. Sic ením ratío quadrabít, vt quã proportionem denarius ad drachmam habuíſſe dícítur, eãdem Líuíanũ talentum ad vulgare, íd eſt ad Atticum habeat. Líbras nũc centenarías íntellígí volo. Nam quod apud Príſcíanum legítur, vt talẽtũ mínus ſexagenarium ſit, & líbrę eíus ſeptuagínta quínq; drachmarum, nullo auctore confirmarí poteſt. Cum ením Suídas, Pollux, Feſtus, Græcí & Latíní talentum Attícum ſex míllíum drachmarum eſſe dícant, & ſexagínta mínarũ, neceſſe eſt vt. LX. mínas nõ Atticas ſed Grẽcas íntellígamus & centenarías, quę Attícas octogínta facíũt. Talẽtí magní meminít Plautus ín Moſtel. hís verbís, Sí hercle nũc ferat ſex talenta magna argẽtí pro íſtís prẽſentaría, nũq̃ accípiet. Locus autẽ ílle Líuíí quí apud Príſcíanũ cítatur, non líb. xxxvíí. legítur, ſed trícęſímo octauo, hís verbís, Argentí probí. XII. millía Attíca talenta data íntra. XII. annos pẽſionibus æquís. Talentũ ne mínus pondo. LXXX. Romanís põderíbus pẽdeat. Vbí tamen ordínẽ verborũ peruerſum eſſe credo. Non eñ Latíne XII. míllía talenta: ſed talentũ dícítur, quomodo & alíbí & ín loco ſupra dícto locutus eſt Líuíus. Quare híc Líuíũ ſcripſíſſe puto, argẽtí probí Attíca talẽta. XII. millía. vel Atticũ talentũ. Qđ ſí de talẽto dícere vlterius pergã, exítũ res nõ ínueníet, vſqueadeo de talẽto díuerſa prodũtur & varía ab auctorĩbus. Suídas & Heſíchíus talẽtum apud quoſdã centũ & vígintí quínq; líbrarũ fuíſſe tradũt, apud nõnullos genus fuíſſe nomíſmatís. Non omittẽdũ íd quod Pollux ínqt, Talentũ Atticũ apud Athenĩẽſes Attícas drachmas capere numero ſex míllía. apud alíos eundẽ numerũ, ſed fuarum cuíuſq; locí drachmarũ. Id qđ eo pertínere poteſt quod de talento Líuíano dictũ eſt, ſíue Euboícũ ſíue alíud fuerít, vt quomodo Athenís & alíbí talẽtũ ſex míllía drachmarũ habuít vernacularum cuíuſq; locí, ſíc Romæ ſex míllía denarĩorum habuerít, quæ tamen æquauerínt pondere octo míllía drachmarũ. Vítruuíus líb. x. de teſtudíne Agetorís Byzantíí loquẽs, Erígebatur autẽ machína ín altítudínẽ ad díſſícíẽdũ murũ círcíter pedes centũ. Itẽ a latere dextra ac ſíníſtra procurrẽdo perſtríngebat nõ mínus pedes centũ. Gubernabãt eã homínes cẽtũ, habẽtẽ põdus talentũ quatuor míllíũ quod fít quadríngenta octogínta míllía pondo. Hís verbís ſí emendate

Líuíí locus.

Talentum magnum.

Talẽtũ ſcđm Vítruuíũ.

leguntur, auctor est Vitruuius talentū centum & vigintí pondo Romana continere. Quod genus proxime accedit ad illud talentum quod Suidas & Hesichius posuerunt. In aliis libris quadringēta nonaginta mil. legitur. Qua ratione talentum centū & vigintí pondo & semissis fuit. quod ipsum ego non argentí talentum fuisse, sed negociatoriū & mercimoniale puto, quod duplicem fortasse ad talentū argentí proportionem habebat, vt hodie libra argentaria & aurificum subdupla est zygostaticæ. Et sic singuli homines quina paulominus millia pondo Romana mouebant machinali libramento, nostra circiter tria millia & sexcenta. vsqueadeo diuersa auctores de talento scripserunt. Nihilo tamen secius cōstituere omnino habeo quid sit talentum, quātūq; sit ad Romanū nūmū relatum, siquidem ad vlteriora progredí ordine instituto contēdo. Obseruauí igitur Romanos non ante talentí vocabulo vtí cœpisse, q̄ imperii fines ad eas vsque gentes prorogauerunt, quę hoc vocabulo signatí argentí vtebantur. Tunc autem eos verisimile est eodem genere talentí vtí solitos: quo genere vtebātur ií quibuscum commercia aut bellí, aut pacis habuerunt, nisi si quando certis verbis concepta fœdera aliud genus induxerunt, vt in Antiochí fœdere iā dicto factum est, quo cautum est de talentí quantitate. Ferè autē talentorū vocabulo vsi sunt in rebus Gręciæ & Asię. Quare cum Græci & Asiatici populí sena millia drachmarum & sexagenas minas tribuant, ego in colligendis summis hanc rationem vt potissimā sequar. Malo enim extenuasse res videri q̄ in maius auxisse. atquí nemo talētū apud scriptores rerum in Græcia aut Asia a Romanis gestarum, minus fuisse libris sxagínta contēderit, vt arbitror. Denarii autem & drachmę promiscuam appellationem habebo auctoritate fretus Plutarchí & Plinii, & scribentium concordia. Nec me deterrebit locus ille Liuianus in quo pro triū fortasse quatuor legendum est, q̄q̄ & inter antiquū denarium & drachmam Athenienſem potuit aliqua esse differētia. quod tamen non probo. Habeo enim antiquissimū in honorem Romulí & Remí percussum, quibus infantibus lupa sub ficu vbera prębet. Literę exesę vetustatē pręferūt. Pondus idē qđ reliquis, quí drachmales sunt. ab altera parte. X. litera denariū significare videtur, sed potuit tetradrachmus nummus malígne percussus esse in difficultate reipublicę Athenienſiū, vt aliquādo Romæ factum esse docebimus: ita vt quatuor drachmarū nūmus non multo plus tridrachmo valeret, id est denariis tribus. τάλαντον (inquit Suidas) μνῶν ἑξήκοντα· ἡ δὲ μνᾶ δραχμῶν ϛ̄· ἡ δὲ δραχμὴ ὀβολῶν ϛ̄. Talētū (inquit ille) minarū est sexaginta, mina autē drachmarū centū. drachma obolorū sex. Sed de minutis postea viderimus, ne quid addubitatū relinquatur. Nūc talentū æstimabimus sexcētis coronatis nostris. hoc est sexagies denis. Denos enī aureos in libras cōstituimus. Hac ratione cētū talēta cēties sexcētos aureos valent, hoc est sexaginta millia, quod promptū est collígere in digitos tantū calculum deducentí. Centies enim quingentí, quinquaginta millia efficiūt, & cēties centū decē millia. Eadē ratione decē talenta sex millia coronatorum valēt. & vigintí duodecim, triginta decē & octo. quadraginta quatuor & vigintí. quinquaginta autē triginta. & mille sexcenta millia. Quod semel dicendū duxi ne lector

Talēti mēntio apud Romanos.

Æstimatio talentí ære nostro.

res posthac æstimãdis summis hęreãt. Ita fit vt quod Gręci quinquagínta talenta argenti dicũt, Romani duodecies sestertiũ dicãt, quę summa sensus est Senatorii, quod ita postea probabimus vt nemo in posterum ambigat. Veniamus ad historicorũ loca. Plutarchus in Cęsare, Circa Pharmacusam insulam a piratis capitur, qui per idẽ tempus nauibus magnis & immẽsis classibus mare occupauerãt. a quibus cũ pro eo redimẽdo vigínti poscerentur talenta, derisit q̃ qualem cepissent virũ, ignorarent: proinde quinquaginta se daturum pollicitus est. Tranquil. in eodẽ Cæsare, Numeratis deinde quinquaginta talentis expositis in littore, non dístulit quin e vestigio classe deducta persequeretur abeuntes. quinquaginta talenta triginta millibus coronatorũ æstimo. Idem Plutarc. Cæsar ex Prætura prouinciam sortitus Hispaniam, cum proficiscenti creditores magnis clamoribus impedimento essent, confugit ad Crassum, qui Romanorũ ditissimus, aduersus Pompeii in Repub. potentiam acri Cæsaris ingenio ac feruore simul egebat. Crasso igitur contra inexorabiles maxime ac importunos credítores octingentorum & triginta talentorũ sponsione interueniente, Cæsar in prouinciam abiit. Hoc perinde est ac si dicam quadringenta & nonaginta octo millia aureorũ quæ Cæsar debebat Crassum fide sua esse iussisse. De quo idem Tranquil. Ex Prętura vlteriorem sortitus Hispaniam, retinẽtes creditores interuẽtu sponsorũ remouit. Appianus in. ii. bel. Ciuiliũ. Cęsar deinde in Hiberiam delectus Prætor cum magnã facultatum partẽ ob ambitum ære alieno deuinxisset, huiusmodi verbis vsus esse dicitur, Bis millies & quingẽties centena millia sibi adesse oportere vt nihil haberet. Quę summa ære nostro maior est bis & sexagies centenis millibus aureorum. Huius dicti fides ab exẽplari Gręco petenda mihi videtur. Nam Latinis libris de Græcis traductis fidem posthac non habere constituí, luculentis exemplis cõmonefactus, sed nos hoc viderimus. Græci hunc numerũ sexcentas & vigínti myriadas appellant. Lingua nostra millionem vocat decies centena millia. Hoc si imitari volumus chiliada chiliadum vt Græci dicere poterimus, hoc est mille millenarios vel millies mille. Gręci rursus myriadem vocant decẽ millia: ergo decies centena millia, centũ myriadas dicunt, & mille myriadas centies centena millia. Quod ideo præfandum duximus ne legentes coturbẽtur si vel iis vocabulis aliquãdo vtamur: vel eos auctores citemus qui ea vsurparunt. Plutarchus in Crasso, Apud Romanos omnes cõstat virtutes quas plurimas Crassus habuit, vni⁹ auaritię sordibus obscuratas fuisse. Cuius vitiis clarissimũ testimoniũ prębet magnitudo diuitiarũ quas breui admodũ tẽpore sibi cõparauit. Nam cũ trecenta solum talenta ex paterna hęreditate accepisset, priusq̃ aduersus Parthos exercitũ duceret, septem millium & centũ talentorũ summã coegisse traditur. Cum etiã decimã facultatũ suarũ partẽ Herculi consecrasset, & publicum epulum dedisset populo, ac tres minas in singula ciuium capita contulisset. Harum diuitiarum maximam partem (si verũ proferre licet) ex ciuilibus bellis atq; incendiis cõparauit, calamitatibus publicis ad priuatas vtilitates abutens. Et paulo post enumeratis prędiis quæ & in Vrbe & ruri sectionibus quęsiuerat, Seruos pręterea (inqt) circiter quingẽtos

Aes alienum Cæsaris Dictatoris.

Numerorũ vocabula.

Chiliades & Myriades.

Crassi diuitię male partę.

emit fabrilis artis & architecturę peritos, nec iis tantū ad proprię domus extructionē vsus est, sed ciuib⁹ ædificare volētib⁹ eorꝝ opas mercede locabat, ac simul areę spatiū cuicūq; p arbitrio suo ad ædificādū vēdebat. Cūq; signati argēti maximā copiā & agros mirifice cultos, in iisq; cultorū ingē tē numerū possideret, minimi tñ hęc oia faciēda videbant p̄ maxima turba seruorꝝ quos variis artib⁹ instructos habebat: lectores, scribas, pictores, argētarios, pcuratores, mēsarios, quos ipsemet sūma diligētia curare, dicētib⁹ assistere, pleroscq; etiā docere cōsueuerat. Aiebat em̄ p̄cipuā dñi curā circa seruos esse oportere, cū sint rei familiaris tāq̄ aiata instrumēta. Septē millia & cētū talēta bis & quadragies cētena millia aureorꝝ nostrorꝝ valēt, & sexaginta p̄terea. Quā sūmā si Crassus post decimatas facultates suas, & largitionē populare habuit, qd existimam⁹ eū integris facultatib⁹ habuisse? Qđ si verū est eū in singula capita ciuiū Romanorꝝ ternas mīnas dedisse, vt cētū millia ciuiū fuerint ad donatiuū nomina sua dātiū, minoris trecētis myriadibus. i. tricies cētenis millibus defungi largitione nō potuit. Quare hūc locū suspectū habebā, qđ ad mīnas pertinet anteq̄ Gręcū exēplar vidissem, prę sertim cū circa hęc tēpora censu Romę acto inuenta sint quadringēta sexaginta millia paulo ante ꝓscriptionē Syllanā. Posteavero q̄ Gręcū librū legi, interpretis errorē intellexi. Plutarchus aūt ita Græce scribit, τριακοσίων γὰρ δὲ πλέω κεκτημένος ἐν ἀρχῇ ταλάντων, εἶτα πρὸς τοῖς πολιτέαις ἀποθέσεις μὲν ἰδίᾳ κλεῖ τοῖς δικάζοις, καὶ τὸν δῆμον ἐσιόντες. ξεῖς δὲ μύνας ἑκάστῳ ξωμαίων σιτηρέσιον ἐκ τῆς αὐτοῦ προαχώρ, ὅμως πρὸ ὀλίγ ἐπὶ τάρθος στρατίας, αὐτὸς αὐτῷ δέμενος ἐκλογισμὸν ὁ βσίας, εὗρεν ἑκατὸν ταλάντων τίμημα πρὸς ἑπτάκις χιλίοις, Cū enim ab initio nō plus trecēta talenta possedisset: postea cū ad Remp. administrandā se contulisset interim decimā facultatū suarū Herculi polluxit. epulum priuatim fecit singulis ciuibus Rom. tesserā annonariam triū mensiū dedit. quibus peractis, tamē anteq̄ in Parthos expeditionē suscepit cum rationē census sui iniisset septē mil. cētūq; talētorū æstimationē cōperit. Interpres exēplari decept⁹ mīnas p mēsibus trāstulit. Dixim⁹ supra apud Plinīū legēdū esse de eodē Crasso in agris sestertiū bis millies possedit, Quiritiū post Syllā ditissimus. Siquidē bis millies quinquagies cētena millia aureorū valet. Quare Claudii libertus Pallas, q a Cornelio Tacito sestertii ter millies possessor dicit, vicies & qnquies cētenis millib⁹ Crasso fuisse ditior perhibetur. qđ etiā Plini⁹ satis significauit his verbis, Multos postea cognouim⁹ seruitute liberatos opulētiores, pariterq; tres Claudii principatu, Pallātē, Callistū & Narcissum. Diuitię aūt Narcissi in ꝓuerbiū venisse vidētur, cū Iuuenalis dicat, Nec Crœsi fortuna vnq̄ nec Persica regna Sufficiēt animo, nec diuitię Narcissi, Indulsit Cęsar cui Claudi⁹ oia. Magis id mirū forsitā videri possit quonā modo Demetrius Pōpeii libertus vni⁹ ciuis Ro. qui priuatū fastigiū, aut certe ciuile nō excessit, tātas opes parare potuerit. De quo Plutarchus in Pōpeio ita inqt, Demetrii coniugē qui Pōpeii libertus plurimū apud ip̄m potuerat, quiq; cēsum triū millīū talētorꝝ reliquerat, Pōpeius p̄ter naturę suę mores, nec humane, nec liberaliter habuit. De ei⁹ libertī insolētia & fastu & opibus multa ab eodē auctore alio loco dicūtur. Sed qđ de Cæsare ex Appiano dixerā: id vero vidēdū est, fidem em̄ excedere vide-

Pallas ter mille sestertiū possedit Crasso ditior

Diuitię Narcissi.

Æs alienum Cæsaris Dictatoris.

retur vt ciuis Ro.i. ante Dictaturã bis millies & quĩgẽties æris alieni habuerit. Iã primũ Plutarchus de eo ita inquit, Ad impensas autẽ profusior, breuẽ ac momẽtaneã sibi gloriã tã magnis opib⁹ permutare videbatur, cũ tamẽ re vera paruis amplissima cõpararet. antea vero q̃ vllũ iniisset magistratũ, mille ac trecẽtorũ talẽtũ conflasse æs alienũ dicitur: mãdata deinde illi Appię vię cura, ingẽtes prodegit pecunias: Aedilis. ccc. & .xx. paria gladiatorũ exhibuit. Circa spectacula põpas atq; epulas ꝓfusissimis sumptibus vsus vniuersas superiorũ munificẽtias obliterauit. Quas ob res affectã sibi plebẽ reddidit, vt certatim honores excogitarẽt, quibus paria cũ illo facerẽt. Trãq. de eo loquẽs, Deposita prouincię spe Põtificatũ maximũ petiit nõ sine profusissima largitione. In qua reputãs magnitudinem æris alieni cũ mane ad comitia descẽderet, prędixisse matri osculãti ferẽ, domũ se nisi Pontificẽ nõ reuersurũ. Plutarc. aũt auctor est dixisse eũ matri, Aut Pontificem hodie videbis filiũ aut exulẽ. Quãta autẽ summi Pontificatus esset dignatio, & q̃ opimus eius redditus, ex eo coniici potest, q; Tranq. in Claudio inquit, Postremo etiã sestertiũ octogies pro introitu noui sacerdotii coactus impẽdere, ad eas rei familiaris angustias decidit, vt quũ obligatã ærario fidẽ liberare nõ posset, in vacuũ lege prędiatoria vęnalis pepẽderit. Si emm̃ pro sacerdotio vno Claudius tãtũ cõferre nõ dubitauit, quid existimamus de Pontificatu maximo qui caput erat omniũ, vt est hodie, & quẽ principes ipsi assumere solebãt, vt ex nomismatis apparet. Idẽ Tranq. in Cæsare, Crassum Pompeiũq; in vrbẽ prouincię suę extractos, cõpulit vt detrudẽdi Domitii causa Cõsulatũ alterũ: peterẽt, perfecitq; per vtrũq;, vt in quinquẽniũ sibi imperiũ prorogaretur. Qua fiducia ad legiones quas a Rep. acceperat, alias priuato, alias publico sumptu addidit. Idẽ alibi, Egit cũ Tribunis plębis Collegã se Põpeio destinãtibus, id potius ad populum ferrẽt, vt absenti sibi & quãdocũq; imperii tẽpus expleri cœpisset, petitio secũdi Cõsulatus daretur, ne ea causa maturius & imperfecto adhuc bello decederet. Quod vt adeptus est, altiora iã meditãs, & spei plenus, nullum largitionis aut officiorũ in quẽq̃ genus publice priuatimq; omisit: forum de manubiis incohauit, cuius area super sestertiũ millies cõstitit: mun⁹ populo epulũq; ꝓnũciauit in filię memoriã, quod ante eũ nemo fecit. Quorũ vt q̃ maxima expectatio esset, ea quę ad epulũ pertinerẽt, q̃is macellariis oblocata, etiã domesticatim apparabat. Et paulo inferius, Legionibus stipẽdiũ in perpetuũ duplicauit, frumẽtũ quotiẽs copia esset, etiã sine modo copiaq; prębuit, ac singula interdũ mãcipia & prędia viritim dedit. Et rursus inferius, Tũ reorũ obæratorũ aut prodigę iuuẽtutis subsidiũ vnicũ ac potentissimũ erat. Hęc & huiuscemodi alia etiã si post Prętura Hispaniẽsem cõtigerũt, tamẽ eo pertinẽt, vt intelligamus Cæsarẽ ingenio admodũ profuso ac magnifico fuisse, & quod nõ nisi summa appeteret. Eiusdẽ generis sunt quę sequũtur apud eũdẽ auctorẽ, Mũditiarũ lautitiarũq; studiosissimũ multi prodiderũt, villã in Nemorensi a fundamẽtis incohatã, q; nõ tota ad animũ ei responderet, totã diruisse, q̃q̃ tenuẽ adhuc & obæratũ. Et iterũ alibi, Ante alias dilexit Marci Bruti matrẽ Seruiliam, cui & primo suo Cõsulatu sexagies sestertiũ margaritã mercatus est. Quod hic dicitur

Pontificatus Maximus.

de margarita ſexagies ſeſtertiũ empta, fidem facit dicto Pliniano de margarita Cleopatræ centies ſeſtertiũ æſtimata, id eſt aureis ducẽtis quinquaginta millibus. Ego cũ inquirerẽ an id verũ eſſe potuerit, ſic ratione ducebam, Dotem omnẽ margaritarũ (vt Plinius inquit & gẽmarii noſtri cõfirmãt) in candore, in magnitudine, in orbiculari forma, in lęuore & põdere eſſe ſcimus, candorẽ noſtri nitorẽ Indicũ intellígũt. Quare in vnionũ indicatione omnia hęc obſeruãt. Cũ hęc proderẽ percũctatus ſum a gemmario quodã primi nominis mihi familiari, quẽ vidiſſet vnã̃ precioſiſſimũ vnionem, quantũ pendere meminiſſet. Cũ de hoc verba faceremus, & ille tricenarios ſe vidiſſe reſpõdiſſet, idq; vt memorable in pręcipua bonitate commemoraret, ſuper ſermonẽ aduenit gẽmarius alter qui dixit pridie ſe vnũ tenuiſſe quadraginta ceraria pendentẽ. Hoc enim verbo in gemmis appẽdendis vtũtur, quod infra a nobis exponetur. Is igitur cũ rei pernoſcendæ cupidũ me videret, ait ſe poſtridie mihi eũ oſtẽſurum in manibus incluſoris aut vaſcularii, qui illigãdum eũ monili cõduxerat. Ea die ad conſtitutã horã nõ affui, tertio die cũ veniſſem ad eum, cõperi ab incluſore reddítum, cæterum eum eſſe in dactylotheca principali, tribus aureorum millibus emptum, auellanę magnitudine, orbiculatum, eximię pulchritudinis, põdere (vt dixi) quadragenarium. Ab alio gemmario audiui, quo etiã familiariter vtebar, vnã ſe margaritam tenuiſſe, exquiſita bonitate, pondere tricenariam, quatuor millibus aureorũ emptam a duce Borboniana Ludouici Regis vndecimi filia, viragine cordatiſſima eadem & magnificentiſſima, ſocru ducis Borboniani: qui hodie in eo genere principũ multoq; opinione cenſetur quos ſapientiſſime Homerus Amymonas appellabat, ſignificare volẽs ita omni reprehẽſione maiores, vt ne naſuti quidẽ homines rhoncos liuoris improbi plenos exhalare ſoliti, & ipſe deniq; Momus aliquid in eis improbarent. Sed Plinius de vnionibus loquens, Pondus (inquit) ad hoc æui ſemunciæ pauci ſingulis ſcrupulis exceſſere. Hoc pondus ſex & octoginta ceratia, & beſſem ceratii æquat, cum in vncia centũ & ſexaginta ſint ceratia, & vigínti in drachma. Non mirũ eſt igitur ſi vnio omnis æui maximus & omni dote bonitatis præſtantiſſimus, tanti ea ætate æſtimatus eſt, quæ mundus auro & argento exuberabat, vt ex ſequẽtibus liquido docebitur. Plinius lib. xxxvii. de Adamante loquẽs ita inquit, Proximũ apud nos Indicis Arabicíſq; margaritis preciũ eſt, tertia auctoritas ſmaragdis perhibetur, pluribus de cauſis. Hactenus Plinius. Ex cuius verbis iutelligimus margaritam in ordine gemmarum adamanti tãtũ cedere, licet hoc tempore vix quartæ ſit auctoritatis. Idem tamen lib. ix. Principium ergo (inquit) culmenq; omniũ rerum precii margaritæ tenent, Indicus has mittit oceanus. Ergo cũ eo tempore vnionũ inter gẽmas prima aut certe ſecũda eſſet indicatura, tuncq; rerũ precia ad ſummũ licitationis excreuiſſent, & ille Cleopatrę vnio põdere altero tãto pręſtaret quẽ precioſiſſimũ memorię noſtrę vnionẽ gẽmarũ inſtitores meminerũt, atq; eo ãplius ſcruplo, nõ abhorrere a fide puto tãti æſtimatũ eſſe: ſimul q; omnibus numeris cõmendationis abſolutus erat, ſimul q; ad culmen probationis & primatum peruenerat, & ita inclaruerat fama, vt natura ſpecimen ſui feciſſe in dua-

Margarita Cleopatrę & altera Seruiliæ.

De vnionib⁹

Amymones.

Ordo gẽmarum auctoritatis.

Animaduertenda ratiocinatio.

bus margaritis exiſtimaretur, vt ex Plinio apparet. Huius precii ratio ſic arbitror iniri poteſt. Quum ex illo gemmario quærerem quãti ex formula æſtimaretur plurimo margarita quæ pondere quaternaria, & bonitate prima eſſet, triginta (inquit) aureis eiuſmodi emptã vidimus. Quid octonariam (inquã) eiuſdẽ notæ quanti æſtimares? Ait minimũ ducentis. Cum vlterius rogitando per acceſſiones pergerem, ita reſpondit vt intelligerẽ acceſſionem precii deinceps ex pondere non numero, ſed proportione fieri, vt quomodo duplicãdo pondere ſupradicto octonaria margarita paulominus ſeptuplex quaternarię æſtimatione facta eſſet: ſic in duodenaria & vicenaria & vlterioribus maiore deinceps maioreq; ſurſum verſus incremẽto preciũ augeſceret. Qua ratione ſi precium Plinianę illi ſtatuamus, in immenſum quoddã preciũ abibit taxatio. Maius fortaſſe miraculum ſit Cæſarem centum quinquaginta millibus vnionem vnũ emiſſe, vt adulterę donaret. De quo Trãq. ita ſcribit (vt ad rem redeamus.) In primo Cõſulatu tria millia pondo auri furatus e Capitolio tãtũdẽ inaurati æris repoſuit: ſocietates ac regna precio dedit, vt qui vni Ptolemæo prope ſex millia talentorum ſuo Pompeiiq; nomine abſtulerit. Hęc Tranq. auctoritas fidem facere poteſt iis quæ a nobis paulo ante dicta ſunt. Plutarchus de eodem loquẽs, Inter hæc (inquit) res Gallica maxime Cæſarẽ extulit, qui in remotiſſimis locis cũ eſſet, bellaq; aduerſus Belgas Britannosq; conſereret, aurũ argentũq; ſpolia cęterasq; diuitias ex hoſtibus partas (tanta horum aderat copia) magno numero Romam miſit, horum deinde largitionibus animos ciuiũ tentãs, Aedilibusq; ad ſpectacula tribuẽs, Prætoribusq; atq; Conſulibus eorũq; vxoribus donãs multos ſibi allexit. Quare in reditu ſuperatis Alpibus cũ ad ciuitatẽ Lucanam hibernaret, virorũ & matronarũ magnũ numerũ eo acceſſiſſe memorãt, cũ plauſu lętitiaq; ingẽti ſeſe offerentium. Conſulares viri eo profecti ſunt ducenti, inter quos Pompeius & Craſſus fuere. Proconſulũ quoq; ac Prætorum centũ & vigínti faſces ante Cæſaris fores inſpecti, alios autẽ omnes ſpe doniſq; repletos Cæſar dimiſit, cũ Craſſo autẽ & Põpeio fœdus iniit. Idẽ in Pompeio, de initiis ciuilis belli loquẽs, Cæſar (inquit) validius tũ rebus imminebat. Qui cũ nõdum longe Italiam attigiſſet, ſedulo ad vrbẽ deſtinabat milites vt comitiis adeſſent, multos illic tũ ciues pecuniis allicięs, multos etiã primorũ muneribus demulcens. Inter quos Paulus Conſul ob mille & quingẽta talenta mutatus eſt, & Curio Tribunus plębis ingẽti ære alieno liberat⁹ eſt. Hactenus ille. Ecquis eſt igitur qui animo cõcipere poſſit tãtã corruptoris munificẽtiã, qui alterius tãtũ Cõſulis fauorẽ nõgẽtis millibus aureorũ redimere nõ dubitarit, q̃q̃ maior illa fuit Curionis merces qui ſexcẽties ſeſtertiũ æris alieni habuit, vt auctor eſt Valerius lib. ix. Ob illas rapinas Gallicas emanauit illud trimetrũ iambicũ Catulli, Quis hoc poteſt videre, qs poteſt pati Mamurrã habere q̃d comata Gallia habebat, & cuncta vltima Britãnia? Eo ne nomine Imperator vnice fuiſti, in vltima occidẽtis inſula, vt iſta veſtra diffututa mẽtula ducẽties comeſſet aut trecẽties? Quo ex loco ſatis coniicere eſt ingẽtẽ eſſe ſũmã trecẽties ſeſtertiũ, quo Catullus Mamurrã Pręfectũ fabrũ Cæſaris locupletatũ eſſe a Cæſare ſpoliata Gallia

Vnio Sertilię datus. Rurſus ad Cæſarem redit.

Animoſiſſimus cotruptor. Curionis æs alienum.

Mamurra.

& Britãnia cõquerítur. De quo Plín. líb. xxxvi. ſic ínquit, Primũ Romę pa rietes cruſta marmoris operuiſſe totius domus ſuæ in Cęlio mõte Corne lius Nepos tradit Mamurrã Formiis natũ Pręfectũ fabrũ Caii Cęſaris in Gallia. Neq; indignatio ſit tali auctore inuenta re. Hic nãq; eſt Mamurra Catulli Veronẽſis carminibus proſciſſus: quẽ, vt res eſt, domus ipſius cla rius q̃ Catullus dixit habere quicquid habuiſſet Comata Gallia. Quibus verbis Plín. ingẽtẽ luxũ ædificii ſignificauit qđ Cæſaris & Mamurrę rapi nas nõ modo prę ſe ferre, ſed etiã clamitare videbatur voce late exaudibili.

Lucullus.

Bibliotheca Lucullí.

Memorabi lis luxus Lu culli.

Agẽ quid de Luculli diuitiis exiſtimare poſſumus, qui cũ Reip. infenſus priuatę vitę ſe dediſſet, ædibus & Prętoriis extruẽdis, hortis & cœnatio nibus amœniſſimis incredibili ſumptu paratis, & bibliotheca inſigni vtri uſq; linguę libris referta, atq; omnibus obuia & patẽti, opes bello quęſitas cõterere nõ potuit, cũ interim quotidiano epularũ apparatu in prouerbiũ prope venerit? Vnũ de eo dictũ Plutarchi referemus quod eſt in hãc ferme ſententiã. Quodã die (inquit) cũ Cicero & Põpeius Lucullũ in foro ſedẽtẽ ocioſumq; offendiſſent, eo ſalutato dixerũt ſeſe apud eũ eo die cœnatutos, ea demũ cõditione, vt nihil ad ſolitã cœnã eorũ cauſa adderet. Quo primũ recuſante, cœnãq; in diẽ poſterũ reiiciente, illi ſeſe dicere neq; diem alium conſtituturos, ac ne poteſtatẽ quidẽ illi facturos, vt ſeruis aliquid in aurẽ imperaret. Hic Lucullus deprenſum ſe videns, id tandẽ orare eos inſtitit, vt vel eorum venia ſibi liceret palam vni ex ſeruis dicere ad Apollinis eo die ſe cœnaturũ: erat autẽ Apollo triclinii aut cœnationis nomen, & or dinatas ille ita cœnationes habebat. vt taxata cœnarũ ſũma vnicuiq; loco eſſet. Eo igit᷑ audito famuli qd agi ille vellet gnari, cœnã cõtinuo appara rũt impẽdio quinquaginta milliũ, & tãta celeritate & lautitia epularũ, vt Põpeius & Cicero cõſtupeſcerent. Quinquaginta millia nũmũ, mille ac du cẽtos quinquaginta aureos valẽt. In Plutarcho tñ Greco hęc verba legũ tur, ἐώδει δὲ δεῖπνον ἓν τοῖς ἀπόλλωνι τέτταρα μυριάδων. Solebat autẽ cœnare in Apol line quinq; myriadibus, hoc eſt quinquaginta millibus drachmarum, quę quinq; millibus aureorũ a nobis æſtimantur & ducentis ſeſtertiis. Huiuſ modi multa a Plutarcho referũtur, fidem omnino excedẽtia ſi ex præſenti ſeculo æſtimentur. Athenęus lib. xii. de iis loquens q luxu & delitiis olim celebres fuerũt. Νικόλαος δὲ ὁ περιπατητικὸς ἓν τῇ δεκάτῃ καὶ εἰκοστῇ τῶν ἱστοριῶν, λούκουλλόν φησιν, ἀφικόμενον εἰς ῥώμην καὶ θριαμβεύσαντα, λόγον τε ἀποδόντα τοῦ πρὸς μιθριδάτην πολέμου, δεξαμένου εἰς πολυτελῆ δίαιταν ἐκ τῆς παλαιᾶς σωφροσύνης. τυφῶς τε πρῶτον εἰς ἅπαν ξωμαίοις ἡγεμόνα χρεών, καρπωσάμενον δυσὶ βασιλέοιν πλοῦτον μιθριδάτου καὶ ἀγχάνου. Nicolaus (inquit) peripateticus in decimo & viceſimo hiſtoriarum tradit, Lucullũ cũ Romã poſt expeditionẽ Pontică rediiſſet, & ex eo bello triũphaſſet, ratio nes ad ærarium rettuliſſe ob eius pecunię adminiſtrationẽ. Quo facto ſe abrupta licẽtia ad vitã ſumptuoſam & elegantẽ ex ciuili & priſca fruga litate Romanorũ contuliſſe. Idq; exẽplũ Romanis prodidiſſe, vtpote qui duorum regum opulentiã in cenſum ſuũ vertiſſet, publica victoria ex Mi thridate ac Tigrane parta ad priuata cõmoda vſus. Ex quibus verbis intel ligimus vt & ex locis plurib⁹ Ciceronis orationũ, Imperatores Romanos rationes qdẽ ſpecioſas ad ærariũ referre ſolitos, ſed ita tñ vt reliquorũ lu

culẽta fragmẽta apud ſe retinerẽt. Ne minimum igitur Gallicarum rerum diſpẽſatorib⁹ tãq̃ viris ingenioſis & ſolertib⁹, publica fama plaudat: ſemp eñ huiuſcemodi fuerũt qui ex publicis actib⁹ imodice creſcerẽt, vt Athenis Pericles & Phalereus. Varro lib. iii. de Re ruſt. de piſcinis Lucullí loquẽs, Cõtra ad Neapolim L. Lucullus poſtq̃ perfodiſſet montem, ac maritimum flumẽ immiſiſſet in piſcinas quę reciprocæ fuere, ipſe Neptuno non cederet de piſcatu. In Baiano aut Ardeæ tanta ardebat cura vt architecto permiſerit, vt ſuã pecuniã conſumeret, dũmodo produceret ſpecus e piſcinis in mare, obiectaculo quo ęſtus quotidie ab ortu lunę ad nouã proximã introire ac redire rurſus in mare poſſet, ac refrigerare piſcinas. Columella lib. ix. Attamẽ iiſdẽ temporib⁹ quibus hãc memorabat Varro luxuriẽ, maxime laudatur ſeueritas Catonis, qui nihilomin⁹ & ipſe tutor Luculli, grãdi ære ſeſtertiũ millium quadringentorũ piſcinas pupilli ſui vẽditabat. Tũ enim celebres erant deliciæ popinales, cum ad mare deferebantur viuaria: quorum ſtudioſiſſimi velut ante deuictarũ gentium Numãtinus & Iſauricus: ita Sergius Aurata & Licinius Murena captorũ piſcium lætabantur vocabulis. Macrobi⁹ lib. iii. Satur. Piſcinas autẽ q̃ refertas habuerint precioſiſſimis piſcibus Romani illi nobiliſſimi principes L. Philippus & Hortenſius, quos Cicero piſcinarios appellat, etiã illud indiciũ eſt, q̃ M. Varro in lib. de Agricultura refert, M. Catonẽ qui poſt Vticę periit, cũ hæres teſtamẽto Luculli eſſet relictus, piſces de piſcina eius quadraginta millibus vendidiſſe. Locus autẽ Ciceronis a Macrobio ſignificatus legitur lib. primo ad Atticũ his verbis, Sed poſteaq̃ primũ Clodii abſolutione leuitatẽ infirmitatẽq; iudiciorũ perſpexi, tũ autẽ beatos hoies (hos piſcinarios dico tuos) nõ obſcure nobis inuidere, putaui mihi maiores quaſdã opes & firmiora pręſidia eſſe quęrẽda. Pli. lib. ix. Eadẽ ętate prior L. Murena reliquorũ piſciũ viuaria inuenit, cuius deinde exemplũ nobilitas ſecuta eſt, Philippus, Hortẽſius, Lucullus: excíſo etiã mõte iuxta Neapolim maiore impẽdio q̃ villã ædificauerat: Euripũ & maria admiſit. Qua de cauſa magnus Põpeius Xerxẽ togatũ eum appellabat, quadraginta ipſius piſcinę a defuncto illo vęniere piſces. Ex antiquo tamẽ melius legitur. XL. ſeſtertiis e piſcina defuncto illo vęniere piſces. Quare apd̃ Col. nõ milliũ quadringẽtorum, ſed quadraginta legendũ videtur: quod tamẽ idẽ auctor grãde æs appellauit. Nos mille aureis eã ſummã taxamus. Idem Pli. lib. eodẽ, Murenarum viuariũ priuatim excogitauit C. Hirius ante alios, qui cœnis triũphalibus Cęſaris Dictatoris ſex millia numero murenarũ mutua appẽdit: nã permutare quidẽ precio noluit, aliave merce. Huius villã inter q̃ modicũ XL. millibus piſcinę vẽdiderunt. Hoc dictũ Plinii eo pertinet quod ſupra diximus de magnificẽtia Cęſaris. quantũ eñ ęſtimamus reliquarũ epularũ apparatũ fuiſſe, cũ murenæ ſex millia numero fuerint, q̃uis vęnales tot reperiri nõ poſſent? Verũ ille locus Plinii emendãdus eſt partim ex vetuſtis in quibus ita legitur, Huius villã intra q̃ modicũ. XL. piſcinę vẽdiderũt (mille autẽ adiectitiũ verbũ eſt) partim ex Varrone & Macrobio. Varro libro ſupradicto, Illæ autẽ maritimæ piſcinæ nobiliũ potius eximaniũt marſupiũ q̃ replent. Primum enim ædificantur magno, ſecundo implentur magno,

Piſcinæ.

Piſcinari

tertio aluntur magno. Hirius circũ piſcinas ſuas ex ædificiis duodena mil lia ſeſtertiũ capiebat: eam omnẽ mercedem eſcis, quas dabat piſcibus cõſu mebat. nec mirum. vno tempore enim memini hunc Cęſari ſex millia mure narũ mutua dediſſe in pondus, & propter piſcium multitudinẽ quadragies ſeſtertio villam væniſſe: duodena ſeſtertia Varro magnũ ſumptũ vocauit, nos trecẽtis aureis æſtimamus. ſic igitur locum Plinii lego, Huius villam intra q̃ modicã quadragies piſcinæ vendiderũt, id eſt centum aureorũ mil libus. Villã intra q̃ modicã intelligo minorẽ etiã mediocri. hoc enim mo dica ſignificat, quod notius eſt q̃ vt exempla requirãtur. Verum huius emẽ dationis Macrobium auctorẽ habeo, cuius hęc verba tranſcribẽda duxi ex libro ſupradicto, Auctor eſt Plinius C. Cęſarẽ Dictatorẽ cum triũphales cœnas populo daret, ſex millia murenarũ a C. Hirio ad pondus accepiſſe: huius Hirii villam, q̃is non amplã aut latam, conſtat propter viuaria quę habuit quadragies ſeſtertium vænũdatã. Sic autem intra q̃ a Plinio dictum eſt, vt ſupra q̃ & extra q̃ dicuntur ab auctoribus & infra q̃. Cicero, Stoma chi autem partes quę ſunt infra q̃ cibus deuoratur, dilatantur: & arteria a ſpera oſtium habet adiunctũ linguę radicibus paulo ſupra q̃ ad linguã ſto machus adnectitur. Hic locus admonere nos debet q̃ Plinius corruptus ſit in huiuſmodi rerum deſcriptione, vt antea diximus. Subiungã nũc aliqua eodem pertinentia quo illa præcedentia. Plinius lib. x. Pauonẽ cibi gratia Romæ primus occidit orator Hortẽſius adiiciali cœna ſacerdotii: ſagina re primus inſtituit circa nouiſſimũ Piraticũ bellum M. Aufidius Lurcho, exq; eo quæſtu redditus is ſexagena millia ſeſtertiũ habuit. Varro libro ſu pradicto, Ex pauonibus M. Aufidius Lurcho ſupra ſexagena millia nũmũ in anno dicitur capere. Quod Varro nummũ Pli. ſeſtertiũ dixit. ne de hoc poſtea dubitetur quod antea diximus, nummũ & ſeſtertiũ idẽ fuiſſe Roma nis. Quonã modo aũt villatica paſtio ſexagena millia quotãnis reddere vno nomine, id eſt pauonũ ſagina potuerit, docet Varro his verbis, Primus hos Q. Hortẽſius augurali adiiciali cœna poſuiſſe dicitur, quẽ multi ſecuti ci to precia eorũ extulerũt, ita vt oua eorũ denariis q̃nis vęneãt, ipſi facile q̃n quagenis, grex cẽtenari⁹ facile quadragena millia ſeſtertiũ reddat: vt qui dẽ Albuti⁹ aiebat, Si in ſingulos ternos exigeret pullos p̃fici ſexagena poſ ſe. Idẽ paulo ſuperius, Hi ad cõſtituẽdos greges parãtur bona ętate, & bo na forma: paſcunt' oñe genus obiecto frumẽto maxime hordeo. Itaq; Sei⁹ his dat ī mẽſes ſingulos, hordei modios ſingulos. Ita vt fœtura det vberi⁹ & anteq̃ ſalire incipiãt: hic a procuratore ternos pullos exigit, eosq; cũ cre uerint q̃nquagenis denariis vẽdit, vt nulla ouis hũc aſſequat' fructũ. Sexa gena ſeſtertia q̃ndena millia denariorũ valẽt vt diximus: ſi ergo in ſingula capita cẽtenarii gregis ternos pauones reddítus annui ſtatuas, trecentos pullos habebis, quos ſi grãdiores factos & ſaginatos q̃nquagenis denariis vęnũdatos intelligas, quina dena millia denariorũ in ſumma erũt, id eſt q̃n quagies trecẽtena. Rurſus ſexagena millia ſeſtertiũ ęſtimatione noſtra mil le ac quingẽtos aureos valẽt, & q̃nquaginta denarios. i. ſelibrã argẽti q̃nq; coronatis ęſtimare ſolemus. Si igit' trecẽties quinos vel quinquies trecẽ tenos aureos multiplices, mille ac q̃ngẽtos in ſumma inuenies: ita ad nũmũ

Plinii locus. Intra q̃.

Infra q̃. Supra q̃.

Plinii locus.

Pauorũ pre cia.

Nummus & ſeſtertiũ idẽ Romanis.

cõuenit quod de nũmo ac denario ſeſtertíiſq; díximus. Apud Varronẽ men doſe legit, Itaq; ſenis his dãt: pro, Seius his dat. Seianę em̃ villę apud eũ fit mẽtio, & alioqn modius ſex pauonib⁹ in mẽſem nõ ſufficeret, q vix vni ſufficit, vt poſt ea docebimus. Idẽ alibi de villatica paſtione Seii loquẽs, Certe inqt Merula, ibi vidi greges magnos anſerũ, gallinarũ, colũbarũ, gruũ, pauonũ, necnõ gliriũ, piſciũ, aprorũ, cęteræq; venationis: ex qbus reb⁹ ſcriba librarius eius in annos ſingulos plus qnquagínta mil. e villa capere dicebat. Axio admirãte, Certe noſti (inqt) materterę meę fundũ in Sabinis q eſt ad vigeſimũquartũ lapidẽ via Salaria a Roma. Quid ni inqt? Atq; i hac villa q eſt ornithõ, ex eo vno qnq; millia ſcio vęniſſe turdorũ denariis ternis, vt. lx. millia ea pars reddiderit eo anno villæ: bis tantũ q̃ tuus fundus. cc. iugerũ Reate reddit. Quid. lx. inqt Axi⁹? Lx. lx. derides? lx. iquã. Sed vt ad hũc bolũ peruenias opus erit tibi aut epulum aut triuumphus alicuius, vt tũc fuit Scipionis Metelli: aut collegiorũ cœnę, quæ nũc inumerabiles excãdefaciũt annonã macelli: reliquis annis oibus & hãc expectabis ſummã. Quotus enim qſq; eſt annus quo nõ videas epulũ aut triumphũ, aut collegia coepulari? qui nũc innumerabiles intẽdunt annonã. Nõne itẽ L. Albutius homo (vt ſcitis) apprime doctus, dicebat in Albano fundũ ſuũ paſtionib⁹ ſemp vinci a villa? agrũ enim minus dena millia reddere, villã plus vicena. Idẽ ſecundũ mare quo loco vellet ſi paraſſet villã, ſe ſupra centũ millia villa recepturũ. Age nõ Mar. Cato nuper cũ Luculli accepiſſet tutelã, epiſcinis ei⁹. XL. millib⁹ ſeſtertiũ vẽdidit piſces? Ternis denariis, id eſt duodenis nũmis turdos vęniſſe ad epulũ adiiciale dicit, id eſt ære noſtro denis ſolidis turonicis & ſemiſſe. Si igit quinqes duodena millia vel duodecies quina numeres cũ quinq; turdorũ millia fuerint. lx. millia mũmcq; efficies. Turdi apud nos hyeme nõ altiles ſed aucupio capti & cõtinuo occiſi, vęneunt ſummũ ſenis denariolis, id eſt ſolidi ſemiſſe. Florentiæ altiles auiculas comedi adipe oino obeſas, magnitudine alaudę, ſapore admodũ ſuaui, quæ trib⁹ ſolidis noſtris emptitari dicebãtur: ſępe etiã pluris. Verũ hoc adnotãdũ q̃ ager ducẽtorũ iugerũ triginta millia reddere nõ poterat, cũ villatica paſtio. lx. millia vno nomine redderet. Trigínta millia ęre noſtro ſeptingẽtos quinquagínta aureos valẽt. Romanæ luxuriæ rationẽ inire in vniuerſũ ex Plinii verbis poſſumus, qui lib. viii. de ſuib⁹ loquẽs ita inqt, Et adhibet ars iecori fœminarũ ſicut anſerũ: inuẽtũ M. Apitii, fico arida ſaginatis, vel (vt in recẽtioribus lib.) carica a ſacietate necatis, repẽte mulſi potu dato. Neq; alio ex animali numeroſior materia ganeæ: quinquagínta prope ſapores, quũ cęteris ſinguli. Hic Cẽſoriarũ legũ paginę, interdictaq; cœnis abdomina, glãdia, teſticuli, vnluę, ſincipita verrina. Placuere autẽ & feri veſicę. Catonis Cẽſoris orationes aprinũ exprobrãt callũ. In tres tamẽ partes diuiſo apro, media ponebãt lũbos aprinos appellata. Solidũ aprũ Romanorũ primus in epulis appoſuit P. Seruilius Rullus, pater eius Rulli q Ciceronis in Cõſulatu legẽ agrariã ꝓmulgauit: tã propinqua orígo nũc quotidianę rei eſt, & hoc annales notarũt. Ex his verbis intelligim⁹ Plinii tępore ſolitũ fuiſſe ſolidos apros iter fercula epularũ apponere, etiã i quotidianis luxurioſorũ epulis, quod etiã Seneca atteſtat, Sed nihil mai⁹ eſt q̃ ficis ari

Luxuriæ Ro.

dis ſues ſaginare,& mulſum iis obiicere. Huiuſmodi ſues ex viuariis petebantur,quę theriotrophia dicũtur:quale fuiſſe in Laurẽtina villa Hortẽſii oratoris apud Varronẽ legimus. Eodem pertinet porcus Troianus cuius in lege Fannia ſumptuaria mẽtio facta eſt,qui menſis inferebatur aliis animalibus farctus,vt olim equus ille Troianus armatis incluſis grauidus in vrbẽ Troianã illatus eſſe dicit. Sed in verbis Plinii ſupraſcriptis ego duo verba emendãda ſic cenſeo,vt legamus placuere autẽ & feri ſues. Iam Catonis &c. ex vetuſti obſeruatione in quo legitur & feris veſicã. nullibi em̃ vt arbitror,veſicę aprinæ fit mẽtio inter fercula antiquæ luxuriæ. Videamus de mãcipiis Romanis. Plinius lib. vii. Preciũ hominis in ſeruitio geniti maximũ ad hanc diem(quod equidẽ cõpererim)fuit grãmaticę artis Daphnidis Cn. Piſaurẽſe vẽdente,& M. Scauro principe ciuitatis. iii. M. dcc. ſeſtertiis licẽte. Exceſſere hoc in noſtro ęuo,nec modice hiſtriones:ſed libertatẽ ſuã mercati. quippe cum iã apud maiores Roſcius hiſtrio. iii. M. D. Anniã mercaſſe prodatur. Sic in omnib⁹ impreſſis exẽplaribus legitur: in iis etiã quos Hermolaus caſtigãdo Plinio obſeruaſſe ſe dicit. Quo magis mirum eſt Hermolaũ cõniuentibus oculis hęc verba prętermiſiſſe:cum tamẽ eodẽ capite vnum verbũ mutauerit cõtra fidẽ vetuſtę lectionis,in quo ego ei nõ aſſentior. Quomodo autem ſummũ precium hominis ſerui eſſe poteſt tria millia & ſeptingẽti ſeſtertii:cũ Columel. lib. iiii. dicat, de vinitore ſeruo loquẽs, Sed ego plurimorũ opinioni diſſentiẽs precioſum vinitorẽ in primis eſſe cenſeo,isq; licet ſit emptus ſex vel potius ſeſtertiũ octo millibus: cum ipſum ſolũ ſeptẽ iugerũ totidẽ millib⁹ nũmorũ partũ ſit. Quod ſi apud Pli. ſeſtertia genere neutro intelligas,immane erit preciũ:etiã prętereą q̃ latine loquentiũ conſuetudo refragatur,vt alibi diximus. Plutar. in Catone Maiore,Cum Babylonia ſupellex hæreditate ei obueniſſet,vt q̃ primũ vęnũdare tur curauit. Nullã eius villam tectoriũ habuiſſe, nec vllum mãcipiũ vltra mille & quingentas drachmas emiſſe dicit:quaſi non delicatis & formoſis, ſed colonis ac robuſtis ſtabulariis & bubulcis ſibi op⁹ eſſet. Mille & quingentę drachmę ſex millia nummorũ valent. Quod cõuenit cum dicto Columellę,qui ſex vel potius octo millibus vult emi vinitorẽ,quẽ precioſum vocat,id eſt centũ qnquaginta vel ducẽtis aureis noſtris emptũ. Liui⁹ lib. ix. de bel. Macedonico de Cẽſura eiuſdẽ Catonis loquẽs,In cẽſib⁹ quoq; accipiẽdis triſtis & aſpera in omnes ordines Cẽſura fuit. Ornamenta & veſtẽ muliebrẽ, & vehicula quæ pluris q̃ quindecim milliũ æris eſſent,in cẽſum referre viatores iuſſit. Item mãcipia minora annis. xx. quę poſt proximũ luſtrum decem millibus ęris aut eo pluris vęniſſent:vti ea quoq; decies plutris q̃ quãti eſſent ęſtimarẽtur:& his rebus omnibus terni in millia ęris attribuerẽtur. Hęc ęſtimatio maior eſt tribus millibus ſeptingẽtis ſeſtertiis: verũ ex Liuii loco intelligimus nõ impune olim id eſt Cẽſuræ tẽpore fuiſſe iis qui precia rerũ vltra modum intẽdiſſent:propter quod emanauit dictũ illud Plinii in loco ſupradicto eodẽ capite ſtatim poſtverba antedicta,Niſi ſiquis in hoc loco deliderat Armeniaci belli paulo ante propter Tyridatẽ geſti diſpenſatorem,quem Nero. III. C. XXX. manumiſit:ſed hoc precium belli non hominis fuit,tam Hercules q̃ libidinis non formæ Paronetemi

Theriotrophium. Porcus Troianus.

Plinii locus. Precia mancipiorum.

Plinii locus.

ſpadonis Seiano. III.M.D.mercãte a Sutorio Priſco, quã quidem iniuriã lucrifecit ille:mercatus in luctu ciuitatis,quoniam arguere nulli vacabat. Quo in loco Peronetomi libẽtius legerim q̃ Paronetemi: quod quid ſignificare poſſit non video, παρονήτομον fortaſſe nomẽ ſpadoni accõmodatũ quaſi exectis genitalibus etiam infibulatus.Legimus apud Senecã in epiſt.ad Lucillium lib.quarto ſeruos anagnoſtas id eſt lectores literarũ peritos centũ millibus nũmorũ emptos:quod tum maximũ habebatur preciũ. Caluiſius (inquit)Sabinus memoria noſtra fuit diues, hic eruditus videri volebat. Hanc itaq; cõpendiariã doctrinã excogitauit:magna ſumma emit ſeruos, vnũ qui Homerũ teneret,alterũ qui Heſiodũ. Nouẽ prẽterea Lyricis ſingulos aſſignauit. Poſtq̃ hęc familia illi cõparata eſt,ſuaſit illi Satelli⁹ ſtultorũ diuitũ arroſor & quod ſequitur arriſor, vt grãmaticos haberet anale ctos:cum dixiſſet Sabinus centenis millibus ſibi conſtare ſingulos ſeruos, Minoris(inquit)totidem ſcrinia emiſſes.Quin & apud Plinium ipſum eodem in libro de exemplis ſimilitudinũ loquentẽ ita legitur, Toranius M. Antonio iam Triũuiro eximios forma pueros,alterũ in Aſia genitũ, alterum trans Alpes,vt geminos vẽdidit,tanta vnitas erat.Poſtq̃ deinde ſermone puerorũ detecta fraude a furente increpitus Antonio eſt, inter alia magnitudinẽ precii requirẽte(nam ducẽtis mercatus erat ſeſtertiis)reſpõdit verſutus ingenii mãgo, Ob id ipſum ſe tãti vendidiſſe,quoniã nõ eſſet mira ſimilitudo in vllis eodẽ vtero editis.Tranq.de Cęſare,Seruitia recentiora politioraq; immenſo precio cõparauit:& cuius etiã ipſum puderet,ſic vt rationibus vetaret inferri.Proinde vel refragãte exemplariũ fide,hũc locum ita lego,M.Scauro principe ciuitatis,CCC.millibus.DCC.ſeſtertiis licẽte.Exceſſere hoc in noſtro æuo nec modice hiſtriones:ſed libertatẽ ſuã mercati.quippe cum iã apud maiores Roſcius hiſtrio.CCC.L.annua meritaſſe prodatur,vel potius,ſeſtertia quingẽta annua meritaſſe.Nota em̃ ſeſtertii potuit immutari in aliam notã vt alibi ſępe,ſicut tria.iii.in locũ triũ ccc.irrepſerãt.Meritaſſe autẽ verbũ nõ ſine admonitione vetuſti vnius exemplaris lego:quod autẽ ſequitur,Niſi ſi quis in hoc loco deſiderat Armeniaci belli paulo ante propter Tyridatẽ geſti diſpẽſatorẽ,quem Nero.III. CXXX.manumiſit:ſuſpectũ mẽdi habeo,vt fortaſſe cẽties vicies legendũ ſit hoc modo,quẽ Nero ſeſter.cẽties vicies manumiſit:nã in vetuſto.III.C. XX.legit.Seſtertiũ enim antiqui lõguriolis binis & ſemiſſe notabãt, quã notã facile fuit in tria iota decidere.Omnino ſtatuendũ eſt nõnulla etiã cõtra fidẽ quantũuis vetuſtę lectionis emẽdare,cũ argumẽtis ad hoc validis impellimur:vt alibi in eodẽ lib.vbi Plinius exẽpla numeroſę ſobolis ponit. Extat(inquit)in monumẽtis etiam medicorũ,& quibus talia cõſectari curę fuit:vno abortu duo puerperia egeſta.In omnibus libris ſic legi,prẽterq̃ in vno vetuſtiſſimo vbi duo dicit puerperia legit,cũ anxie obſeruarẽ ꝓpter Ariſtotelẽ q duodecim dicit lib.vii.de hiſt.animaliũ, ὅσα γὰρ γενομένης διαφθορᾶς ἢ δέκα, σωέβη ἢ δώδεκα, ἐκπιεσθὲν τὰ ἐμβρυωθέντα, Iam contigit corruptione in locis muliebribus facta, & decem & duodecim ſuperfœtatos partus egeri. Quare hic duodecī puerperia lego.Illud eodẽ i loco magis ſuſpectũ habeo q̃ emẽdare auſim,Quarto partu Dacorũ notaī brachio reddit.Ariſtoteles,

Anagnoſtæ.

Plinii locus:

Seſtertii nota.

ἡδὺ Ἀριστοφανὲς τὴν ποιότητα ἢ τὴν διὰ τριῶν. διὸ ἔχοντός ἄνω σίγμα ἐν τῷ βραχίονι, ὁ μὲν υἱὸς ἐκ γένετο, ὁ δὲ υἱωνὸς ἔχων ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ συγκεχυμένον μέλαν, Iam tale quid aliquando & in tertiam prolem rediit, siquidē habentis inusti puncti notam in brachio, filius sine ea nota natus est: ex eo vero nepos eodem in loco brachii nigritiem quandam confusam rettulit. Plinium autem eo in loco Aristotelē esse secutū facile est vtriusq; auctoris collatione iudicare, vt fortasse nō Dacorum sed vel decorū vel dedecorū legendū sit: pro eo quod Aristoteles stigma dixit. Veruntamen emendationē illam superiorē insigni aliqua auctoritate cōfirmare oportet ne dubitādi argumentū cuiq; relinquamus. Audiamus igitur Macrobiū lib. iii. Satur. de saltatione histrionica & histrionibus ita loquentē, Cęterū histriones non inter turpes habitos Cicero testimonio est. Quem nullus ignorat Roscio & Aesopo histrionibus tā familiariter vsum, vt res rationesq; eorū sua solertia tueretur. Et certe satis cōstat cōtendere eum cum ipso histrione solitū: vtrum ille sępius eandē sententiā variis gestibus efficeret, an ipse per eloquētię copiā sermone diuerso pronū ciaret. Is est Roscius qui etiā Lucio Syllę charissimus fuit, & annulo aureo ab eodē Dictatore donatus est. Tanta autē fuit gratia & gloria vt mercedē diurnā de publico mille denarios sine gregalibus solus acceperit. Aesopum vero ex pari arte ducēties sestertiū reliquisse filio cōstat. Hactenus ille. Mille denarii quatuor millia nūmū valēt, id est centū aureos nostros, quā mercedē si per singulos dies anni accepisse Roscio intelligerem⁹: fieret sūma annuæ mercedis triginta sex millia & quingēti, quę cōputatione Romana sestertiū quater decies & sexaginta millia dicitur. At ea summa tribus partibus maior est ea quam Pli. posuit, id est trecētis & quinquagenis millibus. Quare mille denarios diurnos suspicari possumus Macrobiū intellexisse, ludorū tantum diebus accepisse Roscium. Cicero in ea oratione quam pro Roscio habuit, mercedē publicā Roscio respuisse dicit his verbis, Roscio cur tanti fuerit vt sociū fraudaret causam requiro, egebat? immo locuples erat. debebat? immo in suis summis versabat. auarus erat? immo etiā anteq; locuples, semper liberalissim⁹ munificētissimusq; fuit. Proh deū hominumq; fidē qui. HS. CCCLIII. CCCLIII. CCCLIII. quęstus facere noluit: nā certe. HS. CCCLIII. CCCLIII. CCCLIII. merere & potuit & debuit: is per summā fraudē & malitiā & perfidiā. HS. LIII. appetiit? & illa fuit pecunia immanis, hęc paruula: illa honesta, hęc sordida: illa iucunda, hęc acerba. Cur hi numeri ter legant? nō intelligo: sed. CCCL. M. legēdū puto vt ex trib⁹. iii. fiat. m. Est autē alioqn oratio illa vel orationis fragmentū potius & mutilatū & in numeris suspectū: magnā tamē fuisse mercedē Roscii ex eo intelligim⁹, qđ eodē in loco orationis sequit, Decē his annis proximis (inqt) sestertiū sexagies honestissime consequi potuit, noluit: laborē quæstus recepit, quęstū laboris reiecit: populo Romano adhuc seruire nō destitit, sibi seruire iāpridē destitit. hoc tu vnq; Fanni faceres? sed si hos quæstus recipere posses, nō eodem tēpore & gestum & animā ageres? dic nunc te ab Roscio. HS. LIII. circunscriptum esse, qui tantas & tam infinitas pecunias nō propter inertiā laboris: sed propter magnificentiā liberalitatis repudiarit. Infinitas pecunias Cicero sexagies sestertiū ap

Roscius & Aesopus.

Salariū Roscianū Romę

pellat:nec mirũ cum centum & quinquaginta aureorũ noſtrorũ millia eſſe iã docuerimus.Ergo ſingulis annis ſexcẽta ſeſtertia hoc eſt quindecim aureorũ millia Roſcius merere recuſauit. Quod tũ intelligimus factũ fuiſſe cum diues eſſe cœpit,cum etiam ad extremũ annulo aureo, id eſt Equeſtri ordine donatus ſit a Sylla.Re autẽ acrius penſitata,Plinii dictũ de annuis trecentis & quinquaginta ſeſtertiis vel de quingentis potius, intelligo,de Roſcii mercede in ſeruitute exiſtẽte: ſiquidẽ in eadem oratione Ciceronis legimus Panurgũ ſeruum comœdũ tãti operas ſuas locaſſe, qui Panurgus Roſcii fuerat ſeruus.Sunt hæc verba ex oratione tranſcripta, Panurgũ tu Saturi propriũ Fannii dicis fuiſſe:at ego totum Roſcii fuiſſe cõtendo.Qđ erat enim Fãnii,corpus eſt:quod erat Roſcii,diſciplina.Facies nõ erat,ars erat precioſa:nemo enim illũ ex trunco corporis ſpectabat, ſed ex artificio comico eſtimabat.Illa mẽbra merere per ſe nõ amplius poterant.xii. æris: diſciplina quę erat ab hoc tradita,locabat ſe nõ minus.HS. CCCLIII.Ni hil autem certi cõſtituí poteſt ex illa oratione quã non niſi impreſſam vidi mus.In volumine autẽ antiquo Orationũ Ciceronis legere nobis cõtigit: illa oratio cum duabus aliis deerat.Quantũ tamẽ ex illo fragmẽto colligi poteſt,Panurgus ille comœdus qui cõmunis inter Roſciũ & Fanniũ erat,a Flauio quodã interfectus fuit,qui iudicio dãni iniurię cõuentus,lite trãſactione deciſa.CCCL.ſeſtertia Roſcio dedit pro parte ſua.quare cũ Fãnius partẽ a Roſcio auferre vellet tanq̃ in rẽ cõmunẽ Roſcius trãſegiſſet,Cicero primũ actionẽ Fannii depellere volẽs,Roſciũ ait pro media tantũ parte decidiſſe.quippe qui amplius neminẽ eo nomine petiturũ nõ ſpopondiſſet: deinde etiã cõtẽdit Fãniũ alterũ tãtũ a Flauio abſtuliſſe eodẽ noie,propter quod Pli.nõ fruſtra dixit,Exceſſere hoc in noſtro æuo nec modice hiſtriones:ſed libertatẽ ſuã mercati:aucto enim in immẽſum peculio hiſtrionicis mercedibus,facile libertatẽ quantũuis magno emebãt.Qz ſi quis apud Macrobiũ nõ mille denarios,ſed mille nũmos legat:erit ſumma annuæ mercedis paulo,id eſt quindecim tantũ millib⁹ maior q̃ apud Pli. Vt autẽ denarios mille etiã quotidianos per annũ totũ meruiſſe Roſciũ credã,& nihil in Macrobio mutandũ cenſeã:facit id quod ſequitur, Aeſopũ ex pari arte ducenties ſeſtertiũ reliquiſſe filio. Vt enim triginta tantũ annua aureorũ noſtrorũ millia mereret,oportuit eum duodeuiginti annis vt minimũ artem exercuiſſe,vt ducẽties ſeſtertiũ hęredi relinqueret,plus autẽ quotãnis meruiſſe ex eo cõiecturã facio,q̃ vix annis duodeuiginti vox ꝑdurare potuit ad actus fabularũ:deinde(quod maius eſt argumentũ) inulitato luxu vitã trãſegiſſe dicit. Quare vt tantũ luxurię reſtaret,oportuit eũ maiora multo ſtipendia ac magis opima feciſſe:de quo elogiũ illud extat Plinii lib.x.his verbis,Maxime tamẽ inſignis eſt in hac memoria Clodii Aeſopi Tragici hiſtrionis patina ſexcẽtis ſeſtertiis taxata,in qua poſuit aues cantu aliquo aut humano ſermone vocales, nummũ ex millibus ſingulas coẽptas:dign⁹ prorſus filio a quo diximus deuoratas margaritas.De filio autẽ lib.ix.locutus eſt his verbis,cum Antonii & Cleopatræ mentionẽ faceret, Non ferẽt tamẽ(inquit)hãc palmã,ſpoliabũturq̃ etiã luxuriæ gloria, prior id fecerat Romæ in vnionibus magnæ taxationis Clodius Aeſopi tragœdi fi-

lius:relictus ab eo in amplis opibus hęres(ne triũphatu ſuo nimis ſupbiat
Plinii locus. Antonius pene hiſtrioni cõparatus)& quidẽ nulla ſpõſione ad hoc productus,quo id magis regiũ erat:ſed vt experiret in gloria palati qd ſaperent margaritę. Atq; vt mire placuere,ne ſolus hoc ſciret,ſingulos vniones cõuiuis ad ſorbẽdũ dedit. Quo i loco nõ triũphatu ſed Triũuiratu lego ex vetuſto libro. Docuimus ſupra hãc patinã Aeſopi patris quindecim millib⁹ coronatorũ noſtrorũ ſtetiſſe. Pli. dicit vniones magnę taxationis filiũ cõuiuis ſingulis ſorbẽdos dediſſe. Q; ſi ducẽties ſeſtertiũ:ad id ſufficere potuit: cõiectura aſſeq poſſumus immanẽ eſſe ſummã ducẽties ſeſtertiũ:pręſertim cũ Cicero ſexagies ſeſtertiũ infinitam pecuniã appellauerit. Athenęus lib. xiiii. de quodã Amœbeo citharœdo loquẽs,ita inqt,Mihi vero nihilo iferi or eſſe videt antiquo illo Amœbeo quẽ Ariſteas in lib. de Citharœdis ſcribit Athenis habitaſſe,domũq; ppe theatrũ habuiſſe:cũq; i theatrũ cãtatur⁹ prodiret,talentũ vnum Atticũ in dies ſingulos merere ſolitum eſſe, ὅτι φησὶν ἀριστέας ὁ τῷ πρὶ κιθαρῳδῶν, ὁ ἀθλώσας καρικὸν τὸ, ὃ πλησίον τὸ διάτρυ οἰκοῦντα, ὅτε ἐξέλθοι ἀσόμενος τάλαντον ἀττικὸν τῆς ἡμέρας λαμβάνειν. Qui hoc de citharœdo Athenis merẽte credere ſibi perſuaſerit,quid de Aeſopo & Roſcio Romę credere hęſitabit? cum talentũ Atticum ſexcẽtis aureis noſtris valuerit. Reſtat igitur vt credamus Roſciũ non minus ſex & triginta millibus aureorũ noſtrorũ meruiſſe annua mercede,duntaxat publica,vt in ludis Romanis & Megaleſibus,cõpitalitiis,ſæcularibus,& aliis qui publico ſumptu fiebãt. Nã & priuatis ludis vt funebribus & aliis qui a magiſtratibus priuato apparatu fiebant,multas etiã pecunias meruiſſe eos intelligim⁹. De publicis meminit Iuuenalis Saty. vi. Si gaudet cãtu nullius fibula durat Vocẽ vendẽtis Prętoribus. Exemplum priuatorũ eſt apud Trãquillũ in Cæſ. Edidit ſpectacula varii generis:munus gladiatoriũ & ludos etiam regionatim: vrbe tota, & quidẽ per omnes linguarũ hiſtriones. Ludis Decius Laberi⁹ Eques Ro. mimũ ſuũ egit,donatusq; eſt qngẽtis ſeſtertiis & annulo aureo. Inde illud Iuuen. viii. Saty. Cõſumptis opib⁹ vocẽ Damaſippe locaſti Sipparío, clamoſum ageres vt phaſma Catulli. Idẽ Tranquil. in Auguſto,Feciſſe ludos ſe ait ſuo noie quater:pro aliis magiſtratibus q aut abeſſent aut nõ ſufficerẽt,ter & vicies:fecitq; nõnunq; vicatim ac plurib⁹ ſcenis per omniũ linguarũ hiſtriones. Et poſt paulũ, Ad ſcenicas quoq; & gladiatorias operas & Equitib⁹ Ro. aliquãdo vſus eſt: ſpectãdi voluptate teneri ſe neq; diſſimulauit vnq; & ſępe ingenue profeſſus eſt. Itaq; corollaria & p̃mia alienis quoq; munerib⁹ ac ludis,& crebra & grãdia de ſuo offerebat. Idẽ in Veſp. Ludis per quos ſcena Marcelliani theatri reſtituta dedicabat,vetera quoq; acroamata reuocauerat: Apollinari tragœdo quadringẽta, Tarpeio Diodoroq; citharœdis ducẽta:nõnullis cẽtena. qbus minimũ quadragena ſeſtertia ſup plurimas coronas aureas dedit. Ex dictis liquido apparet vnde Aeſop⁹ tãtæ luxurię ſufficere potuerit:q̃q̃ ante hęc tẽpora fuerit:ſed quibus erat nõ minus ſtudiũ artis hiſtrionicę: & maius fortaſſe, quo magis primo res vrbis Romę populũ huiuſmodi ſpectaculis cõciliare ſibi conabãtur: eo tẽpore quo oia in populi erãt poteſtate. Quantã em̃ eſſe eã munificẽtiã putam⁹, q̃ vnico hiſtrioni vna donatione decẽ millia aureorũ dederit? q̃q̃ Cæſar La-

berio quarta parte plus dedit. Hãc tamẽ Aesopi prodigentiã Apicius ne potinis helluationibus exuperasse dicitur, ob quod in prouerbiũ Apicianę cœnę venerũt. De quo Martialis ĩ.v.Epig. Dederas Apici bis trecẽties vẽ tri: sed adhuc supererat cẽties tibi laxũ. Hoc tu grauatus: ne famẽ & sitim ferres, summa venenum potione duxisti. Quod perinde est ac si diceret, Apici sexcẽties sestertiũ id est quindecies cẽtena aureorũ millia (de nostris semper loquor, iisq; coronatis) inexplebili illa ingluuie helluatus: cum posses adhuc ducẽtis quinquaginta millibus (quod cẽties laxũ appellat) vitã lauto & elegãti victu producere: tamẽ venenũ miser hausisti, ne patrimonio tanto superesses, quod iamiã te deserturũ videbatur. Longe autẽ falsus est in hoc Calderinus, qui bis trecẽties pro sex millibus vel sexcẽtis millibus intellexit: cum septingẽties cẽtena millia Martialis significauerit. Quomodo & alibi in secũdo Epig. Illa illa dives mortua est Secundilla cẽtena decies quę tibi dedit dotis. Millia enim subaudiendũ, vt apud Iuuenalẽ, Et ritu decies cẽtena dabũtur Antiquo. Quomodo idẽ alibi, Optima sed quare Cęsonia teste marito? Bis quingẽta dedit: tãti vocat ille pudicam, id est decies cẽtena millia, quod decies sestertiũ dicitur. Plinius propterea Apiciũ nepotũ omnium altissimũ gurgitẽ appellat lib.x. Phœnicopteri linguam pręcipui saporis esse Apicius docuit, nepotũ omniũ altissimus gurges. Et in.ix.M. Apicius ad oñe luxus ingeniũ mirus. Suidas, Ἀπίκιος μάρκος ὃς διαχεῖ μύριον ὄνομα ἐπί πασωτίᾳ ἢ πολυτελείᾳ, ἱκανὰς μυριάδας ἀργυρίου καταναλώσας εἰς τὴν γαστέρα. Apicius Marcus cuius adhuc nomẽ perdurat in luxũ & inusitatos sumptus insigne: multas argẽti myriadas in ventrẽ absumpsit. Martialis ex Seneca sumpsisse id videtur, qui libro de Cõsolatione ad matrẽ Albinã ita inquit, Apicius nostra memoria vixit qui in ea vrbe ex qua aliquãdo philosophi velut corruptores iuuẽtutis abire iussi sunt: scientiã popinæ professus, disciplina sua sęculũ infecit, cuius exitũ nosse operęciũ est, cũ sestertiũ millies in culinã cõgessisset: cũ tot cõgiaria principũ & ingẽs Capitolii vectigal singulis comessationibus hausisset, ęre alieno oppressus: rationes suas tũc primũ coactus inspexit, superfuturũ sibi sestertiũ centies cõputauit: & velut in vltima fame victurus in sestertio cẽties si vixisset, veneno vitã finiuit. Quãta luxuria erat cui sestertiũ cẽties egestas fuit, immo cũ putat pecunię modũ ad rẽ pertinere? (Sic enĩ lego) Sestertiũ cẽties aliquis extimuit. & quod alii voto petũt, veneno fugit. Hactenus Seneca, Quẽ si secutus est Martialis vt mihi videtur, apud Martialẽ nõ bis trecẽties sed ter trecẽties legi debet. Is Apicius Tyberii tẽpore fuit vt ex nonagesima epistola eiusdẽ Senecę ad Lucillĩũ patet his verbis, Mullũ ingẽtis formę Tyberius Cęsar missum sibi, cũ ĩ macellũ deferri & vęnire iussisset: Amici (inqt) oĩa me fallũt nisi istũ mullũ aut Apicius emerit aut Publius Octauius. Vltra spẽ illi cõiectura processit, licitati sunt, vicit Octauiꝰ, & ingentẽ cõsecutus est inter suos gloriã: cum quinq; sestertiis emisset piscẽ quẽ Cęsar vẽdiderat: ne Apicius quidẽ emerat. Idem Martialis in eodẽ quinto. Infusum sibi nuper a patrono plenum maxime centies Syriscus, in sellariolis vagus popinis circa balnea quatuor peregit. O quanta est gula centies comesse? Admiratur gulam quæ ducenta & quinquaginta millia aureorũ vorare potuerit.

Apicii luxus perditissimi.

Decies centena.

Apicius popinæ professor.

Non omittẽdum videtur id quod a Plinio eodẽ loco dicitur: ſed quia locus ille vulgo corrupte legitur: ideo eum ex animi mei ſententia obſeruatis veteribus libris referã. Aſinius (inquit) Celer e Conſularibus hoc piſce prodigus Claudio principe: vnum mercatus feſter. octo millibus: quæ reputatio aufert trãſuerſum animũ ad contemplationẽ eorum qui in cõqueſtione luxus coquos emi ſingulos pluris q̃ equos quiritabãt. At nũc coci triumphorum preciis parantur & cocorũ piſces: nullusq; prope iã mortalis ęſtimatur pluris q̃ qui peritiſſime cẽſum domini mergit. Meminit Liuius lib. ix. de bello Maced. de triũp ho Manlii loquens, Epulę quoq; ipſę & cura & ſumptu maiori apparari cœptæ. Tum cocus viliſſimũ antiquis mãcipium & æſtimatione & vſu, in precio eſſe: & quod miniſterium fuerat, ars haberi cœpta: vix tamẽ illa quę tum conſpiciebãtur, ſemina erant futurę luxurię. Hęc verba cõgruũt cum Pliniano dicto, qui triumphorũ preciis cocos emptitatos principum Romanorũ temporibus admiratur, cum olim Cato & alii ſęueriores vrbis magiſtratus cõciones queribundas ad populum haberent (quod quiritare a crebra Quiritium appellatione vocatur) ob id quod ineũte luxuria coci iam equorũ preciis pararẽtur. Octo millia nummũ du centos aureos æſtimare ſolemus: verum apud Macrobiũ nõ octo millia legitur ſed ſeptẽ. Aſinius (inquit) Celer vir Conſularis vt Samonicus refert, mullum vnum ſeptẽ millibus nũmum mercatus eſt. In qua re luxuriã illius ſęculi licet æſtimare: q̃ Plinius ſecundus temporibus ſuis negat facile mullum repertũ qui duas pondo libras excederet: at nunc & maioris ponderis paſſim videmus, & precia hęc inſana neſcimus. Hactenus Macrobius. Iuuenalis de hoc dubitãs Saty. iiii. ita inquit, Mullũ ſex millibus emit Aequãtem ſane paribus feſtertia libris, Vt perhibẽt qui de magnis maiora loquũtur. Ita in cõtrouerſia apud auctores duo millia manẽt. Cocũ igitur Plinius antiqua ęſtimatione nõ pluris ęſtimauit q̃ ducẽtis aureis: quãti Columella vinitorẽ vult emi: nõ igitur preciũ hominis maximũ tria millia & ſeptingẽti ſunt ſeſtertii, vt ſupra docuimus: ſed trecẽta mil. Multa huiuſce generis reſtabãt niſi hic liber iuſta iã magnitudine excreuiſſet. Quare hacten⁹ de nũmo ęreo argenteoq; dictũ ſit, quorũ explicationẽ aurea (vt ita dicam) commẽtatio excipiet ampliore ipſa orſu ac teretiore filo ſupradictis attexẽda.

Plinii locus. Preciũ mulli piſcis.

Quirito.

Gulielmi Budæi Pariſienſis, a ſecretis Regis Francię, de Aſſe & partibus eius, Liber Tertius.

Aureus.

LONGVM Iam iter emenſis partim remigio, partim velificatu, cum ſcopulos omneis præteruecti videremur: Plinius nobis manus improuiſus iniecit, ac conſiſtere coactos, etiam propemodũ retro cõuerſis velis inhibuit. Apud quem lib. xxxiii. ſic legitur, Aureus nummus poſt annos. LXII. percuſſus eſt q̃ argẽteus: ita vt ſcrupulũ valeret ſeſtertios vicenos, quod efficit in libras ratione ſeſtertii qui tũc erat ſeſtertios nõgẽtos. Poſthęc placuit. XL. millia ſignari ex auri libris,

paulatímq; príncípes ímmínuere põdus:mínutíſſíme vero ad.XLV.míllía. Sí enim hęc verba emẽdata ſunt,cauſam haud díco quín ſtílum vertere cogar:omníaq; retexere quę magno cum labore adhuc comprobaſſe vídeor. Etením cũ duodenę ſint vncíę ín líbra Romana,& ín vncía,quaterna & vícena ſcrupula:fíunt ín aſſe ſcrupula ducenta octogínta octo:eſt ením ſcrupulũ ducẽteſíma octogeſíma octaua pars aſſís,vt ínquít.Col.Sí ergo ſcrupulum aurí vícenos ſeſtertíos valet,& vícenarío numerũ íllum multíplícemus,fiet ſumma quínq; míllía ſeptíngẽtí ſexagínta ſeſtertíí:quíb⁹ ſi ſemunciã addamus,vt ſit líbra cẽtenaría quã ante inſtítuímus,fient ſex míllía ſeſtertíum:ſiquídẽ quatuor drachmę,id eſt ſemũcía.XII.ſcrupula valent,quę vícíes multíplícata ducẽtos quadragínta efficíunt:ita fíunt ſeſtertíí ſex míllía,vel denaríí mílle & quíngẽtí ín aurí líbra,quæ ratío prorſus cũ Plínía no díćto díſcrepat.Deínde quod ſequtur,Poſt hęc placuít.XL.míllía ſignarí ex aurí líbrís,quonammodo explícarí poteſt?Nam ſi nõgentí ſeſtertíí ín líbra,quonammodo.XL.míllía?q; ſi míllía ærís íntellígere líbeat, nõ ídeo magís negocíũ procedet:cum.XL.míllía ęrís ſedecím míllía nummum valeãt. Et ea ratío quam ſequímur.XV.míllía ærís aurí líbrã valere depræhendít:ſiquídẽ aurí ſcrupulũ vícenís ſeſtertíís valet.In hoc modo díſſoluẽdo cum díu ęſtuarím níhíl cõmíníſcí potuí quo locũ hunc certo reſtítuerẽ. Morẽ autẽ antíquís fuíſſe nouímus,vt non modo numeros notulís ſígnífícarent exarandí cõpendía ſectantes,vt nos quoq; facímus:ſed etíã vt denaríos & ſeſtertíos & ſeſtertía propríís quodq; notís ſcríberẽt. Príſcian⁹ etíã íllas ín Verrínís Cíceronís ad tempora ſua extítíſſe teſtatur.Q̃q̃ Príſcíaní opuſculũ íllud de numerís & põderíbus eſſe non puto vt antea díxí. Lubrícã autẽ ſcríbendí ratíonẽ íllam notulariã fuíſſe ex eo cõíícere poſſumus, q; mílle per.M.purã ſcríbebãt: & per eãdẽ líterã ſíngulís apoſtrophís hínc & índe círcunſcríptã,decẽ míllía:eaq; rurſus ſic multíplícabãt per apoſtrophos,vt centum míllía ſígnífícare volentes,í líteram vnítatís notam ternís vtrínq; apoſtrophís cíngerẽt.Apoſtrophus autẽ dextera,ſímílís eſt omníno líterę.c.quę tertía eſt ín alphabeto,qua numerus cẽtenaríus,vt nunc,ſic olím notabatur.Ita facíle fuít vel duas vel tres apoſtrophos pro duobus aut tríbus .c.fallere íd eſt pro ducẽtís & trecẽtís:apud eos quídẽ quí ratíonem numerorũ antíquarıã ígnorarẽt.Q̃q̃ & ís auctor ſíue Príſcíanus ſíue alí⁹ fuít,parũ ſíbí cõſtare vídeat ín íís notulís declarãdís.Iã apud Valeríũ Probũ.x. lítera quæ tertía eſt a fíne alphabetí noſtrí:nota eſt denaríí nũmí, addíta tamẽ a dextro latere vírgula trãſuerſa:eadẽq; lítera pura, íd eſt ſíne vírgula,nota eſt decẽ míllíũ.Apud Príſcíanũ autẽ vtrínq; apoſtropho círcumſcripta.Idem Probus addít quãlíbet numerorũ fígurã:ſí eí præponatur línea ex trãſuerſo dírecta,tot ſígnífícare míllenaríos quot p ſe ac pura vnítatũ nota eſt,vt verbí gratía,í mílle &.v.quínq; míllía &.x.decẽ míllía, & ítidẽ alías líteras.Id quod míhí tractũ a Gręcorũ more vídetur. Quare ſímíle verí eſt numeros antíquorũ auctorũ ad noſtrã ætatẽ magna ex parte corruptos peruenıſſe,quí quídẽ notís ſcríptí fuerũt.Líbrarıorũ ením ígnoratíę & ſępíus íncurıę acceſſít emendatorũ vel temerítas vel hallucínatío: qualís eſt ílla apud Tranq.de cenſu Senatorío quam antea adnotauímus.

Notæ numẽrorum antíquæ.

labefactatã esse exemplarium Plinianorũ fidem lectores merito iudicare possint, qui hęc & huiuscemodi alia toto hoc opere sparsa, accurate perpenderint: nec vnius aut altèrius loci auctoritate rebus cõtestatissimis fidẽ derogandã esse: q̃q̃ dictum Plinii supradictũ huiusmodi est, vt res ipsa & mutilatum & corruptũ esse locum clamitet, cum eius loci mẽbra mutuo collidantur. Si enim auri scrupulum vicenis sestertiis valuit: quonam tandem modo in libra sestertii tantum nongenti? sed sint sane nongenti in libra sestertii, qui igit̃ fieri potest vt a noningẽtis ad .XL. millia peruentũ sit? Quare relinquetur vt Plinius hoc in loco suo sibi testimonio refellatur & concidat. In vno veneradę vetustatis libro ita legebatur, Quod efficit ī libras ratione sestertii qui tunc erãt .D. nongẽti: post hęc placuit .X.XL. signari ex auri libris, ex quo cõficio non millia .XL. sed nũmos Pli. reliquisse scriptũ, & locũ mutilatũ post verbũ sestertii. In omnibus enim libris antiquis erat pluraliter legitur, &.XL. signari nõ .XL. millia. q̃ autẽ ancipites notę fuerint inter nũmos & millia patuit ex supradictis. Nec eo tamẽ pertinet lõga hęc disputatio vt veritatis assertionẽ in hoc loco positã putem, aleãq; huius operis in hoc vno cardine verti. Nec enim vsqueadeo exilibus argumentis nixus sum, vt si Pli. ipse reuiuiscat, & hunc locũ agnoscere velit ita vt lectitatur, aut si dies olim forte autographũ Plinii, aut eius ętatis volumẽ ęquale protulerit (vt id fieri posse credamus) non ipli etiã Plinio iudicẽ ferre ausim vniuersam antiquitatẽ ni hoc perperã ac falso scriptũ sit, vt & alia quędam quę postea dicẽtur. Dixi supra argentea me nomismata Romanorum diligẽter expendisse, vt id quod ratiocinatione & auctoritate vetusta colligebam: reapse quoq; cõprobarem. In auro itidem faciendũ quũ statuissem, quatuor & viginti nomismata (tot enim aurea eoq; plura habebã) in altera lance posui. Et ex aduerso sex vncias nostras statui. Quo facto cum leuius aurũ esse inuenirẽ grossulorũ duorũ additamẽto cũ pauculis minutiis rem ad æquilibriũ perduxi. has minutias nostrates grana vocant: nos momenta latine appellare possumus: hæc quatuor & viginti sunt in denario nostro, quod scrupulũ latine vocitatur. Quomodo enim in vncia latina quatuor & viginti sunt scrupula, sic in nostra quatuor & vigiti denarii: & vt drachma tria scrupula pendet, sic grossus tres denarios. Verũ hæc nomismata cum singillatim pensitarẽ, in iis fuerunt Tyberii Augusti duo, in quibus effigies parũ iconicę videbãtur, vnũ hac inscriptione: Tyb. Cęs. diui Aug. Augustus, & in auersa facie Pontif. Max. vbi simulacrũ sedens. Alterũ vtrinq; effigiem habebat, vt eodem habitu, sic sibi dissimilem, cum hoc elogio notis scripto. Tyberius Cæsar Augustus Tribunitię potestatis quindecies, & in altera parte, Tyberius Cęsar diui filius. Singulorũ põdus erat didrachmũ, id est denarii bini argentei quadrigati, de quibus ante diximus: alterũ fuit male imitatum, sed quod Augusti fuisse ex indice cognouimus, qui fuit eiusmodi quatenus legi per vetustatem potuit. Cæsar Augustus Pater patriæ: & in postica facie, Cæsari Augusto. Hoc q̃q̃ attritum, grauissimũ tamen inuenimus, vt bina argẽtea traheret. Aliud eiusdẽ principis erat iconica effigie, qualis vulgo agnoscitur, a postica parte quadrigatum, lemmate tetragrãmato in infimo margine S.P.Q.R. signific̃ate Senatum populũq;

Aurea nomismata expensa.

Augustus.

Aurea nomismata,

Romanū,& in auerſa parte nomē principis ipſius erat.hoc iuſto pōdere le uius erat circiter granulis duobus:ſed ita vt detritū diceres quod ponderi deerat.Erat vnū eiuſdē Auguſti & Antonii in Triūuiratu ꝓcuſſum,vtrinq; effigiatū:iiſdē elogiis quibus & argenteū illud cuius inter argentea memi nimus,nec decoris characterib⁹,& cętera inſcite aſſimulatū,pōdere nō de trito ſed iniquo,imminuto ſex momētis.Incidit in manus meas & aliud in quo erat Auguſti effigies pulchre expreſſa.hoc titulo.S.P.Q.Roma.Cęſa ri Auguſto Cos.xi.trib.Pot.vi.& in tergo.ciuib.& ſign.Milit.a Part.Re cup.Percuſſum ī memoriā ſignorū quę cū Craſſo amiſſa erāt,& poſtea Au guſto a Parthis remiſſa ſunt.Appēdi & aliorū principū in quis & Tyberii Claudii Auguſti,elegāter ꝓcuſſum hoc epigrāmate.Ty.Claud.Cęſ.Ger. IM.TR.P.iconicū,cuius imaginem ex Tranq. agnoſceres,a tergo hoc elo gio,Cōſtantię Auguſti.quod q̄q̄ detritū,pōdus tamen iuſtū aſſeruauerat. Appendi & Neronis Cęſaris & iconica & ſcite percuſſa hoc indice.Nero Cæſar.Aug.Imp.In poſtica facie ſpicea erat corona,intus quatuor habēs literas ex S.C.ſignificātes decretā ei coronā,ambiente extrorſus hoc elo gio.Pontif.Max.TR.PO.VI.Cos.IIII.iuſto pōdere aliquāto leuiora.Vnū prętera Galbę Neronis ſucceſſoris iconice effictū,cū corona ſpicea ambi ente marginē.In auerſa facie octo literarū elogio hoc ſignificāte. Senatus po.q; Romanus ob ciues ſeruatos.Leuius etiā aliquanto Neronianis.Ha bui tū & Veſpaſiani ſupcilioſa frōte, & nitētis vultu. Habui & Neruæ & Traiani Hadrianiq; principū,elegāter quidē expreſſa, ſed pōdere leuiuſcu la, octonis circiter detractis minutiis.ſu⁹ vnicuiq; index erat,ſupradictis tituloſior,vt ī Neruę.Imp.Cęſar,Nerua Traian.Aug.Ger.P.M.TR.PO. Cos.II.p.p.Imperator Cęſar Nerua Traianus,Auguſtus Germanicus,Pō tifex Max.Tribunitię poteſtatis,Cōſul iterū,Pater patrię.Et in Traiani iti dē,niſi q; Dacici tutulus acceſſerat.In cuius poſtica facie ſtatua Equeſtris erat haſtā intorquēs,accurate expreſſa,equo vehēs incitato, cū honorifico hoc elogio.S.P.Q.R.optimo principi.Hoc nomiſma omniū quæ vidi pul cherrimū erat,& facie auguſtiſſima,ſecūdū quod Hadriani ſucceſſoris ei⁹ nomiſma principalē dignationē atq; auctoritatē auguſtā pręferre maxime videbat.quod etiā ipſum equeſtrē ſtatuā habebat,equo nō pugnaci, ſed via torio inſidentē.Cernere erat aſturconē tollutim gradientē,& velut a lōgis itineribus ſtrigoſum.Credo vt princeps terrarū peragrator intelligeret. ſic em̄ appellatus eſt.Appēdi etiā Antonini pii:M. Antonini cognomēto Philoſophi:Aurelii & Seueri, imminutiore ſenſim pōdere. In qbuſdā a ter go eſt pro elogio liberalitas Auguſti.In Aureliano hilaritas. In Seueria no ętemitas imperii.Et ī Lucii Veri,Victoria Auguſti alata.M.Antonini philoſopi huiuſmodi titulū habebat.M. Aurelius Cęſar Aug.Pii filius,tri bunitię poteſtatis tertiū,Cōſul iterū. Et ī auerſa facie Cōcordię ſimulacrū, brachiis leniter expaſſis,cuius latera altrinſecus cingebāt chametere puſil lę ſingulę:inuicē auerſantes,qbus vtraq; manu lacinias ſtolę porrigere Cō cordia viſebat.Hic M.Philoſophus qui Verus ab Euſebio appellat, & ab Eutropio,Aurelius etiā dictus eſt, Antonini Pii adoptione, vt auctor eſt Capitolinus,qui etiā Fauſtinę vxoris noie nūmū percuſſit: hoc indice Fau

Nomiſmata priſca.

nūmū ad plenā puritatē exactū eſſe. Sed iā illud vidēdū quonā modo auri ſcrupulus vicenos ſeſtertios valere potuerit. qđ anteq̄ explico hoc p̄fandū habeo, me Plinii locū ita legere inſtituiſſe quoad aliud īuenero, ita vt ſcrupulū valeret ſeſtertios duodenos, vel biſſenos poti⁹, qđ efficit in libras ratione ſeſtertio⁹, q̄ tūc erāt, denarios nōgētos. Et inferi⁹, Paulatimq; principes īminuere pōdus minutiſſime. Nero ad q̄nquagintaq̄nq; nūmos, vt itelligam⁹ Neronē nomiſma extenuaſſe eo tēpore quo donationib⁹ īmodicis & p̄digis īpēdiis exhauſtus, a Senatu cēties ſeſtertiū ānuū exigere cœpit.

Pli. locus.

Auri preciū.

Verū eſto, vt recte apđ Pli. ſeſtertiis vicenis legat, Auri nūc vncia ad puritatē excocti æſtimatiōe principali ſedecim frācicis, & quadrāte & eo āpli⁹ denariis q̄nq; valet. Hāc æſtimationē finitimarū gētiū cōmercia itēderūt, pluris em̄ aurei noſtri p̄mutant q̄ p̄ edictū liceat, conniuētia tm̄ principali approbāte, qđ tēpo⁹ difficultate cōſtitui vix poteſt, id qđ experimēto vno & altero cognitū eſt, fremēte ne q̄cq̄ hoie vno primario q̄ id ſe effecturū p̄ oīa numina deierarat, pręconialibus interdictis aliis ſup alia p̄ſonatib⁹: q̄ q̄libet minacia, & ab hoie irę impotētiſſimę manātia (cuius tūc ferocię recta & vtilia cōſilia cedebāt) publicū tm̄ cōſenſum p̄uincere nō potuerunt. Nos aūt ratione in argēto inſtituta neutrā harū æſtimationū ſeq̄mur, ſed mediocrē, & eā quā Mercuriali (vt ita dicā) arbitratu approbare. i. negociato⁹ opinione poſſimus: id em̄ genus hoim auri argētiq; rationē callere maxime mihi videt, videlicet cōmerciis id aſſequētes. eteni quāti vnūqđq; ſit nomiſma externarū gētiū iudicio cōdiſcūt, quippe quę aurū argētūq; noſtrū nullo reſpectu characteris, exploratū tātū appēſūq; æſtimāt. Et vt auri argētiq; grauis rationē euariare cū nummularia & cōſiſtere neceſſe eſt, ſic ęquādę rei arbitramētū, in conciliabulis & emporiis recte atq; ordine fieri exiſtimat. Auri igit vncię ſedecim frācicos, & octo ſolidos cū ſemiſſe p̄ciū ſtatuem⁹, & p̄ ea ſūma nouē noſtros ſolatos taxabim⁹, ratione ducta quaſi ſinguli ſolati ſex & triginta ſolidis & ſemiſſe valeāt, etſi cū hęc proderem duodequadraginta ſolidis oblocabātur. Qua ratione libra Romana centū & duodecim aureos ſolatos & ſemiſſem valebit, tantidē em̄ nec pluris ſingula pōdo æſtimabimus Romanis & Aſiaticis opibus æſtimādis, vt exte nuaſſe magis rerū miracula q̄ auxiſſe videamur. Tāetſi poteram⁹ citra reprehēſionē aurū argētūq; ex tēporis hui⁹ cōditione æſtimare, pręſertim cū Italia & oēs pene prouinciæ prolixius iſta æſtimare q̄ Gallia ſolitæ ſint. Cui⁹ rei luculēta teſtimonia p̄ferre poſſem, ſi quorūdā noſtratiū e miniſterio Quęſtorio quęſtus immodicos cōmemorare vellē ex collybo factitatos, dū in Italia res geſſim⁹, aureis tūc noſtris vice mercis exportatis. Tāti igit nomiſmata Romana æſtimare poterā quāti aurū argētūq; infectū nūc permutat, modo ne nota vetuſtatis in p̄ciū cederet. Sit igit auri vncia pręmę indicaturę ſedecim frācicis & octo duodenariis & ſemiſſe, quali nota percuſſi ſunt aurei ſupradicti, & Gallię quōdā vernaculi, qui pecude vilioſa ſignati ſunt, nūc inuētu rari, vt pleriq; antiqui. aiūt autē eos nūmularii nulli nūmo aureo bonitate ſecūdos eſſe. Quod vt intelligat ſcire hoc oportet, auri bonitatem in quatuor & viginti caractis indicaturæ conſumari, vltra id nihil exquiri poſſe. Indicatura eſt quā lingua noſtra legem vocat,

Quanti auri libra Romana æſtimat.

Vncia auri.

id est notã gradũq; bonitatis. Eadẽ lingua caractas a ceratio verbo Greco vulgari inscitia deflexit. Est em̃ ceratiũ minuti põderis vocabulũ. a grano siliquę ductũ, qui fructus est arboris Italicæ prædulcis, digitorũ hominis longitudine, & pollicis latitudine: nos in hac vrbe importatum vidimus. intus sunt grana quæ ceratia dicũtur nomine cũ fructu cõmunicato. Theophrastus tamen aliter appellat, propterea Columel. lib. iii. Siliquã (inqt) Grecam quidã ceratium vocant. Vtitur eo vocabulo Dioscorides. Aiunt Genuę Carubam vocitari. Ex quo factũ esse arbitror, vt nostri põdusculi certã minutiã eo nomine appellent. Tradunt enim nũmulariorum placita quatuor & viginti ceratia in auri libra esse, & in singulis ceratiis vicena quaterna grana. & in his rursus singulis vicenas quaternas carubas, & postremo in carubis totidẽ minutula. Sed hic ceratium nõ ad pondus, sed ad indicaturã referendũ est. Ceratio enim ponderali gẽmarii tãtũ vtuntur, non aurifices, nec nũmularii. Antiqui scrupuli appellatione in ea re vtebãtur. Plin. lib. xxxiii. de lapide Lydio loquens, His coticulis periti cum e lima rapuerint experimentũ: protinus dicũt quãtũ auri sit in ea, quãtum argenti vel æris, scrupulari differentia mirabili ratione nõ fallente. Scrupulum dixit quod caractã nostri dicunt. Aurum itaq; nũmariũ iam dictũ, licet non sit exacta probitate, in primã tamen notã cedet, quod quadrante tãtũ ceratii a primario absit, q̃q̃ rarissimũ sit primariũ inuenire. Huius semũcia octonis erit francicis & quaternis solidis & quadrante solidi æstimatiõe nostra. & quadrans vncię. i. binę drachmæ, quaternis francicis & binis solidis, id est duodenariis. Qua ratione scrupulũ. i. tertia pars drachmę quod denarium a nostris dicitur, ternis denis solidis & besse valet. Est autẽ ea ratio argẽti, vt quo purius inueniri nõ possit, id cineraceũ & Parisinũ vocetur, Parisiis ad summã bonitatẽ excoctũ. Apud nos enim nõ pridẽ vir quidã obscurę sortis chrysoplysiũ instituit, id est lauandi auri officinã, rem omnino quęstuosam, sed paucissimis hominib9 cognitã. Huius est id artificiũ, vt vi aquæ medicatę quã Chrysulcam appellãt quãtulãcũq; auri partẽ argẽto aut cuiuis metallo illitã aut cõfusam, nullo dispẽdio adimat, ita vt inauraturis nihil iam depereat mũdo, nisi quod vsu interteritur. Res omnino stupenda auri argentiq; quotãcũq; portionẽ ex ære eximere, etiam (quod magis mireris) manẽte vasculi forma quassa interdũ & inani, velut quadã idea a materia abstracta. Is moriens filio artẽ cũ patrimonio non mediocri reliquit, qui nũc vnus Chrysoplytę appellatione dignus esse existimatur, vsqueadeo ea in arte pręstat, alioqn a paucis tẽtata, cęterũ valitudini noxia, fumus em̃ bullientis eius aquę haustus vitalia tabefacere dictitatur, & eũ artificẽ magna vigilãtia satagere circa aquã necesse est, occasionesq; horarũ idẽtidẽ obseruare, & tẽperaturę modum nosse, quapropter in ea functione alieno sępe ministerio vtitur eminus ipse respectãs. In primis iã locuples eo artificio factus, ac secũda etiã fama celeber, Cointius appellatur. Quę autẽ aqua vim habet chrysulcam (id est auri ab argento abstrahẽdi) in ea aurũ lidit cũ aqua deferbuit, argentũ autẽ aquę cõfusum visitur, & demum auro exempto alio artificio ab aqua elicitur & eluitur. Argẽtũ igitur cineraceũ & Parisinũ in prima indicatione censet: tãetsi a

Auri indicaturæ. Ceratium.

Argentum Parisinum & cineraceum. Chrysoplysiũ

Chrysoplytes Parisiensis.

Vis aquæ chrysulcę.

ſumma puritate ſex granis abeſt, id eſt quadrãte denarii. Hoc argẽtũ vulgo granalliũ dictũ in fruſta formatur ſimilia ramentis ligni a terebra cõuolutis, quã formã accipere dicitur cũ excoctũ & feruẽs in aquã demittitur. ſenſim enim caſitãdo, & peſſum eundo, in lemniſcos plerũq; vel in clauiculas cõfiguratur, q̃q̃ & alias temerarias accipit formas. Eſt etiã cinereũ e Germania aduentitiũ qđ in paſtillos grandiores vel in quadras formatur leuiter puſtuloſas, & noſtro bonitate ſecũdũ eſt. Huiuſmodi ab antiquis puſtulatũ, vt arbitror, dictũ eſt. Eſt autẽ ea ratio indicaturę in auro argentoq; cõmunis, vt quod excoctiſſimũ ſit vel aurum, vel argentũ, in eo alieni metalli pars omnino decoqui nõ poſſit, vt verbi gratia in auro ſexta & nonageſima pars cuiuſcũq; maſſæ, in argento octaua & quadrageſima. Siquidẽ nõ eadẽ eſt formula in auri argentiq; exploratione. Nã omne corpus aureũ in quatuor & viginti ceratia partiũtur, & pro modo tẽperaturæ varias notas auri faciunt. Summa autẽ nota auri in quarto & viceſimo eſt ceratio ad quadrantẽ abſoluto, id eſt vt quadrans tãtũ ceratii in tota maſſa æreus ſit aut argenteus. Argenteã autẽ maſſam in duodena denaria partiũtur, quæ latine duodena ſunt ſcrupula. Culmen igitur bonitatis in .xi. ſcrupulis & duodeuigintí granulis eſſe aiunt. Hæ igitur notę non reapſe primæ ſunt, ſed pro prima nota cedunt: quãdoquidẽ experimento cognitũ eſſe fertur Chryſurgicam diligẽtiã progredi porro nõ poſſe, etiã ſi vulgo aurum & argentum omnibus numeris abſolutũ appellatur. Præfecti tamẽ nũmulariorum quos pro viris monetalibus habemus, affirmant aurũ non ad vltimũ modo quadrantem excoqui poſſe, ſed etiã eo amplius ad vltimi quadrantis quadrantem, ita vt ad bonitatem numeris omnibus abſolutam nihil præter quadrantis quadrantẽ deſit, quẽ ipſi appellant ſextãdecimam caractæ. eum enim quadrantem qui deeſt exquiſitę auri vel argenti probitati, quartã ceratii appellantes, in octauas binas partiuntur, & octauã rurſus vnã in binas ſextaſdecimas. Decoqui igitur aiunt octauam & alteram ſextãdecimã ſumma induſtria poſſe, alterã ſextãdecimã non poſſe. Argẽtũ vero ita decoqui poſſe vt nihil præter merum argentũ ſuperfit, & huiuſcemodi in hac vrbe fuiſſe dicebant cum hæc ſcriberem. Verum lege cautum olim fuiſſe, ne cui argyrocopii mãcipi fraudi eſſet qui nũmũ percuteret, ſi auri quod primæ notæ aſcriberetur vltimi ceratii dodrans tãtũ aureus eſſet, videlicet id prouidente legiſlatore ne auri excoquẽdi difficultate nũmulariorum mancipes in mulctam inciderent, & nũmi ipſi ſępe in publicũ cõmitterẽtur, eam tamen mentem fuiſſe vt pleriq; nũmi exacta indicatura ſignarentur. Sed auaritia hominũ factum vt omnibus omnino nũmis quadrans ille decederet, dum paſſim remiſſione ſummi iuris mancipes quaſi iure ſuo vti cœperũt, & id quod intra ſpem venię relictũ erat ab omnibus & ſemper pro iure vſurpatũ eſt. Huius rei argumentũ eſſe q̃ quadrantale illud ſubſidiũ non lucro redemptorum cedere, ſed principum ſolitum ſit, quibus hoc lucrum refundere Monetarii redemptores, hoc eſt argyrocopiorum mancipes, publico nomine ſępiſſime coacti ſunt virorũ Monetaliũ ſeueritate, hodieq; ita factitari aiebãt, licet in alio genere, vt ſi argyrocopiorum conductores (quos magiſtros nummulariorum vocant) relatis

Puſtulatum.

Summa auri nora.

pyxidibus deteriora aliquãto fecisse nomismata iudicẽtur, quod notę prę-
stitutę deest, id resarcire principi populi nomine cogãtur. Pyxidas appel- Pyxides ar-
lant vascula in quibus nomismatis cuiusq; officinæ specimina conduntur. gyrocopiorũ.
Reliquũ est vt colligamus qualis fuerit argẽti ad aurũ analogia. Dixim⁹ Auri ad argẽ
in vncia octonas esse drachmas, & in drachma terna scrupula. hac ratione tũ analogia.
scrupulus sestertiũ vnũ & trientẽ capit, cũ drachma & denarius quaternis
sestertiis valeãt. Si igitur scrupulũ auri vicenos sestertios valuit vt ex Plí-
nio didicimus, auri ad argẽtũ ea fuit proportio quæ est quindecim ad vnũ
cum viginti sestertios quindecim argenti scrupula valuerint, quot scilicet
vnũ auri scrupulũ valuit. Hoc autẽ tẽpore ea fere est auri ad argentũ ana-
logia quæ est duodecim ad vnũ, paululo tãtũ minor, siquidẽ cũ vncia auri
edicto regio sedecim francicis & quadrante taxata sit: & argenti, viginti
septem solidis & semisse, si vndecies hãc summã solidorum numeres, fient
quindecim francici & duo solidi & semis: & minor erit summa. q; si duo-
decies multiplices fient sedecim francici & semis, & paulo summa exupe-
rabit. Q; si æstimationẽ a me institutã spectes, eadem erit ratio. hoc est si
analogiã duodetriginta solidorũ (tãti enim vnciã argẽti æstimaui) & se-
decim francicorũ & octo solidorũ spectaueris, quanti aurũ primariũ æsti-
mãdum censui. Sex eñ solidis tñ exuperabit summa, vt prior illa quinq;.
Vt autẽ quindecuplex esset auri ad argentum olim analogia, fieri potuit
propter auri pœnuriã, quã Romę tũc fuisse Plinio auctori credẽdum est.
Qui lib. xxxiii. sic inquit, Romę quidẽ nõ fuit aurũ nisi admodum exiguũ
longo tẽpore: certe cũ a Gallis capta vrbe pax emeretur, nõ plus q̃ mille
põdo effici potuere, nec ignoro M. Crassum duo millia põdo auri rapuisse
suo & Põpeii tertio Cõsulatu e Capitolini Iouis solio a Camillo ibi cõdi-
ta. Et ideo a pleriſq; existimari duo millia põdo collata. Sed quod accessit
ex Gallorũ prẽda fuit. Et paulo inferius, Ergo (vt maxime) duo tãtũ. M.
pondo cũ capta est Roma anno trecentesimo. LXIIII. fuere. cũ iam capitũ
liberorũ censa essent. CLII. mil. Et rursus infra, Frequẽtior autẽ vsus an-
nulorũ nõ ante Cn. Flauiũ Annii filiũ deprehẽditur: hic nãq; publicatis
diebus fastis tãtã gratiã plebis adeptus est, alioquin libertino patre geni-
tus, vt Aedilis Curulis crearet, prẽteritis C. Petilio & Domitio, quoꝝ pa
tres Cõsules fuerãt. Quo facto tãta Senatus indignatione exarsit, vt annu
los ab eo abiectos fuisse in antiqſſimis reperiat annalibus. Hoc primũ an
nulorꝝ vestigiũ extat. Promiscui autẽ vsus alterũ secũdo Punico bello, neq;
eñ aliter potuissent trimodia illa annulorꝝ Carthaginẽ ab Annibale mit-
ti. Idẽ inferius, Nullosq; oino ãnulos maior pars gẽtiũ hominũq; etiã qui
sub imperio nostro degũt hodie habet, nec signat oriẽs aut Aegyptus etiã
nũc, literis contẽta solis. Multis hoc modis vt cętera oia luxuria variauit,
gẽmas addẽdo exquisiti fulgoris, cẽsuq; opimo digitos onerãdo, mox etiã
effigies varias celãdo, vt alibi ars, alibi materia esset in p̃cio. Alias deinde
gẽmas violari nefas putauit. Ac ne qs signãdi causa in annulis esse intelli-
geret, solidas induit. Cõtra vero multi nullas admittũt gẽmas, auroq; ipso
signãt, vt Claudii Cęsaris principatu repertũ. Ex his verbis Plinii intelli-
gimus annulos aureos nõ ornamẽti causa sed signãdi institutos siue aurea

pala ſiue gẽmea: íd quod ſatís ex líbrís íuris cíuílís íntellígítur ín mẽtío-
ne obſignandorum teſtamẽtorũ. De íure autẽ annulorũ aureorũ nos alíbí
díximus, Tyberío autẽ príncípe (ínquit ídẽ auctor) anno ab Vrbe cõdíta
DCCLXXV. annulorũ auctorítatí forma conſtítuta eſt. Quo tẽpore ſta-
tutũ ne cuí íus eſſet annulí aureí geſtandí níſi cuí íngenuo ípſi patrí auoq;
paterno ſeſtertía. CCCC. cenſus fuíſſent: & lege Iulía theatralí ín quatu-
Rarum olim aurũ Romę. ordecím ordínibus ſedendí. Romæ autẽ argentũ magís q̃ aurũ olím abũ-
daſſe ex eo conícere poſſumus, quod ídẽ auctor alíbí eodẽ líb. ínquit hís
verbís, Sed præter alía quidẽ míror populum Romanũ victís gentíbus ín
tríbuto ſemper argentum ímperaſſe, non aurum, ſícut Carthagíní cũ An-
níbale victę argentí pondo annua ín quínquagínta annos, níhil aurí. Nec
poteſt víderí pœnuría mundí íd eueníſſe: nã Mídas & Crœſus ín ínfinitũ
poſſederãt. Quo ín loco numerus pondo deeſt ín omníbus líbrís, ex Liuío
reſtituẽdus, quí pacẽ factã ea cõdítione, ínquit, vt decẽ míllía talẽtum de-
ſcrípta pẽſionibus æquís ín annos quínquagínta ſoluerẽt. Aut ígítur Plí-
níũ numerũ omíſiſſe calculí exígendí tędio dícẽdum eſt, aut locum ſic reſtí
tuendũ, Argentí pondo annua ſedecím míllía ín quínquagínta annos. Hoc
autẽ ſic colligo, Sí decẽ míllía talentũ ín quínquagínta annos penſionibus
æquís díſtríbuta ſunt, oportuít ducenta ſíngulís annís penſítarí. At talẽtũ
octogenaríũ accípío, íd eſt vel Euboícũ vel Aegyptíũ: quare ex ducenarío
numero per octogenaríũ ducto ſummã ſedecím míllíũ põdo colligo. Non
me latet Hermolaũ Barbarũ ín loco Plínií ſupradícto pro íllís verbís, ſed
pręter alía, legere ſed Spartací, íta vt ad pręcedẽtía referatur. Cuí lectíoní
antíqua exẽplaría aſtípulãtur. qđ ſí quis ſequí malít, ſentẽtía a verbo eqdẽ
íncípiẽda erít, & íllа duo verba ſed Spartací ín ſuperíore ſentẽtía íncludẽ-
da. Plínius, Talẽtũ autẽ Aegyptíũ pondo octogínta patere Varro tradít.
Vbí fortaſſe capere Plínius ſcrípſít, qđ poſtea líterís trãſpoſítís corruptũ
Li. locus. eſt. De Euboíco teſtímoníũ eſt apud Líuíũ lib. víí. de bello Macedonico,
de pace cũ Antíocho facta loquẽtẽ, Pro ímpẽſís ín bellũ factís. XV. míl-
lía talẽtũ Euboícorũ dabítís, quíngẽta pręſentía, duo míllía & quíngenta
cũ Senatus populusq; Romanus pacẽ cõprobauerínt. Mílle dende taléta
ín. xíí. annos. vbí nõ mílle, ſed mıllena lego. Et líb. ſequẽtí vbí de cõfírma-
tíone eíus pacís loquítur. Argentí probí. XII. míllía Attíca talenta dato
íntra. XII. annos pẽſionibus æquís. Talẽtũ ne mínus põdo octogínta Ro-
manís põderíbus pendat. Quo ín loco nõ Attíca talenta, ſed Euboícorum
talẽtum lego, níſi íntellígamus Attícũ magnũ & Euboícum ídẽ fuíſſe, vt
vtrũq; Liuíus pro eodẽ vſurpauerít. Pœnuría ígít aurí fierí potuít, vt aurí
ad argẽtum quíndecuplex proportío príſcís tẽporíbus fuerít: ídeo ſcílícet
q Romaní ſtudíoſíores argẽtí q̃ aurí tunc fuerũt. Pollux líbro. íx. de voca-
bulís ad Cõmodum Cæſarem aurum ad argẽtum decuplã proportíonem
habuíſſe hís verbís affírmat, τὸ δὲ χρυσίον ὅτι τοῦ ἀργυρίου δεκαπλάσιον ἦν, σαφῶς ἂν τις
ἐκ τῶν μῳδῶν παρακαταθήκης μάθοι. Qt autẽ aurum decuplum agentí eſſet, non
Auri ad argẽ tum propor tío. obſcure ex Menãdrí comœdía quæ ſponſío vel pignus dícítur, vel depoſítũ
apud argẽtarium potíus, íntelligere quíuís poſſít. Cum eñ quodã ín loco
talentí aureí pondus díxíſſet, alío loco de eodem loquẽs, decatalantum dí-

xit,id est talentis decẽ æstimabile.Herodotus aurũ τριακοντάλικασάσιον dixit, id est terdecies argẽto æstimabile vel terdecies argẽto rependẽdũ,vt infra dicetur.Ecce autem rursus aliud aliudq; occursaculũ. Si enim ea fuit auri analogia ad argẽtũ quã diximus,quonã modo stare illud Tranquilli dictũ poterit in Cæsare, In Gallia fana templaq; deum donis referta expilauit. Vrbes diruit sępius ob prędã q̃ ob delictũ. Vnde factũ vt auro abũdaret, terniſq; millibus nũmũ in libras promercale in Italia prouinciisq; diuẽderet. Multis iã testimoniis docuimus absoluta nũmi appellatione sestertiũ nummũ intelligi,sestertiũq; quartã tãtũ partẽ denarii fuisse: quare etiam drachmæ,cũ denarius drachmali põdere fuerit. Porro etiã ratione & experimẽto,id est libra docẽte didicimus binos denarios aureis singulis repẽdi.Et centenos in libram(quę duodenarũ vnciarũ est & semuncię) signari solitos.Cui cõsequẽs est vt in libras singulas quadringentos nũmos adnumerare debeamus. Qua ratione tria nũmũ millia septẽ libras & selibram cõficiũt.Ita apud Tranquil.auri ad argentũ analogia dimidio minor est q̃ esse ex Plinii lectione collegerim,& quarta parte minor q̃ Pollux esse dixerit.Ita quicquid hactenus astruximus,corruat in sese necesse est. Age nõne Plinius quodã loco libri triceſimiterii ita inqt , Miscuit denario Triũuir Antonius ferrũ,miscuit æri falsę monetę. Alii e pondere subtrahũt,cũ sit iustũ.LXXXIIII.e libris signari.Quo in loco notandũ q̃ idẽ auctor inqt, Legem latã a Mario Gratidiano , vt ludus .i. schola Romæ institueretur probandi nomismatis,vt ægre fallere possent adulteratores nũmi. Igitur (inquit Plinius) ars facta denarios probare,tã iucũda e lege plebe vti Mario Gratidiano vicatim totas statuas dicauerit.mirũq; in hac artiũ sola vitia discũtur & falsum denarii spectatur exẽplar,pluribusq; veris denariis adulterinus emitur.Vbi tñ nõ iucũda e lege plebe,sed iucunda lege plebi lego, admonitus ab antiquis exẽplaribus : alioquin absurda erit locutio. Sic supra,Nõ miscuit æri falsę monetę:sed miscent æra.Verũ,si hoc verũ est qđ Plin.dixit , nos luculẽto errore lapsi sumus.Vel Plutarchus potius & Appianus cęteriq;,qui cẽtenos denarios in libra statuũt , cũ Plinius eo minus sedecim statuerit.Qui etiã lib.vi.de publicano rubri maris loquẽs qui ad Taprobanẽ tẽpestate delatus percontãti Regi enarrauit Romanos & Cæsarẽ.Rex autẽ (inquit) mirũ in modũ inter audita iustitiã Romanã suspexit,q̃ pares põdere denarii essent in captiua pecunia,cũ diuersę imagines indicarẽt a pluribus factos.Et hoc maxime sollicitatus,ad amicitiã Legatos misit.Hoc dictũ Plinii pugnare videtur cũ eo qđ Plin.lib.xxxiii. dixit de imminutione ponderis.Sed hoc Claudii tẽpore cõtigisse a Plinio dicitur.Et de denario dictũ est non de nummo aureo.Quare prius ad illud Tranquilli respondeo,& olim id potuisse & hodie fieri posse vt libra auri non pluris q̃ septem libris & semisse argenti vęneat.Fac vt aurũ obryzum decuplex q̃ argentũ fuerit purũ,id quod Pollux inquit,potuit Cæsar aurũ ex donariis templorũ & priuatis expilationibus congestum ita conflandũ temperandũq; curasse:immo vt non hoc affectauerit Cæsar, potuit aurum ex omnibus notis conflatum simul & colliquefactum in eam indicatorã redisse quę vno quadrante a primaria distat. Id hodie nostri duodeui-

Ludus q̃dã nomismatis.

Pli.locus.

erit,& magnos in hoc viros crimineq; maiores imitabimur. Iamprimũ ad
Centenarij. Iustiniani dictũ satis iã respõsum est. Cẽtenarii etiã olim dicti sunt nõ qui
centũ sestertia possidebãt, sed qui cẽtũ millibus æris cẽsi erãt, vt ex Liuio
apparet in classiũ descriptione. Et ex Plin.lib.xxxiii.his verbis,Maximus
cẽsus.CX.millia assiũ fuit illo Rege,& ideo hęc prima classis. Qđ si lex
Papia post nũmũ argẽteũ signatũ lata sit,cẽtenarii etiã dici potuerunt qui
Ducenarii milites. sestertia cẽtũ in cẽsu habebãt.Quomodo ducenarii iudices dicti sunt Equi
tes Romani qui dimidiatũ cẽsum Equestrẽ habebãt. De quibus Tranq. in
Augusł. Ad tres,inquit,iudicũ decurias quartã addidit, quę ducenarios
vocaret,iudicarẽtq; de leuioribꝰ summis.Ii autẽ ius annulorꝫ nõ habebãt.
Auctore Plin.his verbis, Diuo Augusto decurias ordinante maior pars
iudicũ in ferreo annulo fuit,iiq; nõ Equites sed Iudices vocabãtur. Vt aũt
pro mille sestertiis vnus aureus haberet,nulla auctoritate antiqua defendi
potest.Etenim docuimꝰ supra aureũ vnũ pro cẽtũ sestertiis cessisse Galbæ
tẽpore,qua ratione quinq; millia sestertiũ in auri libra fuerunt.Et auri ad
argẽtũ ꝓportio ea fuit quę est duodecim & semissis ad vnũ.Restat locus il
le Plinii de quatuor & octogínta denariis.Et alter lib.xxxv.Lõge nos re
tro agẽs. Quo in loco sic legit, Timomachus Byzãtinus Cæsaris Dicta
toris ætate Aiacẽ ei pinxit & Medeã,ab eo in Veneris genitricis æde posi
tas,octogínta talẽtis vęnũdatas.Talẽtũ aũt Atticũ,vt ait Varro. xvi. ses
tertiis taxatur.Nos talẽtũ Atticũ sexcẽtis coronatis taxauimꝰ,& singula
sestertia quinis & vicenis.Qua ratione fit vt talẽtũ quatuor & vigínti ses
tertia valeat,qđ Plin.sedecim valuisse dicit. Ita fit vt aut in his vadis hęre
re necesse sit atq; consenescere,aut aliqd nõ vulgare,nec mediocre cõmini
sci: quãdoqdẽ certũ est retroactu nõ defungi.Quod ad prius igitur illud
pertinet,alii e põdere subtrahũt,cũ sit iustũ.lxxxiiii.e libris signari,hoc af
firmare nõ dubitauerim qđ Hermolaus in glossematis suis suspicatus est
eo loco,vbi talenti meminit Plinii nõ.lxxxiiii.sed.lxxxvi.scriptũ reliqsse.
Ita eñ fateri scriptorꝫ auctoritas cogit. Cui vt astipulatur id quod apud
Priscianũ legit,libra duodenarũ vnciarũ sex & nonagínta drachmas habe
re,ita Plinianę lectioni refragatur in libra eadẽ Romana denarios duos &
septuagínta fuisse,id eñ ibidẽ legit. Alioquin piaculi instar esse nõ putẽ
Plinio i hoc nõ assentiri,q de re nũmaria & auri argẽtiq; tẽperatura parũ
accurate scripsit,nec ꝑ eo quãta eius esse solet cęteris in rebus tradẽdis di
ligẽtia.Qđ nõ magnopere mirãdũ est. Quotus eñ quisq; hodie eorꝫ qui li
teras didicerũt,disertus in ea re inuenitur? vt vel numerũ nũmorũ in libra
nostra statuere certo possit,nedũ rationẽ indicaturę tenere? Nihil tamẽ de
Plinio.i.de ingenio rerũ omniũ capaci,temere affirmare velim,nisi aut eũ
nõ semper idẽ de eodẽ dixisse,aut (qđ verius est) corruptũ eius permultis
in locis librũ esse.Iã primũ libro.xxi.Drachma (inquit) Attica (fere eñ
Attica obseruatione medici vtũtur) denarii argẽtei habet pondus,eadẽq;
sex obolos pondere efficit. Nos autem supra docuimus in scrupulo binos
esse obolos,& in drachma terna scrupula, quod cum Plinii dicto cõgruit.
Docuimus ex Plutarcho idẽ esse denariũ & drachmam.Si Plutarchi testi
moniũ nõ satis est,audiamus Strabonẽ,qui libro quinto Geographiæ cir

ca finem, ſic inquit. Caſilinum oppidũ ſitũ eſt ad flumen Vulturnũ. In eo Pręneſtini viri quingenti &.XL.cũ Annibale tunc florente vſqueadeo reſtitere, vt vrgẽte fame medimnus frumenti ducentis drachmis vęniret, eo euentu vt venditor fame mortuus ſit, emptor incolumis euaſerit. ὥσθ' ὑπὲρ λιμοῦ διακοσίων δραχμῶν πραθέντος μεδίμνου, ὁ μὲν πωλήσας ἀπέθανεν, ἐσώθη δ' ὁ πριάμενος. Valerius de hoc loquens lib.vii. Non medimnũ ſed murem fuiſſe dicit his verbis, In illa obſidione & fide cũ trecenti Prænestini permanerent, euenit vt quidam murem captũ ducentis potius denariis vendere q̃ ipſe leniendę famis gratia cõſumere mallet. Sed credo deorũ prouidẽtia effectum, vt & venditori & emptori quẽ vterq; merebatur exitũ attribuerint. Valer. Denarios Latine dixit, quod Strabo Gręce drachmas. Plin. lib. viii. Nũmos ducentos dixit, nõ denarios. Vęniſſe murem ducentis nũmis Caſilinũ obſidente Annibale, eũq; qui vendiderat fame interiiſſe, emptorẽ vixiſſe, annales tradũt. Vſqueadeo vel varia autiqui de re eadẽ tradiderunt, vel nũmis apud Plinĩũ pro denariis legit. Rurſus Plinius eodẽ in loco libri viceſimi primi, Mna quã noſtri minam vocãt pendet drachmas Atticas centũ. Idẽ lib.xii. de thure loquens, Micas concuſſu eliſas mannam vocamus. etiam tamen inueniũtur guttę quæ tertiam partem minæ, hoc eſt. XXXIX. denariorum pondus æquent. In vetuſto exẽplari non. XXXIX. ſed. XXIX. id eſt vndetriginta legitur. In duobus aliis manu ſcriptis. XXVIII. legit, ſi. XXXIX. probamus vt omnia impreſſa habent exemplaria, mina cẽtum & decẽ & ſeptẽ denarios habet. Si. XXIX. ſeptẽ & octoginta. ſi. XXVIII. quatuor & octoginta, & conuenit cũ dicto Plinii lib. xxxiii. niſi q̃ illic de libra dicitur hic de mina, id quod ſi admittamus, Plinius ſecum ipſe pugnabit. Ad illud alterum de talẽto Attico quod ex Varronis auctoritate a Plinio ſedecim ſeſtertiis taxatur, id eſt quadraginta libris, dico in antiqs omnibus codicibts, non, XVI. ſeſtertiis legi, ſed ſedecim aliis, quod quo modo reſtituendum ſit, neſcio. Sed q̃ dubia ſit fides numerorũ ſummarũq; in Plinio & pecuniæ vocabulorũ multis iam exemplis docuimus: quibus tamen & vnũ aut alterũ addemus ex eodem. xxxv. libro. Quo enim in loco de Parethonio loquitur. ſic habent impreſſi codices. Preciũ optimo in pondo ſex librarum, vbi manu ſcripti habent, preciũ optimo in pondo. C.XI. denarii. vnus vetuſtiſſimus ſic, in pondo. C.XI. & denarii verbũ additum erat lectoris manu, &.C. loco deletili ſcriptũ. Et paulo inferius de vſta in impreſſis libris, Optima nũc Aſiatica habetur, preciũ eius in libras æris quini. in manu autẽ ſcriptis. preciũ eius in libras. XVI. denarii. Et paulo ſuperius de L. Nummio, Nã cũ in præda vẽdẽda Rex Attalus ſex millib⁹ ſeſtertiũ emiſſet Ariſtidis tabulã Liberũ patrẽ cõtinentẽ, preciũ miratus, ſuſpicatus aliquid in ea virtutis quod ipſe neſciret, reuocauit tabulã Attalo multũ querente. In reliquis non ſex millibus ſeſter. ſed ſedecim libris legitur, pro ſedecim talẽtis, vt arbitror. Gręci em̃ ſeſtertii vocabulum non nouerũt, & alioquin ſex millia ſeſtertiũ non erat preciũ quod Nummius Corintho expugnata miraretur, & ob id addictã tabulã reuocaret. Strabo lib.viii. de Corinthi euerſione loquẽs, hãc tabulam Romæ ſe vidiſſe affirmat in æde Cereris conſecratã, opus omnino ſpecioſum. Propter quod etiã

Locus Plin. Pliniani numeri corruptiſſimi.

Οὐδὲν πρὸς τὸν Διόνυσον.

emanauit prouerbiũ apud Græcos, Οὐδὲν πρὸς τὸν Διόνυσον. id est nihil ad Liberũ patrẽ. hoc est, nihil hoc præ Aristidis Libero patre. quod prouerbiũ vsurpari solet quoties res impares cõponũtur. Talentum autẽ Atticum nemo minus dixit esse. LX. minis cẽtenarũ drachmarũ, vt supra docuimus. Suidas oñino. LX. minarũ esse affirmat, & minas cẽtenarias esse. Quare apud Pliniũ sic fortasse legẽdũ est, Talẽtũ autẽ Atticũ, vt ait Varro, denariorꝫ VI. millibus taxatur. Antiqui eñ denariũ. X. nota significabant, vt supra dictũ est a nobis. Quod cũ. VI. iunctũ pro. XVI. exaudítũ est, & millibus pro sestertiis, quorꝫ verborꝫ eadẽ sepe significatio est, vt ex p̃cedẽtib⁹ apparet. Hęc etsi abunde sufficiũt cũ iis quę antea tot auctoritatibus auctorũ cõprobata sunt, hęsitatiunculã tamẽ manere scrupulosis mẽtibus nolo, Protogenisꝫ pictoris exẽplo tabulas idẽtidem respectans, tollere manum nequeo: vrgeo memet ipse, scriptorũꝫ meorum calumniator fio, nec mihi satisfacio nisi omnia tã clara q̃ lucẽ reddo. Itaꝫ vt semel hãc disputationẽ finiã, recitanda sunt ea testimonia quæ controuersiã q̃libet ambiguam decernere ita possint vt vltra referri quæstio nequeat. Iam primũ (vt mittã quod apud Priscianũ legitur, Senecam ad Nouatũ scribẽtẽ, Talẽtũ paruũ Atticũ dixisse quatuor & viginti sestertiorum fuisse, quę sexaginta libras valẽt) Plutarchus in Fabio, Progressus, inquit, Dictator ad plebem vouit diis omnia eius anni caprarum, ouiũ, suũ, atqꝫ boum fœta, quæ Italię montes planitiesqꝫ ac flumina prataqꝫ ea in regione educarent, se mactaturum fore, & trecẽtos triginta tria sestertia totidẽqꝫ denarios pro Megalesiacis spectaculis faciendis in impẽsam se collaturum, tertiãqꝫ partem additurũ. Hoc caput est octo myriades, & tria millia quingentæ octoginta tres drachmæ, & oboli duo. Hæc verba Plutarchi prius q̃ exemplar Græcum legissem, quũ calculo prosequerer, nec numerus responderet ad rationem quam hactenus tenẽdam affirmaui, errore id factum interpretis intellexi, qui quod transtulit non percepit. id quod facile calculo explanabitur. trecenta sestertia septingẽtas ac quinquaginta libras valent. & triginta tria sestertia, octoginta duas libras & selibram, quũ in singula sestertia dipondium & semissem intelligamus. fiunt hæc in summa octingenta triginta duo pondo & selibra. Si igitur in singula pondo centenas drachmas numeres, ideoqꝫ eũ numerũ cẽtenario multiplices, facile drachmas octoginta millia & ducentas in sũma inuenies. & prẽterea pro selibra quinquaginta. huic summę si pro trecẽtis triginta tribus denariis, totidẽ drachmas adieceris, fiẽt in assem octoginta tria millia quingẽtę octoginta tres drachmę. Huic iterũ summę si tertiã partẽ addideris nescio quid summę habiturus sis. Non enim id cõuenit vt tertiã partẽ addas huius ingentis summę, cum duo oboli tãtũ restent ex summa a Plutarcho posita. Si autẽ trientẽ adieceris, id est duos obolos (denarius eñ senis obolis cõstat) summa adamusim quadrabit. Interpres Plutarchi tritemorion, id est trientẽ pro trito morio, id est tertia parte errore ductus accepit. Trientẽ enim Plutarchus pro triente denarii intelligi voluit: non pro tertia parte summę, δέας δὲ μυσικὰς καὶ δυμελικὰς ἄξεσι ἀπὸ σησαρσίων τριάκοντα τριῶν, καὶ δηναρίων διακοσίων διάκοντα διῶν, ἕως τριτημορίου πρὸς ὄντος. Hoc ex Liuio pbari potest lib. ii. de bel. Pun. qui de Fa-

Tollere manũ de tabula nescire, verbũ est Plinianũ lib. xxxv. & Ciceronianũ in libro de Perfecto Oratore.

Plutarc. Io.

biano voto loquens (in quo omnia ternario numero nuncapata sunt) ita post alia verba subdit. Eiusdem rei causa ludi magni voti. æris. cccxxxiii. millibus triente. Pręterea bubus trecentis. nisi tamē error est apud Liuiū Plutarchus aliū auctorē secutus est. Liuius em̄ pro. CCC. millibus nūmū, id est totidē sestertiis, millia æris dicit, & de denariis tacuit. Trientē autē tertiā partē Assis intellexit, qui genus nūmi fuit vt postea videbit. Satis tamē patet ex verbis Plutarchi denariū & drachmā pro eodē accipi, & cētenos fuisse in libris. Suspicari quis posset apud Liuiū locū esse mutilatū post verbū millibus, itaq; restituēdū. CCCXXXIII. mil. trecētis triginta tribus assibus triente. Idē Liuius lib. viii. de bello Maced. de L. Scipione loquēs qui post triūphū Asiaticū accusantibus Tribunis peculatus dānatus esse dicitur ob suppressam manubiarū partē, De Scipione (inqt ille) iudiciū factū, quo cōmodior pax Antiocho daretur, Scipionem sex millia pondo auri, quadringēta octoginta argenti plus accepisse q̄ in ærariū rettulerat. Et paulo inferius de summa damnationis loquens, In L. Scipione malim equidē librarii mēdū q̄ mēdaciū scriptoris esse, in summa auri atq; argēti. Similius em̄ veri est argenti q̄ auri maius pondus fuisse, & potius quadragies, q̄ ducēties quadragies litē æstimatā. Eo magis q; tātę summę rationē etiā ab ipso requisitā Publio Scipione in Senatu tradūt. librumq; rationis eius cū L. fratrē afferre iussisset, inspectāte Senatu suis ipsum manibus cōcerpsisse, indignatū q; cū bis millies in ærariū rettulisset, quadragies ab se ratio posceretur. Hactenus Liuius. Sex millia pōdo auri æstimatione a nobis instituta sexcēta septuaginta quinq; millia solatorū valēt, cū in singula pōdo cētum & duodecim aureos & semissem numeremus. id est nouenos in vncias. & quadringēta octuaginta argēti pōdo, quatuor millia octingentos coronatos. Porro si aureos solatos ad coronatos redigere volum⁹, in singulos solatos deducere solidū & semissem oportebit. Sic em̄ singulas auri libras cētū & duodecim solatis & semisse taxauim⁹, vt solati singuli triginta sex solidis & semisse valerēt, quare ex sexcētis septuagita quinq; millibus decies cētena & XII. millia quingēti solidi decedāt necesse est, quę sūma ad quinquaginta millia & sexcētos vigintiquinq; frācicos cōtracta, circiter vndētriginta millia aureoꝝ coronatoꝝ valet. Nihil enim refert exacte hoc colligere. fit sūma septingēta & octo millia octigēti aurei. Tanti æstimamus peculatū L. Scipioni obiectū, & tñ lis æstimata fuit ducēties quadragies sestertiū. quod nos æstimare solemus sexcēta millia coronatoꝝ. Ita cētū & octo millia octingēti exuberāt in priore summa: si tāti dānatus est quāta fuit petitio. Sed si decuplex tātū fuit auri ad argētū proportio, vt Pollucī credere nūc velim⁹, sexta fere pars hinc decedere debet. Ego em̄ hoc aurū ita æstimaui, vt auri libra paulominus duodecim libris argēti valuerit. Hęc sexta pars cētū decē & octo millia, & paulo aliquid āplius efficit. Ad amussim aūt quadrare numer⁹ nō potest ꝓpter auri ad argētū analogiā hodiernā, q̄ paulo minor est duodenaria, vt antea docuimus, & ego ita nūc deduxi, quasi plane duodecuplex esset. Nō dubito autē tāti Scipioni litē æstimatā esse, quātū iudicatū fuit eū auri arq; argēti interuertisse, id est in lite æstimāda nihil ei remissum esse, sed iudices decu-

plicẽ æſtimationẽ ſecutos, quę cõmunis erat, pręſertim in auro noh plane obryzo. Hęc ratio etſi odioſa eſt ꝓpter ſupputãdi tędiũ: eo tñ ꝓtinet vt intelligat᷑ ducẽties & quadragies ſeſtertiũ ingẽtẽ pecuniã fuiſſe, nec abſurdã me rationẽ iniuiſſe, in auri atq; argẽti æſtimatione faciẽda. Nũc vero cõpẽdiariã rationẽ ineamus. Cẽties ſeſtertiũ ſignificat cẽties centena millia nũmũ. i. cẽties ducenas & quinquagenas libras, quę ſunt quinq; & viginti millia põdo argẽti. Sic ducẽties & quadragies ſeſtertium ſexaginta millia argẽti põdo valet. Huiꝰ decima pars eſt ſex millia, & illa eſt ꝓportio auri ad argẽtũ ex Polluce. Quare ad nũmũ ratio quadrabit, vt ducẽties & quadragies ſeſtertiũ, & ſexaginta millia põdo argẽti, vel auri ſex millia, ſexcẽtis millibꝰ aureoꝝ noſtroꝝ æſtimari debeãt. id tãtũ excurret qđ ꝓ quadringẽtis octoginta libris argẽti taxauimus. i. quatuor millia & octingẽti aurei. Intelligere aũt debemus, vel argenti in lite æſtimãda nullã habitã eſſe rationẽ pręut erat auri ſũma. Vel annaliũ ſcriptores eã ſũmã ꝑtermiſiſſe, quę extra rotũdũ numerũ excurrebat. Parũ em̃ expeditũ erat ſic loqui, vt dicerẽt ducẽties & quadragies ſemel & aliquot ꝑterea ſeſtertiis litẽ ei æſtimatã. Hoc aũt ex eodẽ libro Liuii cõfirmari poteſt: qui de cõditionibꝰ pacis Aetolis datę, ita inqt, De pecunię ſũma quã pẽderẽt, pẽſionibuſq; eiꝰ, nihil de eo quod cũ COS. cõuenerat mutatũ. Pro argẽto ſi aurũ dare mallẽt, dare cõuenit, dũ pro argẽteis decẽ, aureus vnus valeret. Et intellige de nũmis Aſiaticis nõ Romanis, qa aurei Romani duplici põdere q̃ argentei erãt, vt antea dictũ eſt, vtpote didrachmi. Hęc ratio etſi pulchre quadrare mihi viſa eſt, ſola tñ nequit ita hominũ arbitrium aſtringere, vt nõ libere negare poſſint nos ad veritatis ipſius (vt ita dicã) cubile peruenisſe, etiã ſi multa eiꝰ veſtigia luculẽta atq; expreſſa deꝑhẽdimus. Vlterior igit᷑ inda-
gine lectorẽ eo perducemus, vbi vel ab inuito cõfeſſio exprimatur ſe iam veritatẽ nõ modo videre, ſed etiam palpare. Primus locus eſt apud Demoſthenẽ in oratione quæ ἡ τῶν ἀφόβου inſcribitur. in qua orator enumerãs fraudes tutorũ ſuorũ, & oſtẽdere volens tribus propemodũ talentis vno nomine ſe ab eis circũſcriptũ ita inquit, σκέψαϑε τοίνυν ὅσον ἀργύριον ἔστι πρὸς τοὺς κλινοποιοὺς κλέπτουσι. πεποράκοντα μὲν μνᾶς αὐτὸ τὸ ἀρχαῖον. δέκα δὲ ἐτῶν τὸ ἔργον αὐτῶν δύο τάλαντα. δώδεκα γὰρ μνᾶς ἑκάστου τοῦ ἐνιαυτοῦ τὸν πρόσοδον αὐτῶν ἐλόμενον. Conſiderate igitur quãtã iſti pecuniã ex lecticariis fabris interuertunt: primũ pro ſorte quadraginta minas pono, deinde pro quęſtu decennii eorũ opificii duo talẽta. ſiquidẽ duodenas minas quotannis accipiebãt eius mercedis nomine quã ſerui meruerunt. His verbis apparet decies duodenas minas duo talenta valere. Qua ratione ſexaginta minæ centenarię talentũ Atticũ faciũt. Eodem pertinet locus a nobis in primo libro citatus, cũ de vſuris centeſimis loqueremur. His enim exẽplis & aliis permultis eiuſdẽ orationis, quæ citare nũc lõgum eſſet, planũ ſit quicquid aliqui ſcripſerint de mina Attica, minã tamen Atticã ſemper centenariã intelligi, & huiuſmodi minas ſexaginta talentum efficere. Demoſthenes enim nõ modo Athenis & ad Athenienſes orationem illam habuit, ſed etiam atticiſſime locutus eſt, vt alibi in eadem, ὥσϑ᾽ ὑμᾶς ἐκ πεπάρων ταλάντων ὄντων χιλίων, τῆς μὲν τρία τάλαντα καὶ διχιλίας προῖκα δέδωκε, τῷ δ᾽ ἑβδομήκοντα μνᾶς καρπᾶσθαι, φανερὸν δέ που πᾶσιν ὅτι ἐκ μικρᾶς

Animaduertẽdus locus.

δσίας, ἀλλὰ πλέον ἢ δισπλασίας ἧς ἐμοὶ κατέλιπε, ταῦτα ἀφεῖλεν. Verba ſunt Demoſthenis argumẽtãtis ex verbis teſtamenti patris ſui: quę verba ſic verti Latine poſſunt, Qui enim ex quatuor talentis & tribus millibus, his quidem tria talenta & bis millena doti dedit, illi vero ſeptuaginta minarũ vſumfructũ reliquit: nimirũ hunc clarum eſt apud omnes non a tenuibus fortunis ea legata decerpſiſſe, ſed a ſumma altero tanto maiore, atq; eo etiam pleniore q̃ mihi reliquerat. Quam autẽ ſummam his verbis orator intellexerit, ex narratione eius orationis apparet his verbis, διαρπάσαι μὲν ἔδωκεν ἐκ τῶν ἐμῶν ἑβδομήκοντα μνᾶς καρπώσασθαι τοσοῦτον χρόνον ἕως ἂν ἐγὼ ἀνὴρ ἂν δοκιμασθείω, δημοφῶντι δὲ τῷ ἐμῷ ἀδελφῷ, καὶ δύο τάλαντα ὀφείλειν ἔδωκεν ἐκφέρ. ἀντῷ δὲ τοῦτῳ τῷ μητέρα καὶ προῖκα ὀγδοήκοντα μνᾶς. Therippidẽ quidem vſumfructũ ex bonis meis ſeptuaginta minarũ dedit, quoad ego inter viros cenſerer, id eſt qnoad tutelę meæ factus eſſem. Demophontẽ autẽ voluit apud ſe ſororem meã habere cũ duobus talentis. Huic autẽ ipſi quicũ ago matrẽ meã vxorem ducẽdã cũ dote octoginta minarũ reliquit. Hactenus Demoſthenes. Ex cuius verbis intelligimus duo talenta octoginta minas & ſeptuaginta, id eſt centũ & quinquaginta minas, tãtũ valere quantum quatuor talenta & ter millenas. vbi ſubintelligendũ drachmas, vt ex Græco apparet, propter quod millenas pro mille tranſtuli. Sic fit vt talentum ſexaginta ſit minarum, & mina cẽtũ drachmarum, minam enim Atticam ad centum drachmas auxiſſe Solonẽ Plutarchus in ei⁹ vita tradidit. vtq; vbi Græci millia dicũt ex ſua perſona, drachmarum ſemper intelligere debeamus. quod eo pertinet quod legitur apud Plutarchum in Pompeio de vectigalibus Romani imperii, & in Antonio de decies ſeſtertio, vbi interpretes male ſeſtertios intellexerũt, vt ſupra adnotauimus. q̃ multus autem Demoſthenes in eo loquẽdi modo fuerit, licet ex eadem oratione perlecta intelligere, cuius loca vertere neceſſe nũc non habui. Alter eſt locus Ciceronis, vbi velut cubile eſſe ipſius veritatis quã quęrimus exiſtimaui. Is eſt autẽ in oratione pro Rabyrio, in qua oratione de Gabinio loquens, qui ob Ptolemæi reductionẽ in Aegyptũ, & peculatũ inſignem in ea re admiſſum, decem millibus talentũ damnatus eſt, ita inquit, Redeo igitur ad crimen & accuſationem tuã. quid vociferabare decem millia talẽta Gabinio eſſe promiſſa? huic videlicet perblãdus reperinndus fuit qui hominẽ vt tu vis auariſſimũ exoraret. Seſtertium bis millies, ſed quadringenties magnopere cõtemneret. Ad intelligentiã horũ verborũ hoc præfari habemus, Gabiniũ decem millibus talentũ damnatũ eſſe, nec prædes tantæ ſummę dare, nec ex bonis eius auctione addictis eã ſummã ſeruari potuiſſe. Quare cũ Rabyrius Poſthumus eius criminis affinis videretur, accuſatus & ipſe fuit, quaſi impulſu ei⁹ Gabinius Ptolemęũ in regnũ reduxiſſet, & quaſi pars peculatus ad eũ perueniſſet, vt quod eius pecunię a Gabinio ſeruari non potuerat, a Rabyrio damnato exigeretur. Hunc igitur Cicero patrocinio ſuo defendit, cuius oratio & corrupta & mutilata lectitatur, nec eã in vetuſto libro orationũ Ciceronis repperi. Ea autẽ verba ſic legenda cenſeo, Quid vociferabare decem millia talentum Gabinio eſſe promiſſa? huic videlicet perblandus reperiẽdus fuit, qui hominem vt tu vis auariſſimũ exoraret. Seſtertiũ bis millies ſcilicet & qua-

Loc. Cicer.

dringẽties magnopere cõtemneret. Hoc ſenſu, pugnat ſecũ accuſatio tua, tu Gabiniũ auariſſimũ hominẽ fuiſſe criminabaris, & vt regẽ reduceret, talentis decẽ millibus conductũ eſſe: nũc Rabyrii impulſu feciſſe dicis vt regẽ deduceret, & ob id Rabyrium in crimen vocas. Quonãmodo cõuenit hominẽ auariſſimũ (vt tu vis) Gabiniũ pollicitatione bis millies & quadringẽties ſeſtertiũ adduci ad facinus nõ potuiſſe, niſi & ſuaſore Rabyrio impelleretur? Cęterũ nos ſingula talenta ſexcẽtis coronatis aureis, & ſexaginta libris cẽtenariis æſtimare inſtituimus: ſingulas aũt libras denis aureis: ſexagies eñ denì aurì ſexcentì in ſumma fiũt. Hac ratione cẽtũ taléta ſexaginta míllia aureoꝝ valẽt, id eſt centies ſexcentos. Hęc ſumma decies multiplicata ſexcẽta millia aureorũ efficit, tot eñ coronatoꝝ millia mille talentũ valet. Sic fit vt decẽ millia talentũ, ſexagies centena millia aureoꝝ valeãt, hoc eſt decies ſexcenta millia. Rurſus æſtimatione noſtra quadringenties ſeſtertiũ millies mille aureos noſtros valet, hoc eſt decies centena millia. Qua ratione bis millies & quadringẽties ſexagies cẽtena millia valet. Et ita ad nũmũ ſumma Latina cũ ſumma Greca cõuenit, & eſt ea quam Greci Apartilogiam vocãt. Lingua noſtra vernacula Latinę linguę imitatione rotũdã rationẽ vocat. Horat. lib. i. Epiſtol. Mille talenta rotũdẽtur totidẽ altera porro, Tertia ſuccedãt. De Gabinio & Ptolemęo Plutarc. in Antonio ſic inquit circa principiũ, μετὰ ταῦτα γαβίνιον ἐπὶ μυρίοις ταλάντοις πολλοῖς πείθοντος εἰς Αἴγυπτον ἅμα στρατεύσειν αὐτῷ, id eſt, Deinde cũ Ptolemęus ſuadere cœpiſſet Gabinio, vt in Aegyptum ſecũ expeditionem ſuſciperet, pacta mercede talẽtoꝝ decẽ milliũ. Qui locus latine nõ eſt cõuerſus in exẽplaribus quę vidi. Ex qbus verbis liquet id qđ dictũ eſt de decẽ millibus talẽtorũ. Nego igiť quẽq̃ eſſe tã hęſitatorẽ, qui modo hęc verba & ſupputationẽ intellexerit (quotus aũt quiſq; etiã citra calculũ nõ intelliget?) vt de hoc qđ hactenus egimus vltra addubitare poſſit. i. de ſeſtertiũ & talentorũ, & reliquorũ verborũ intellectu, & ſummarũ aurì argẽtiq; æſtimatione. Nam de aurì ꝓportione ad argẽtũ nõdũ plane ſtatuo. Ita Proteus ille Logodædalus, id eſt verborũ varietate fallax, & diu exẽplũ mendis veluti formarũ deſultoria viciſſitudine ludificatus, in ſeſe tandem rediit, peruicaci noſtro propoſito victus veritatis inueſtigãdæ. Exoratũ autẽ vnũquẽq; lectorem velim aut certe cãdidiſſimũ quẽq;, mihi vt vitio ne vertatur q; monuẽta antiquitatis hactenus ſancta atq; intacta ipſe temerare auſus ſim, homo vt inter literatos homines nouus, nullisq; maioꝝ imaginibus fretus arq; ſubnixus. A quo eñ tãdẽ literarũ ſtẽma ingeniiq; cõmẽdationẽ Frãcus homo duceret? tametſi in hodierna literarũ claritate nihil obſtat quo minus in poſterũ nõnullì vbiq; gẽtiũ, imagines ſibi gentilitatesq; cõparẽt, a quibus poſteritas fidutiã auctoritatẽq; vẽdicet. Quos etſi ipſos ingenio & doctrina lõge me ſuperaturos non dubito, magni tamẽ meritì inſtar erit vnũ me ex iis eſſe qui rei cõmẽdabilis exẽplũ patrię prodiderũt. Cedere aũt mihi in cõpẽſationẽ id poſtulo q; immutata haud ita pridẽ quædã loca nunc ſibi reſtituerim, vt paria feciſſe iudicari poſſim, cũ eo qđ magnorũ auctoꝝ laudatione fretus atq; teſtimonio, commouere quædam non dubitauì trabalì (vt aiunt) clauo fixa. Hęc & alia contra ius receptũ non ſine exemplo ad-

Apartilogia.

Logodędalus Proteus.

míſſa,per Philologię numē multis hodíe mortalíbus venerādū, ígnoſcí íta míhí poſtulo,ſi etiā ſpōſione perfunctus corollarīū non vnū aut alterū,ſed multíplex addídero.Gellíus lib.v.noctíū Atticarū,Equus Alexandrí Regís,& capíte & nomíne Bucephalas fuít.Emptum Chares ſcríplit talentís XIIII.& Regí Philíppo donatū. æris noſtrí ſumma eſt ſeſtertia trecenta & XII.Hactenus Gellíus.Taléta decē ſex míllía aureorū valent, & tría talē ta mílle & octíngētos:fiūt ſeptē míllía octíngēti aurei. Centū ſeſtertía du obus míllíbus & quíngentís valent ea ratíone qua ín ſíngula pondo denos aureos taxamus:ſic trecēta ſeſtertía ſeptem míllía & quíngētos coronatos valēt &.XII.trecentos hoc eſt trígínta líbras argēti. Quare ad nummū cō uenít ínter vtranq; ſummā.De hoc Plínius,Eídē Alexādro & equí magna raritas cōtígit.Bucephalū eum vocauerūt ſíue ab aſpectu toruo,ſíue ab ín ſígní taurínī capítís armo ímpreſſi:ſedecím talētís ferūt ex Philonící Phar ſalíí grege emptū etiā tū puero capto eíus decore. Recte tamē apud Gel. lium.xííí.legí ex Plutarcho patet ín Alexād.Quí tredecím talentís a Phí lonícο Theſſalo emptū dícit,vt forte apud Plí.xví.pro.xííí. legatur. Idem Gellíus líb.ííí.Arístotelē quoq; traditū eſt líbros pauculos Speuſíppí phí loſophí poſt mortē eíus emíſſe talentís Attícís tríbus, ea ſumma fit nūmí noſtrí duo & ſeptuagínta míllía.Hactenus Gel.Nos díxím⁹ talentū.LX. líbrarū eſſe,qua ratíone tría talenta centū ac nonagínta líbras valēt:quí nu merus ex duobus & ſeptuagínta míllíbus cōfit,ſi ín ſíngula míllía,bína pō do & ſelíbrā numeremus.Rurſus tría talēta mílle & octíngētís aureís ęſtí matíone noſtra valuerunt,& eadem ſumma cōficítur ex ſeptuagínta duob⁹ ſeſtertíís,ſi ſeſtertía ſíngula quínq; & vígíntí aureís ęſtímentur.Quare pla num facímus & talenta nos & ſeſtertía íuſta æſtímatíone perpēdíſſe.Apud eundē Gel.líb.í.emendandū vnū verbū huíc dícto contrarīū, vbí de Laíde ſcorto Corínthío loquítur,Ad hanc ínquít Demoſthenes clanculū adít,& vt ſuí copiā faceret petít:at Laís myrías drachmas,íd eſt decē drachmarū míllía poſcít.Hoc facít nūmí noſtratís denarīū decē míllía. Talí petulātía mulíerís,atq; pecuníę magnítudíne íct⁹ expauídusq; Demoſthenes auertít íter: & díſcedēs, Ego(ínquít)pœnítere tātí nō emo.Sed gręca ípſa quę fer tur díxíſſe lepídíora ſunt,ἐκ ὠνοῦμαι(ínquít)μυρίων δραχμῶν μεταμέλειαν,íd eſt nō emo centum ſeſtertíís pœnítentíam.Ex hís verbís teſtímonium locupletíſ ſímum habemus auctorís antíquí,quí Hadrían í príncípís temporíbus ſcrí pſit,drachmam & denarium eodem pondere fuíſſe:ſed q; decem míllía dena ríorum centum ſeſtertíís valuerínt, falſum eſt, tantum enim quadragínta valent,mínus ergo non ſeſtertíís legendū eſt. Athenęus líb.íííí.Díphnoſo phíſtarū,ὁ δὲ μέγας ἀλέξανδρος δαπνῶν ἑκάστοτε μετὰ τῶν φίλων ὡς ἴσορρᾶ ἔφιππος ὁ ὀλύν θιος ᾧ τῷ πρὶ τ ἀλεξάνδρῳ ἡ ἀφασίωνος μεταλλαγῆς,ἀνήλισκε φ ἡμέρας μνᾶς ἑκατὸν,δραπνόντων ἴσως ἑξήκοντα,ἢ ἑβδομήκοντα. φίλων.ὁ δὲ πρσῶν βασιλεὺς ὥς φησι κλεισίας ἡ δίνων ᾧ τοῖς πρσικοῖς, δραπνα μετὰ ἀνδρῶν μυρίων πεντακισχιλίων,ἡ(ρι) ἀνήλισκεν εἰς τὸ δᾶπνον τάλαντα, πεντακόσια, γί νετ δὲ ταῦτα, ἰταλικῆ νομίσματος ᾧν μυριάσι διακοσίαις πεντηκόντα,ἕνται δὲ εἰς μυρίας πεντακι λίας μυριάδας,ἑκάστῳ ἀνδρὶ γίνονται ἀνὰ ἑκατὸν ἑξήκοντα, ἰταλικῆ νομίσματος, ὡς εἰς ἴσον καθί σταται τῷ τοῦ ἀλεξάνδρου ἀναλώματι, ἑκατὸν γὰρ μνᾶς ἀνήλισκεν ὡς ἔφιππος ἰσόρκιον,Magn⁹ au tē(ínquít)Alexāder cœnans ſemper & vbíq; cū amícís,vt Ephíppus Olyn

Gel.locus.

Gel.locus.

Hic locus colophonem & coronidē diſputationí imponit.

thius in eo volumine prodidit quod de Alexãdri obitu & Ephęſtionis ſcripſit, centenas minas in dies expenſas cœnę ferebat, cum ad ſexagenos, aut ſummũ ſeptuagenos ad cœnã adhiberet. At vero Perſarũ Rex, vt auctores ſunt Cteſias & Dinon in hiſtorijs Perſicis, Ad cœnam ſuã quindecim hominum millia accipiebat, in easq; cœnas quadringena talenta expenſabat. Fiunt hęc Italico nomiſmate myriades ducentæ & quadraginta. Porro hæ in quindecim millia hominũ diſtributę: fiunt in ſingulos centũ & ſexaginta Italici nomiſmatis. Quare hic ſumptus ſuperiorem illum Alexandrinũ æquat. quippe cũ Alexãder cẽtenas minas in dies expenderet. Hęc verba Athenęi cum ad calculũ reuocarẽ ſic rationem inibã: ducẽtæ & quadraginta myriades, id eſt ducenties & quadragies dena millia: more Romano vicies quater centena millia dicũtur. Cum igitur cõpendio ſermonis quater & vicies ſeſtertiũ dici ſoleat ab antiquis, vt nos in ſuperioribus docuimus, ſi nũmos hic ſeſtertios intellígamus, & ad aureos noſtros redigamus, fient ſexaginta millia coronatorũ, id eſt duplex cenſus Senatorius. At quadringẽta talenta more a nobis inſtituto ęſtimata fiũt ducẽta & quadraginta millia coronatorũ, cum centum talenta ſexagenis millibus ſemper antea æſtimauerim. Quare talẽtorum æſtimatio quadruplex erit nomiſmatis Italici cõtra ſententiã Athenæi qui ignorare hoc non potuit: cũ Romę ſub Hadriano ſcripſerit, vt ex lectione eius intellígimus. Q; ſi vt antea apud Plutarchum fecimus, non ſeſtertios nummos ſed denarios, id eſt drachmas intelligamus, vt mos Gręcorum poſtulat, ſumma ad nummũ quadrabit. Sexagínta enim aureorũ millia quater multiplicata ducẽta & quadraginta millia fient, & quater & vicies ſeſtertiũ nonagies ſexies ſeſtertiũ fiet: cum ſinguli denarii quaternos nummos valeant. Greci enim videntes denarios Romanos æquales eſſe ſuis drachmis cum myriadas dicerent, denariorum intelligi volebant, quandoquidem ſic Attici numerabant. quos alii omnes ſecuti ſunt ſcriptores. Hic locus colophonem (vt aiunt) diſputationi noſtrę demonſtrationibusq; imponit. Age exigamus rem ad calculum, ducẽtæ & quadraginta myriades drachmarũ vel denariorum, id eſt vicies quater centena millia, ad minas contracta cẽtenarias quatuor & viginti millia fiunt, id eſt quadringẽties ſexagenę minæ: at eandem ſummam quadringenta talẽta ſexagenaria efficiũt, ita ratio cõuenit. Alioquin ſi nũmos ſeſtertios aliquis improbior Athenæũ intellexiſſe dixerit, talentũ Atticum quindecim neceſſario minarũ erit, quod nemo vnq; ſcripſit. Nunc pergamus porro, & quatuor & viginti millia minarũ in quindecim millia cõuiuarũ diuidamus, fiẽt in capita ſeſquimina & denę drachmæ. vtpote cũ quindecies millies ſeſquimina, vicena bina millia & quingenas efficiat. Ita reſtant mille & quingentę minę ex numero ſupradicto, quæ centena quinquagena millia denariorum valent, in quindecim partes diuidenda propter quindecim cœnantium millia. Atqui numerus hic partiens denarius eſt numerus, cum in cẽtum & quinquaginta millibus decies quindecim millia inueniantur, & decies quinquies decem millia, ita fit vt in ſingula millia conuiuarum dena millia denariorum accedant, & in ſingula capita denarii deni: ſic fiunt centeni & ſexageni denarii in capita, id quod Athenęus dixit. Et totidẽ denarios

Cõuiuæ Alexandri & Perſarum Regũ.

nos ſedecim aureis noſtris ęſtímare inſtituímus, qui numerus ſi per numerũ conuiuarũ multiplicetur, vt quindecies ſenadena míllia vel ſedecies quinadena míllia multiplicemus: fient ducẽta quadragena aureorũ míllia quãti quadringena talenta æſtimãda cõtendímus. Porro cum Alexãder in ſexaginta cõuiuas centenas minas impẽderet, id eſt dena denariorũ míllia, hac ratione in capita ſeſquiminã & ſextantẽ minę conſumebat, hoc eſt centum & ſexaginta ſex denarios & beſſem, quæ ſumma ſex denariis in capita excedit. Qz ſi in ſeptuaginta cõuiuas rationẽ ineamus, in capita ſingula minus erit ſeſquimina. Ita obiter locum Athenęi explicuímus, & extremã manum operi addídímus, quod ad hoc quidẽ pertinet. Plutarc. in Antonio de Curione & Antonio loquens ſic inquit, Ex quibus ſumptibus grande æs alienum ei, maiusq; q̃ pro ętate conflatũ eſt, ducẽtum quinquaginta talentorũ. Hęc ſumma ad nomiſma noſtrũ reducta æſtimatione a me inſtituta, centũ & quinquaginta míllia aureorũ noſtrorum efficit, cum talentũ aureos ſexcentos, & cẽtum talenta centies ſexcentos valeãt, hoc eſt ſexaginta míllia. Audíamus igitur nunc Ciceronẽ Philipp. ii. qui Antonium increpãs contumelioſa oratione, ita inquit, Tenes ne memoria prætextatũ te decoxiſſe? Et paulo poſt, Recordare tempus illud cum pater Curio mœrẽs iacebat in lecto, filius ſe ad pedes meos proſternẽs, lachrymans te mihi cõmendabat: orabat vt te contra ſuum patrẽ ſi ſexagies ſeſtertiũ peteret, defenderẽ. Tantum enim pro te interceſſiſſe dicebat. Hactenus Cicero. De hac interceſſione Plutarchus ibidẽ meminit his verbis, Pro quibus. CCL. talentis cum interceſſiſſet Curio, pater id ægre ferens, domo ſua expulit Antoniũ. Cum decies ſeſtertium a me, quinq; & vigínti míllibus aureorũ ſæpe ſit æſtimatum, in promptu eſt ſexagies ſeſtertiũ centum & quinquaginta míllia vale re, & ita vtranq; ſummã ad nummum cõgruere apud Ciceronem & Plutarchum. Idem Plutarc. in Antonio, Calphurniã Cęſaris vxorem tradit apud Antonium bonam partem pecuniarum depoſuiſſe, quarum ſumma fuit ad quatuor míllia talentorum. At in vita Ciceronis idem auctor ſcribit inimicitias inter Antonium & Octauium ortas ob pecuniam Cæſaris auunculi eius ab Antonio interuerſam. Ab eo enim repetebat (inquit) Cæſar iunior ducentas quinquaginta myriadas. Hoc latine dici debet ducẽties quinquagies centena míllia drachmarũ, hoc eſt míllies cẽtena míllia nummum, vel loquendi compendio, míllies ſeſtertium: quod nos æſtímare ſolemus vicies quinquies centenis míllibus aureorum coronatorũ. At mílle talenta, ſexcẽtis míllib⁹ aureorũ a nobis æſtimata ſunt. Quo fit, vt quatuor míllia quater & vicies centenis míllibus aureorum valeant. Quare ſummæ ambę quadrabunt, ſi tantum hoc animaduertamus Plutarchum excurrentem numerũ talentorum (qui ſunt fere cẽtum & quinquaginta ſex) addere quatuor míllibus neglexiſſe. Sed ne mirũ aut incredibile potius videatur tanti cœnas Perſicas conſtare Regibus potuiſſe, hic mihi in mentem venit vt adderem id quod memorię proditum eſt de vaſis & ſupellectile & inſtrumento (vt ita dicam) luxuriæ Perſicæ. Poſt victum igitur Darium apud Iſſum in Cilicia, cum Alexander Darium fugientem ſecuturus, Parmenionem Damaſcum miſiſſet: vbi velut ſedem eius belli Darius eſſe ſtatuerat, compor

tatis illuc pecuniis omniq; splendore instrumẽti viatorii tam regii q̃ proce
rum: Damasco iam in potestatem redacta Parmenio ad Regẽ Alexandrum
scribens de thesauris repertis, & impedimentorũ copias enumerans, inter
Luxus Darii Persarum Regis. alia luxus castrensis ministeriũ hoc catalogo recensuit, παλλακίδας ἔυρον μουσῶ-
γοὺς τοῦ βασιλέως, τριακοσίας ἑκοσιεννέα, ἄνδρας στεφανοπλόκους ἑξ καὶ πανταράκοντα, ὀψοπιοὺς διακο
σίους ἑβδομήκοντα, ἑπτά, χυτρεψοὺς ἑκοσιεννέα, γαλακτουργοὺς τρεῖς καὶ δέκα, πραγματοπιοὺς ἑπτὰ καὶ
δέκα, οἰνοθήκας ἑβδομήκοντα, μυροπιοὺς πανταράκοντα. Pallacas (inquit) inueni canẽdi
peritas, & musicę varię artifices, ad Regis oblectationem intentas numero
trecẽtas vndetrigínta. viros coronamentorũ artifices sex & quadraginta.
coquos ducẽtos & septuagínta septẽ. Figulos ad culinariũ instrumẽtũ in ca
stris fingẽdũ vndetrigínta. Lactarios pistores tredecim. potionũ temperato
res concinnatoresq; liquorum decem & septem: & præter hos homines se-
ptuagínta qui a sacellandis vinis erant Regi, & colo cõdiendis, vnguenta-
rios insuper quadraginta. Si tantus igitur splendor fuit, tamq; copiosus in
statiuis & castris apparatus, quantum cõcipere animo possumus eum fuis-
se apparatũ qui Babylone aut Susis aut Persepoli fuit? Hoc igitur tãdem
cõfecto quod vix absoluí posse sperabamus, videamus quonãmodo intelli-
gi possit id quod apud Plutarchũ legitur de tertio Põpeii triumpho loquẽ
tem, quem de Asia subacta egisse dicitur. Ex prænotatis (inquit) literis cla-
re cognoscebatur ex quo genere gentiũ triumpharet. Erant quippe regio-
nes hæ, Pontus, Armenia, Cappadocia, Paphlagonia, Media, Colchis, Ibe-
ria, Albania, Syria, Cilicia, Mesopotamia. Præterea íi qui circa Phœniciã
& Palæstinen incolunt, Iudæi, Arabes, Piratarum etiam quotquot genera
terra mariq; debellata erãt. Inter hęc notabant castella haud pauciora q̃ mil
le capta, ciuitates ferme nonigẽtę, Piraticę naues octingẽtæ: vrbes coloniis
Romanis habitatas esse vndequadraginta. His quoq; addebatur vniuersa
Romanę vrbis tributa ante id bellum quiquagies decies cẽtena millia fuis-
se. Cum iis vero quę Populo Ro. ipse quęsiuit octuagies quinquies decies
Summa tributorum Po. Romani ex Plutarcho. centena millia. In ærarium præterea vasa aurum argentumq; signatũ ad vi
ginti millia talentorũ, præter ea quæ militibus diuisa sunt, quorũ qui mi-
nimum accepit, mille & quingẽtos æris tulit. Hęc verba significãt tributa
Po. Ro. ante Mithridatẽ victum, quingẽties sestertiũ fuisse: & ex tertia ex-
peditione Pompeii trecenties quinquagies accessionis factum esse. Hęc sũ-
ma ære nostro vicies semel centena & vigintiquinq; millia aureorũ valet.
Intra quã summã si coarctare velim[9] imperii Romani redditũ: ridebimur
ab iis qui nouerunt regni nostri tributa. Quo anno hæc prodidi, princeps
Redditus regni Franciæ. Canon. nostер tantam ferme pecuniam ex ditione Gallica percepit. Quod ne com
miniscí videar: scire licet apud nos tria esse pensitationũ genera ex quibus
ærariũ nostrũ cõstat, canonem, oblationẽ & indictionẽ. In canone cẽsentur
ea quæ sceptris ita hærent, vt cum sceptris nata nec sine iis interitura videã
tur, qualia sunt portoria & isagogica vel exagogica quę in introitu vel exi
tu vrbium vel locorum aliorũ pensitantur. Et in vniuersum vectigalia quæ
multis nominibus accepta feruntur in ratiociniis principalibus & possessi-
siones prædiaq; quorũ etiam mancipium proprium est diadematis Franci-
ci, nec in commercio hominum esse putatur, duntaxat vt perpetuo eman-

cipari poſſeſſiones poſſint. Huc accedũt regaliorũ clientelarumq; iura, id eſt iura quædã certarũ perceptionũ in eas poſſeſſiones aſcripta quę in fide ſunt diadematis: accedũt & commiſſa omnia & aduẽtitia quę aſſertorẽ non habent, Albana vulgo dicuntur, Adeſpota a Græcis appellãtur, quę aſſertorem nullum atq; vindicẽ habent, ob idq; in fiſcũ cedunt. Strabo lib. xvii. de Aegypto loquens, ἄλλος δέ ἐστιν ὁ προσαγορευόμενος ἴδιος λόγος, ὃς τὴν ἀδεσπότων καὶ τῶν εἰς καίσαρα πιπτόντων ἐξέτασίν ἐστιν. Eodem pertinent vno verbo omnia in fiſcum cedentia, vt caducorũ iura in externorũ hominũ hæreditates qui ius ciuilitatis aut prouinciæ a principe non impetrarũt. In ſecundo genere ſunt quæ Oblationes dicuntur, viceſima & octaua & quarta in quibuſdã locis in res promercales ſtatutę: & ſalarium vectigal, & exoticum, omnia a popularibus olim principibus delata: vnde nomẽ oblatio apud priſcos accepit. Horum duorum generũ vt ęſtimationẽ certã facere nequeo, ſic ad ſex centa aureorũ millia, hoc nomine accepta referri haud incerta ratiocinatione colligo. Tertium genus Indictio appellatur: hoc caput ſtatam plerunq; habet ſummam paulo plus octingena & quinquagena aureorum millia. Ita vt vrbes inſignes ſtipendiariæ non ſint. Indictio ob id appellata q; anniuerſariis diplomatis indicitur: ex quo tamen trans Alpes res geſſimus, acceſſionibus quas ſuperindictiones appellant identidẽ aucta eſt. Sic enim ſunt Galli homines, vt prout quidq; principi aut collibuit aut collibuiſſe dicitur, id perinde ius fasq; eſſe credatur: omniũ haud dubie mortalium qui q̃dẽ Barbari nõ ſint, maxime (vt grẽce dicitur) Pitharchici, id principalib⁹ edictis æquo animo obſequentes, nec ideo tamen minus libertatẽ loquendi viuendiq; vſurpantes principibus etiam haud inuitis. Sic enim fert huius regni genius nobis a deo omnipotẽte chriſtianiſſimi nominis (vt arbitror) commendatione conceſſus, vt & obſequioſa alacritate ſeruiamus, & qui nobis imperant, liberos nos eſſe non nolint. Verũ quo anno hæc prodidi vno edicto princeps ter & tricies centena millia Francicorum imperauit. Quibus accedit haud contemnenda ſumma quam cuiuſuis non eſt intelligere. Neoterico enim inuento hominũ in ęraria officina perpolitorũ factũ eſt, vt dies penſitationũ ita cedãt, vt inſequẽtis anni quadrans primus in vltimũ prędecedẽtis incurrat. Sicq; quinq; quadrãtes in vno aſſe reperiantur. Nouo etiam aucupio triẽtes ex quadrãtibus facti, quo perplexioribus inuolucris res argentaria intricaretur. Hoc nomine dicere poſſem quantũ acceſſionis hoc biẽnio factũ ſit, populo ita deuorãte ſtrophas argẽtarias vt nihil nõ cõ coxerit: id quod eo pertinet quod dixi de ęquanimitate populi in accipiendis obeũdisq; imperiis. In quo vtinã etiam felicitatẽ ſuã ac benignitatẽ diuinam principes agnoſcerent: nec fallere nos ii homines exiſtimarẽt qui huiuſcemodi cõmẽtis deum & ſuperos omneis aut accõmodare cõniuẽtiã, aut arridere credũt. Verũ vt ad rẽ redeam⁹, hoc affirmare auſim, indictionũ capiti principẽ quo anno hęc prodidi nõ min⁹ acceptũ retuliſſe, ſupputata cũ ſorte ſupradicta repſentatione, q̃ quãta ſit ęſtimatio illa ſupradicta octigẽties ſeſtertii. Quare apud Plutar. legendũ antea putabã quinquagies decies cẽtena millia drachmarũ. Grẽci eñ nũq̃ per ſeſtertiũ millia numeros colligere ſolẽt: ſed per myriadas chiliadasq; drachmarũ, vt paulo ante dixim⁹.

Oblationes.

Indictio.

Pitharchici Franci.

nũc autẽ quod antea cõíiciebã,certo opinor,vt paulo poſt oſtendã,hac ratione ſumma illa reddítus Romaní quadruplícato augeť:& fit ter míllíes & quadrígẽties ſeſtertiũ.i.octuagies quínqes cẽtena míllia aureorꝫ noſtro rũ.Sũma autẽ pecuníę in ęrariũ relatę ab eodẽ Põpeío fit centies & vícies cẽtena míllía aureorũ,quod nos duodecíes míllíes mílle aureos língua vernacula dícímus:Greęí mílle ac ducẽtas myríadas appellãt.Myrías eñ numerũ decíes míllenariũ ſignificat:ſi pręter hoc ęſtímemus ín capita ſíngula mílítũ ſeſquílíbrã argẽtí,íd eſt mílle & quíngẽtos ęrís:æſtímatío in immẽſum abíbít.& tamẽ corruptũ íd eſſe apud Plutarchũ ínterpretís culpa facíle oſtẽdemus ex Appíano,quí in eo líbro quí Mithrídatícus díciť de hoc loquẽs íta inqt,Fíníẽte hyeme Põpeíus prędía mílítíbꝰ exhíbuít:víritím mílle & quíngẽtas drachmas Attícas,ducíbus eorũ cõdígna paritet ímpẽdít, quorũ ſumma decíes ſexagíes mílle talẽta attígíſſe credíť.Hoc membrum extremũ quíd ſignificet nõ íntellígo,nec emẽdarí certo poteſt níſi víſo Appíano Greęco.Huíuſmodí corruptos numeros nõ ſemel apud eũ auctoré latínũ factũ offendí:ſed ex hís verbís íntellígímꝰ nõ mílle & quíngẽtos ærís vt ínterpres exíſtímauít:ſed mille & quíngẽtas drachmas.íd eſt denas quínas líbras argẽtí,hoc eſt cẽtenos quínquagenos aureos ſíngulís mílítíbus datos.Ex Plutarcho autẽ ípſo Greęco quí poſt alterã etiã líbrí huius editíonẽ ad nos peruenít,error ínterpretís manífeſtus eſt. Síc enim ín eo loco hiſtorię legítur,πρὸς δὲ τόποις ἔφραζε διὰ τῶν γραμμάτων,ὅσα πενταχισχίλια μὲν μυριάδας ἐκ πολῶν ὑπῆρχον,ἐκ δὲ ὧν αὐτὸς προσεκτήσατο τῇ πόλει,μυριάδας ὀκταχισχιλίας πεντακοσίας λαμβάνουσιν.Et paulo poſt,τῶν δὲ στρατιωτῶν ὁ τοὐλάχιστον αἶρων καὶ λόγῳ,δραχμὰς ἑπτακισχιλίας πεντακοσίας.Ex quíbꝰ apparet ínterpretẽ nũmos ſeſtertíos vel aſſes pro drachmis íntellexíſſe,errore luculento.Quí etiã tríbuta pro vectígalíbus tranſtulít.Plutarchus enim íís ſummís vectígalía,íd eſt τέλη,nõ tríbuta,íd eſt φόρους ſignificaſſe míhí vídetur.Quod autẽ Plutarchus quínqꝫ míllía myríadũ ſcrípſít,quíngẽties cẽtena míllía latíne vertí debuít,vel qngẽties ſeſtertíũ:ſi quídẽ ſeſtertíos nũmos íntellígí volebat.Et ſecũdo loco octíngentíes quínquagíes.Verum quoníã Plutarchus more Greęcorũ ſcrípſít, ſumma quadruplícato excreſcít,& fit ter míllíes & quadríngẽties centena míllía nummũ,vel ter míllíes quadríngẽties ſeſtertíũ.Plutarchí autẽ verba ſic vertí ad verbũ poſſunt.Ex íís vero quę ípſe cíuítatí Romanę íã queſítis addídít,Romanos capere quotãnís octo míllía & quíngẽtas myríadas drachmarũ.Sic ſuperíor ſumma quaternarío multíplícata, efficít ter míllíes & quadrígẽties cẽtena míllía.Plí.lib.xxxvíí.hunc tríũphum magnífice deſcrípſit . ſed adeo corruptꝰ ad nos peruenít,vt ſatís habuerím locũ notare quẽ trãſcríbere nõ poterã.Quí tamẽ locũ íllũ legerít,Plutarchũ mírabiť vígíntí tantũ míllíbꝰ talentũ ęſtímaſſe prædã in ærariũ íllatã. Apud Plí. in eíus tríũphí deſcríptíone ad vltímũ íta legítur in codícíbus omnibus ímpreſſís, Cętera tríũphí eíuſdẽ q̃ veríſſíme ſubíícíã,Reíp.datũ mílle talẽtũ, Legatís & Quęſtoríbus quí oras marís defendíſſent ſeſtertía bína míllía:cõmílítíbus ſíngulís quínquagínta.Hoc prorſus non cõuenít nec cũ Appíano nec cum Plutarcho:bína enim míllía ſeſtertíum quínas líbras argentí valent, & quínquagínta ſeſtertíí vígíntí drachmas. Præterea quís credat Plínium

Summa pecuniæ a Põpeio in ærarium illatæ triũpho Mithridatico

post bina millia dixisse quinquaginta: saltē quinquagena emēdatorores scri berēt. In antiquis quos vidi sic legit, Cętera triūphi eiusdē q̄ virilia Reip. & Quęstoribus qui oras maris defendissent, datū mille talentū: militib⁹ sin gulis sena millia sestertiū. Et hactenus legitur. Fortasse autē sic legi debet, cætera triūphi eiusdē q̄ virilia (vt hocreferatur ad superiora in quibus Pli. mollitiē & delicias repræhēdit) Prefectis & Quęstorib⁹ qui oras maris de fendissent, datum mille talentū: militibus singulis sena millia sestertiū, co mitibus singulis quinquagena. Vt intelligamus comites, eos qui spōte Pō peiū secuti sunt. Sena millia sestertiū millenas & quinquagenas drachmas significāt, quod cōuenit cum supradictis. Quapropter admirari subit vel emendatorū licentiā vel librariorū incuriā: qui hunc locum ita corruperūt, ex quo coniecturā in vniuersam Plinii emendationē facere licet. Appianus auctor est in exercitu Pōpeii ab initio statim peditum vigiti millia, & equi tū quatuor fuisse: & Legatos ei quinq; & vigiti a Senatu decretos. Vt ergo in singulos pedites mille & quingentas drachmas dederit & tria millia in equites: sic enim fieri solitum vt equites vel duplex vel triplex donatiuū ac ciperent, & duplex Centuriones. Pompeius vltra mille talenta Legatis & Præfectis data, non potuit minoris quadringentis & vigintí millibus ar genti libris defungi. Fiunt in summa cum mille talētis quadringenta octo ginta millia pondo, quæ ære nostro duodequinquagies centenis millibus aureorum æstimantur. In singula enim pondo denos aureos numeramus. Atq; in hoc rationē nullam habeo centurionatus, nec auxiliaris militis, & euocati, & prouinciatim collecti. Appianus Latinus (vt diximus) summas App. locus. argēti non modo incredibiles sed etiā absurdas refert: apud quem legitur, In eam largitionē Pompeium decies sexagies mille talenta impēdisse. Ego autem sexdecies interpretem scripsisse puto pro sedecim talentorū millib⁹, quę ere nostro sexies & nonagies centena millia aureorum dici possunt. Hoc donatiuum Pompeianū non modo credibile, sed etiā contemnendum nec memorabile fecerunt illa quę postea secuta sunt donatiua, ad bella ciui lia legiones auctorantia, vt posthac ostēdemus. Nūc vero si Romani impe rii magnitudinē non dico ostēdere sed argumētis tantū coniiciendū relin quere velim, longus de integro instaurādus erit sermo. Plin. lib. vii. de tro Magnitudo Romani imperii. phęis triūphisq; Pōpeianis loquens, ita inquit, Triumphi vero quē deduxit Pōpeius ad tertiū Calend. Octobris, prefatio hęc fuit, Cum orā maritimā a prędonibus liberasset, & imperium maris Po. Ro. restituisset, ex Asia, Pō to, Armenia, Paphlagonia, Cappadocia, Cilicia, Syria Scythis, Iudęis, Al banis, Iberia insula, Creta, Basternis, & super hæc de Regibus Mithridate atq; Tigrane triumphauit. Summa summarū in illo gloria fuit, vt ipse in cōcione dixit cum de rebus suis dissereret, Asiam vltimā prouinciarū acce pisse, eandēq; mediā patrię reddidisse. Si quis econtrario simili modo velit percensere Cęsaris res, qui maior illo apparuit: totū profecto terrarū orbē enumeret, quod infinitū esse cōueniet. Asiam hoc in loco Plinius pro penin sula Asię accipit, quod regnū olim Lydiorū dictum est. Tranquil. in Cæs. Gessit autē nouē annis, quibus cum imperio fuit hęc fere. Omnem Galliā quæ a saltu Pyrenæo Alpibusq; & monte Gebenna, fluminibus Rheno &

iuriaq; pertinebat. Hic locus, vt alia pleraq; eius auctoris mendose latinus factus est. Digna vero oino historia quę in regię cōspicuo loco sesqpedalibus literis proscriberetur, vel in es incideret potius, vt & principes nostri meminissent, qd sui sit officii, & qui rei argētarię apud nos sūmā tenēt innocētius & cautius obirēt sua munera in posterū. Hic est ille M. Antonius qui Cleopatrę vltimę Aegypti reginæ, Phœniciā, Syriā, Cyprū, & Cilicię bonā partē, Iudęā balsamiferā & Nabatheorū Arabiā in stupri mercedē dedit. qui Antigonū Regē securi percussit. qui expeditionē in Parthos cum centū millibus peditū equitūq; suscepit. cui deniq; nobilis illa cœna portē tosi luxus cōdicta est a Cleopatra: in qua cēties sestertiū. i. ducenta & quinquaginta millia aureorū vno ferculo secundę mēsæ cōsumpta sunt. De hac re Atheneus in quarto Dipnosophistarū ita propemodū inquit, verbis ex Rhodio Socrate trāscriptis, qui bellū ciuile Cæsaris & Antonii scripsit, Quū autē Cleopatra obuiā processisset Antonio in Cilicíam, ibi cōuiuiū regiū opiparūq; instruxit. in quo aulicū oīne instrumētū aureū erat, gēmis etiā cōsertū singulari vascularioru opificio. Erāt etiā parietes purpureis aureisq; peripetasmatis obtēti. Duodecim igit ad hunc modum triclíniis cōstratis & instructis, Antoniū ad cōuiuiū illud Cleopatra, quosdāq; primorū vocauit, quos ei visum fuit. Ibi Antonio, apparatus magnificentiā cū stupore, admirāte: renidēs Cleopatra, oīa se illi dono dare respōdit. & subinde in diē posterū cœnā ei condixit: ad quā ille postridie cū venisset, comitatus amicis & proceribus, eo splēdore Cleopatra atq; ea opulētia cōuiuiū instruxit, vt hestern⁹ apparatus despicabilis præ eo videret. ac nihilo secius peracto cōuiuio omnia idētidē donauit: visenda sane munificētia, cum vnicuiq; cōuiuarū permitteret torallia & lectū in quo accubuisset, & vasa aurea prę terea auferre: ita vt cuiq; lectisternio cesserāt. His pactis sub ingressum Antonii comites prout dignitate aliqua pręcellebāt, ita partim lecticas gestatorias cum seruis lecticariis, partim equos instratos argēteis ephippiis referebant. queis omnibus regina eo amplius face prælucētes assectas digredientibus repræsentauit, κλίνη δὲ ἄνριον πεντεκαίδεκα συνδεπνῆσαι, πάλιν ἤκουσα, μετὰ τὴν φιλοτησίαν τῶν ἡγεμόνων, ὅτε οὐ πολλῷ κρείττον διακοσμήσασα τὸ συμπόσιον. ἐκπίνοι φανῆναι τὰ πρῶτα μικρὰ, καὶ πάλιν κλίνη καὶ ταῦτα ἐδωρήσατο. τῶν δ' ἡγεμόνων ἐφ' ἑνὸς ἕκαστον κατέκειτο κλίνη, κλίνη τὰ κυλίκια, καθὼς τοῖς στρώμασι ἐμεμέριστο, ἑκάστῳ φέρειν ἐπέτρεπε, καὶ τὰ μὲν ἄφθονον, τοῖς μὴ ἐν ἀξιώμασι φορεῖα σὺν τοῖς κομίζουσι, τοῖς πολίταις δὲ καταργύροις σκευαῖς κεκοσμημένους ἵππους. πάσι δὲ λαμπηφόρους παῖδας αἰθίοπας πρέπειν. Mirabitur forsan quispiam quonam modo ducenta millia talentum vno anno Antonius ex Asia auferre potuerit. Asiam hic intellígere oportet orientale Po. Ro. imperiū: quod quātum fuerit ex partitione illa Triumuirali intellígere licet, quę mihi instar fuisse videtur Homericę regnorū diuisionis inter Iouem Neptunum & Plutonem. In ea partitione omnis ad orientē tractus Antonio, ad Hesperiā Cæsari hoc est Octauio cōcessus. Vtriusq; aūt imperii cōfiniū, Ioniū mare factū. Lepido Africa cessit. Ita ditio nostra omniū citra mare lōge hodie clarissima, portiūcula prope dixerim fuit nō dico Romani imperii, sed tertię partis eius. Postea autē sublato Lepido cū Triūuirat⁹ ad Duūuiratū rediisset, quātę fuerint Romani imperii vires ęstimare datur ex vtriusq; copiis. siqui

Mirabilis cœna.

Cleopatræ luxus in conuiuio.

Triumuiralis partitio.

dē in Actiaco bello Antonius peditū centum millia, equitū duo & vigīti, & naues bellicas non pauciores quingētis habuit. Et ſex Reges in comitatu ſuo. Cęſar autē naues bello aptas ducētas & qnquaginta, peditū octoginta millia, & equitū parē Antonio numerū. quo tēpore vt diximus Lepido de medio ſublato Antonius ab Euphrate & Armenia ad Ioniū mare & Illyricū: Cęſar ab Illyrico ad Heſperiū oceanū, & ab oceano ad Tyrrhenū Siculūq; mare: Libyę vero quātū Italię Gallięq; & Hiſpanię obiectū eſt ad Herculeas colūnas obtinebat. Antoni⁹ vero a Cyrene ad Aethiopiā. Appianus autē lib. v. bel. ciuiliū Marcū Antonium inducit Epheſi ad Greças Aſiaticasq; gētes oratiōnē habentē, dicētemq; ſibi duodetrigīta legiones eſſe, quę cum auxiliaribus centū & ſeptuaginta peditū millia implerēt, eq̄tibus nō adnumeratis: quas legiones reliquias eſſe dictitabat triū & quadragīta legionū quas Mutinę habuiſſet cū Cęſare & Lepido cōmunes. Itaq; cū prēmia iis reddere opus eſſet: & oriētales populi ita de eo & Cęſare meriti eſſent vt digni maxima mulcta viderētur: ob pecunias Caſſio & Bruto Cæſaris interfectoribus collatas, ſe mulctę eis nomine decē annorū tributa imperare cōtinuo perſoluēda, quandoquidē tot annorum ipſi tributa Bruto & Caſſio biennio proximo pēſitaſſent. ad extremūq; Greços & Aſiaticos multis lachrymis impetraſſe vt nouem annorū tributū biēnio perſoluerent, ſicq; factū vt & populi & Dynaſtæ Aſię cōferre cogerentur. Ducenta igitur millia talentū quę Plutarchus exacta eſſe ab Antonio dixit, ex ea collatione fuerūt quę vno & altero anno in nouē annos indicta eſt. Hęc ſūma nomiſmate noſtro cēties & vicies millies mille aureos valet. Greçce duodecies millenas myriadas dicerē: vel centies & vicies centenas myriadas aureorū. Hac ſumma maiorē nullā (vt arbitror) dicturi ſumus vno tēpore cōgeſtā. Maiores ſūmę in ęrario fuiſſe videtur vt apparet ex iis quę lib. ſuperiore adnotata ſunt. Plī. lib. xxxiii. Meſſala orator ,pdidit Antoniū Triūuirū aureis vſum vaſis in oibus obſcœnis deſideriis pudēdo etiam crimine Cleopatrę. Et paulo inferius, Antonius in cōtumeliā naturæ, vilitatē auro fecit, op⁹ ,pſcriptione dignū. Idē auctor eſt luxū tū primū Romanū populū inuaſiſſe, quū Aſia deuicta eſt. Aſia (inqt) primū deuicta luxuriā miſit in Italiā. Siquidē L. Scipio trāſtulit in triūpho argēti pōdo millia quadringēta quīquaginta: & vaſorū aureorū pōdo centū millia. Anno vrbis cōditę quingēteſimo ſexageſimo quinto: eadem Aſia domita multo etiā grauius afflixit mores, inutiliorq; victoria illa hæreditas Attalo Rege mortuo fuit. Tū enim hęc emēdi Romę in auctionibus regiis verecūdia exempta eſt, vrbis anno. DC. XXVI. mediis. LVII. annis erudita ciuitate amare etiā & non ſolū admirari opulentiā æternā. Immēſo & Achaicæ victorię mōmēto ad impellēdos mores, quę & ipſa hoc interuallo anno vrbis. DC. VIII. Parthica ſigna & tabulas pictas inuexit: neqd deeſſet. pariterq; luxuria nata eſt, & Carthago ſublata, ita cōgruētibus fatis vt liberet amplecti vitia, & liceret peccare ex dignatione. In quibuſdā impreſſis libris legit', & vaſorū aureorū pōdo ducēta millia duplicato auri numero. In antiquis oibus pōdo mille quingēta: adeo fluxa fides eſt exemplariū in numeris tradēdis. Apud Liuiū nō millia ſed mille vtrobiq; legitur quod luculentā facit diſcrepātiā, in

Actiacus exercitus.

Aſia demum victa luxuria Romam inuaſit. magis etiā donata.

q̃buſdã antiquis mille legit̃,in aliis per notas ſcriptũ eſt vt ad mille & mil lia ambiguũ ſit.Sic autẽ inq̃t Liuius lib.vii.de bel.Maced. Tulit in trium pho vaſorũ argenteorũ(oĩa celata erãt)mille põdo,&.CCCCXXIIII. au reorũ mille põdo,&.XXIIII.Pręter hęc etiã duo verba in ſupradicto loco corrupta eſſe intelligo ex obſeruatione vetuſtę lectionis. Neq; eñ Aſia do mita lego ſed donata.Scimus enim Attalũ Regẽ Aſię populũ Ro.hæredẽ inſtituiſſe auctore Trogo lib.xxxvi.Deuictã igitur Aſiã Pli.prius dixit lu xuriã miſiſſe in Italiã,quod fuit Antiochi tẽpore:poſtea etiã donatã quod fuit Attalo Rege hæreditatẽ populo Romano relinquente. Parthica autẽ ſigna corruptum eſſe ſatis ſcio:ſed quomodo reſtituendũ ſit affirmare non auſim.Dicerẽ Corinthiaca,niſi in vetuſto parta legiſſem, vt victoriã par tam intelligamus,id eſt vt parta victoria ſtatuas & tabulas inuexerit Ro mam ex Achaia.Neq; vero ex Aſiaticis tantum tributis Antonius infinitã vim auri argentiq; collegit & prodegit:ſed etiam ex hęreditate Cęſaris pe cuniã auertiſſe traditur.Plutarchus enim auctor eſt interfecto ſtatim Cæ ſare Calpurniã Cęſaris vxorẽ quatuor millia talentũ ad Antoniũ tranſpor tanda curaſſe.Maximam tamen pecuniã Cęſarem reliquiſſe ex ſecunda An toniana intelligimus:quo in loco Cicero ita inquit,Vbi eſt ſepties millies ſeſtertiũ quod in tabulis quę ſunt ad Opis petebatur:funeſtę quidem illius pecuniæ:ſed tamen ſi iis quorum erat non redderetur , quæ nos a tributis poſſet vindicare. Tu autẽ ſeſtertiũ quadringenties quod Idibus Martiis de buiſti,quonãmodo ante Calẽd.Aprilis debere deſiiſti? Et rurſus Philip.v. Illa vero diſſipatio pecuniæ publicę ferẽda nullo modo eſt:per quã ſepties millies falſis donationibus perſcriptionibusq; vertit: vt portento ſimile vi deatur tantam pecuniã populi Ro.tam breui tempore perire potuiſſe.Per ſcribere Cicero vocat quod lingua noſtra regiſtrare appellat.Vertit autem pro auertit,puto eſſe mendoſum.Pli.lib.xxxiii.Cęſar primo introitu vrbis in ciuili bello ſuo ex ęrario protulit laterũ aureorũ.XXVI.millia,& nume ro põdo trecẽta:nec fuit aliis tẽporib? Reſp.locupletior.Sic & in impreſ ſis codicibus & in duobus antiquis legi,vt antea dictũ eſt.In vno autẽ ve nerandę antiquitatis qui in rebus meis erat,ita legit̃,Laterũ aureorũ.XV. Argenteorũ.XXXV.& in numero.his.CCCC.quod ego interpretor ſeſ tertiũ quadringẽties.Locum autẽ mutilatum eſſe in vulgatis exẽplaribus ex illo vetuſto coniicio & ex Oroſio hiſtorico,qui lib.vi. ſic inquit, Cæſar Romam venit,negatamq; ſibi ex ęrario pecuniã fractis foribus inuaſit,pro tulitq; ex eo auri põdo.IIII.M.C.XXXV. argẽti põdo prope.DCCCC. numeros tamen Oroſii corruptos eſſe facile ex Plinio cõiicimus:& alioqn quis credat Cęſarem ad bellũ ciuile contra Senatum eundem locupletiſſi mum ærarium primoribus(vt inquit Plautus)digitis delibaſſe?vſqueadeo numeri per omnia in omnibus auctoribus mendoſi ſunt:antiquitatis culpa quæ notarum compendiis nimium gauiſa eſt. Verum opulentiſſimum il lud ſæculum Auguſti principatus excepit,ſub quo principe latiſſime pa tuiſſe Romanum imperium demonſtrabimus,& priuatim publiceq; locu pletiſſimũ fuiſſe.Licet poſtea Germaniæ populi multi aliiq; ad arcton ver gentes acceſſerint,a quibus principes Romani cognomina ſumpſerunt.

Locus Plinii emendatus.

Cæſaris mortui pecunia.

Perſcribere.

Imperium Auguſti.

Strabo enim Græcus auctor qui Romę díu verſatus eſt Auguſti Tyberíiq; tẽporíbus, líbro.xvíí. circa fínẽ íta ínquit ἐπὶ δ' ὁι ξωμαῖοι πλὴ ἀρίσιω φῃ ὁικεμλίνης καὶ γνωριμωτάτιω κατέχυσιμ, ἅπαντας ὑπηχθειλημλώοι, τὰς πρότερορ ἡγεμόνας ὧμ μνήμλω ἴσμλυ, ἄξιορ ηχὴ δια βραχέωμ τὰ τόπωμ ἁπᾶμ. Quoníã vero Romaní, terræ habítabílís optímã quãq; regionem ac celeberrímã obtínent, omnes ante ſe populís ímperítantes ſupergreſſí, dũtaxat quorũ memoríã norímus, dígnũ eſſe duxí, vt de eorũ ſtatu breuíbus díſſeramus. Et poſt paulũ, πλὴ μλὴ ὅτ ἐνεῶπιω χεδόν τι πᾶσαω ἔχυσιμ, πλὴ ἔξω τω ἴσρυ, ηχὴ τῆ μεταξὺ τε ξίνυ καὶ τε τανάϊδ πρωκειαι τῆ. φῃ δὲ λιβύης ἡ κὰθ' ἡμᾶς πρὸς ἑσπέρα. πᾶσα ὑπηχεία ὄξι. ἡ δὲ ἄλλη ἀοίκητός ὄξιμ, ἢ λυπηρῶς ἢ νομαδικῶς οἰκεῖται, ὁμοίως δὲ ηχὴ φῃ ἀσίας ἡ καθ' ἡμᾶς πρὸς ἑσπέρα. πᾶσα ὑπηχέριός ὄξιμ. Europã ígítur ferme omnem tenent, præter eam eíus partem quę vltra Danubíũ protendítur, & eas gentes líttorales quæ ínter Rhenũ & Tanaím ad oceanum vergunt. Africę autẽ ora quæ nobís obuerſa eſt, omníno eís paret. relíqua autem Africæ vel ęgre habítantur, vel Nomadũ more íncoluntur. Símilíter & Aſiæ omnis ora quę ín nos vergít ab eís ímpería accípit: níſi ſiquís Achæorum & Zygorũ & Enıochorũ ratíonem habendã putat, aut eorum regíones ín numero alíquo habendas cenſet, quí & latrocínía exercent & Nomadum vítam degũt. At vero mediterranea & ínteríora partím Romaní obtínent, partím Parthí, & quí ſupra eos ſunt Barbarí ſeptentríonem & oriẽtẽ verſus, vt Indí Bactríí & Scythæ, índe Arabes & Aethíopes, a quíbus Romaní ſemper ſenſim alíquíd adímũt, dítioní ſuę adíũgẽtes, προσίδειν δὲ καὶ ἃ παρ' ἐκέινωμ ἀντῖς. Hís verbís apparet q̃ late patuerít ímperíũ Romanũ ſub Auguſto. Ex ſequẽtíbus autẽ qualís fuerít ſtatus eíus, & cuíuſmodí ímperítandí ratío, ταῦτης δὲ φῃ συμπάσης χώρας φῃ ὑπ' ξωμαίωμ, ἣ μλὴ βασιλεύετ. ἣμ δὲ ἔχυσιμ αὐτοὶ καλέσαντες ἐπηχίαμ, ⓒ πέμπυσιμ ἡγεμόνας ηχὴ φορολόγυς. εἰσὶ δέ τίνες ηχὴ ἐλευθέραι πόλεις, αἱ μλὴ ἐξ ἀρχῆς κατὰ φιλίαμ πρυσελθοῦσαι, τὰς δὲ ἐλευθέρωσαμ αὐτοὶ καθ' ἑμλώ. εἰσὶ δὲ καὶ δωάσαι τίνες ηχὴ φύλαρχοι καὶ ἱερεῖς ὑπ' αὐτῖς, ὅτι μλήτοι χῶσι κατά τίνας πατρίους νόμυς. Vníuerſæ autẽ (ínquít) huíus regionís quę Romanís paret, partím a Regíbus tenetur, partím Romaní ípſí tenent & prouíncías appellãt, ín quas & Præſídes & Quęſtores míttũt quí tríbuta exígãt. In quís tamẽ líberę quędã ſunt cíuítates, quarũ nõnullę ín Romanorũ amícítíã ea lege venerũt: nõnullís & ípſí poſtea honorẽ habentes líbertate eas donauere. Sunt & Dynaſtę quídã ſub eís, íd eſt potẽtatus nomíne domínãtes, & Phylarchí, íd eſt gentíũ prín cípes, & ſacerdotía obtínẽtes, hí quídẽ ípſí legíbus quíbuſdã ſuís víuentes, αἱ δ' ἐπηχίαι διήρηνται μλὴ ἄλλοι ἄλλως, ἐμ δὲ τῷ πρόνῳ ὡς καῖσαρ ὁ σεβασὸς διέταξεμ, ἐπεσθῆ δὲ ἡ πατρὶς ἐπέτρεψεμ αὐτῷ πλὴ πρυσασίαμ φῃ ἡγεμονίας, ηχὴ πλέμυ καὶ ἐρλίνης κατέσκ νύμ. δία βίυ, δίχα. διῆλε πᾶσαω πλὴ χώραω. ηὴ τῆ μλὲμ ἀπέδωκεμ ἑαυτῷ, πλὴ δὲ τῷ δήμῳ. Prouíncíæ vero alías alíter nec ſemper íiſdem fínibus díuíſæ ſunt. Nunc autem eam díuíſíonís ratíonem tenent, quam Cęſar Auguſtus arbítratus eſt. Síquídẽ poſtq̃ ei a patría imperíí ſumma, & pacís bellíq; arbítríũ perpetuũ delata ſunt, ín duas parteís vníuerſam dítionem partítus eſt, quarum vnam ſibí, alterã populo attríbuít. Et ſibí quídem quæcunq; mílítarí præſídío egẽt retínuít, vt regíones barbaras, & gentíbus nondum ſubactís fínítímas: populo autẽ eam partẽ conceſſít quæ pací acquíeſcens facíle ſine præſídío ín offícío cõtinetur. Rurſus vtramq; partẽ ín prouíncías cõplureís díſtríbuít, quarũ al-

Poteſtas a populo Auguſtum tranſlata ímperiũq; perpetuum delatum.

Prouíncíæ Cæſaris & populi.

terę populí dícunt. Et paulo ínferius enumeratís populí prouínciís, ín quas populus Cõſules vel Prętores míttebat, íta ſubdít, τὰς δ' ἄλλας ἐπαρχίας ἔχει καῖσαρ, ὧν ἃς μὲν πέμπει τοὺς ἐπιμελησομένους ὑπατικοὺς ἄνδρας· ἃς δὲ στρατηγικούς, ἃς δὲ ἱππικούς, καὶ βασιλεῖς δὲ καὶ δυνάμεις, καὶ δεκαρχίαι τ' ἐκείνῳ μορίδων καὶ ἐσίν καὶ ὑπῆρξαν ἀεί, Alías autẽ prouíncías Cęſar obtínet, ad quas regẽdas partím Cõſulares, partím Prętoríos míttit, ín quaſdã etiã Equeſtrís ordínís víros. Huíus portiónís Reges & potẽtatus & decarchię, íd eſt decẽ prímatus & ſunt nũc & ſemper alías fuerũt. Ex íadíctís forma ímperíí Romaní, & velutí íncunabula prín cípatus monarchię ineũtís habẽtur, quę míhí magnopere ptínere víſa ſunt ad íntellígendã ratiõnẽ Romaní príncípatus. Nullus em̃ auctor (quod me mínerím) tã aperte hęc tradídit: meliusq; ex íís Tranqllí loc⁹ ín eodẽ Aug. íntelligẽt. Prouíncías valídíores, & quas annuís magíſtratuũ ímperíís re gí, nec facíle nec tutũ erat, ípſe ſuſcepít: cęteras Procõſulíb⁹ ſortíto ꝓmíſit, & tamẽ nonnullas cõmutauít ínterdũ, atq; ex vtroq; genere pleraſq; ſæpíus adíit. Vrbíũ quaſdã fœderatas, ſed ad exítũ lícẽtia pręcípites líbertate prí uauít: alías aut ęre alíeno laborantes leuauít, aut terrę motu ſubuerſas de nuo cõdídít, aut merita erga Rẽp. allegãtes latínítate vel cíuítate donauít. Et paulo poſt, Regna qbus belli íure potítus eſt, pręter pauca, aut ííſdẽ qui b⁹ ademerat reddídít, aut alíenígenís cõtríbuít. Reges ſocíos etiã ínter ſe metípſos neceſſítudínib⁹ íũxit mutuís: prõptíſſímus affínítatís cuíuſq; atq; amícítię cõcílíator & fautor: nec alíter vníuerſos q̃ mẽbra partesq; ímperíí curę habuít. Rectorẽ quoq; ſolítus apponere ętate paruís aut mente lapſís donec adoleſcerẽt, aut reſipíſcerẽt, ac plurímorũ líberos & educauít ſímul cũ ſuís & ínſtítuít. Hactenus Trãq. Híc ídẽ Auguſt⁹ Aegyptũ poſt Anto níũ víctũ & Cleopatrã captã ín prouícię formã redegít, vt auctor eſt Stra bo. cuí⁹ etiã arma Petronío duce ín Aethiopiã penetrauerũt. Plí. líb. víí. de Aethiopía loquẽs, Intrauere aũt & eo arma Romana díuí Auguſtí tẽpori b⁹ duce P. Petronío & ípſo Equeſtrís ordínís p̃fecto Aegyptíís: oppída eo rũ expugnauít q̃ ſola ínuenerat, quo dícem⁹ ordíne. Sic em̃ legendũ eſt, q̃q̃ ín oĩbus exẽplaríbus legat nõ Aegytíís ſed Aegypt⁹ Aethiopiã expugna uít, nõ Petronius Aegyptíis præfectus. nota eſt hiſtoría ex Strabone. Ae líus etiã Gallus ín Arabiã felícẽ Auguſto íubẽte expedítiõnẽ ſumpſit, & multa ibí oppída expugnauít. quã tamẽ nõ ſubegít deceptus a Syleo duce quodã Nabathęorũ primarío víro, quí díuturna ludíficatione Gallũ per de ſerta fruſtratus eſt, exercítu ínterím pene conſumpto: ob quã cauſam poſtea Syleus ab Auguſto ſecurí ꝓcuſſus eſt, vt auctor eſt Strabo líb. xvi. Naba thæí tamen & Sabæi felícís Arabiæ íncolę Romanís tum parebãt, vt ídẽ auctor eſt hís verbís, πρῶτοι δὲ ὑπὲρ ὧν συρίας ναβαταῖοι, καὶ σαβαῖοι πλὴν ὀλίγων ἄρα βίαν νέμονται, καὶ πολλάκις κατέτρεχον ἀυτῶν πρίν ἢ ξωμαίων γενέσθαι. νῦν δὲ κἀκεῖνοι ξωμαίοις ἐσὶν ὑπήκοοι. Metropolís aũt Nabathęorũ vrbs eſt Petra a ſítu locí dícta: domuít ídem Auguſtus partím ductu partím auſpícíís ſuís Cantabríam, Aquíta níam, Pannoníam, Dalmatíam cum Illyrico omní. Item Rhetiã & Vínde lícos ac Salaſſos gẽtes Alpínas corercuít, & Dacorum íncurſíones, tríbus eorũ ducíbus cum magna copía cæſis: Germanosq; vltra Albín fluuiũ ſum mouít, ex quibus Sueuos Sícambrosq; dedentes ſe traduxít ín Galliã, atq;

De ratione Romani imperii. Aug. geſta.

Plínii locus. Arma Ro. in Æthiopiã penetrauerunt.

in pximis Rheno agris collocauit:nec vlli gẽti sine iustis & necessariis cau sis bellũ intulit. Virtutis autẽ moderationisq; fama Indos etiã ac Scythas auditu modo cognitos pellexit ad amicitiã eius populiq; Ro. vltro p Lega tos petendã.Parthi quoq; Armeniã vẽdicãti facile cesserũt,& signa milita ria quę M.Crasso ademerãt,reposcẽti reddiderunt, obsidesq; insup obtule rũt.In cuius rei memoriã signatus est ille nũmus,cuius supra mentio facta est.Deniq; pluribus quondã de regno cõcertãtibus,nõ nisi ab ipso electũ cõ probauerũt.Auctor Trãq.Strabo autẽ de Syria loquẽs in.xvi.Parthi(in quit)primũ quidẽ amicitiã Romanorũ exoptãtes,Crassum eos vltro lacesſentẽ bello vlti sunt.Nec minorẽ & ipsi cladẽ retulerũt,cum idẽ ausi essent Pacoro i Asiã cũ exercitu missо. Antoni9 aũt hortatore Armenio vsus,pro ditus infeliciter rẽ gessit.Pacori aũt successor Phraates vsqueadeo Cæsaris Augusti amicitię cupidus fuit,vt trophęa ei remitteret,quę de Crasso Par thi pridẽ statuerãt,& euocato ad colloquiũ Titio tũc Syrię pfecto quatuor ei legitimos liberos obsides daret,ὁ δ ἐκεῖνος διαδεξάμενος φραάτης ποσσὸν ἐωυτοῦ ἐστὶ πρὶ τὴν ἡλίκην τὴν πρὸς καίσαρα, τὸν σεβαστὸν, ὥστε καὶ τὰ τρόπαια ἐπεμψεν ἃ πρὶν ἔσωσαν ἀνέκκαυ Πάρθυαῖοι, καλέσας ἐς σύλλογον τίτιον τὸν ἐπισταθέντα τῆ συρίᾳ. δ παῖδας γνησίους ἐνεχέ ριστεν ὁμήρους αὐτῷ. Post Actiacã autẽ victoriã quantũ opes Romanæ creuerint ex Trãquilli verbis intelligere licet.Inuecta(inqt ille)Vrbi Alexandrino triũpho regia gaza tãtã copiã rerũmarię effecit, vt fœnore diminuto plu rimũ agrorũ preciis accesserit.Senatorũ cẽsum amplíauit,ac pro octingen torũ millíũ summa duodecies sestertiũ taxauit,suppleuitq; nõ habentibus. Cõgiaria populo frequẽter dedit,sed diuersę fere summę:modo quadrage nos,modo tricenos,nõnunq; ducenos quinquagenosq; nũmos: ac ne mino res quidẽ pueros pręteriit, q̃uis nõ nisi ab vndecimo ætatis anno accipere cõsueuissent.Frumẽtũ quoq; in annonę difficultatib9 sæpe leuissimo inter dũ nullo precio viriti admẽsus est.Hic si reputare veli quãti cõgiariũ vnũ ducenorũ nũmorũ cõstiterit illi principi,vereor ne fidẽ detrahã historiæ.Le gitur aũt apud Eusebiũ i Chronicis post triũphũ Actiacũ Romę cẽsu acto inuẽta esse Romanorũ ciuiũ quadragies semel cẽtena & sexaginta millia. Domino aũt nostro iã nato & adolescẽte Augustũ cũ Tyberio quẽ sibi in fi liũ adoptauerat,cẽsum Romę egisse,& inuenisse capitũ Romanorũ ter & nonagies cẽtena & septuagínta mil.Fac igit(vt oĩa intra fidẽ statuam)vi ciies cẽtena millia ciuiũ fuisse ad cõgiariũ noĩa dantiũ,quod ipsum ducenũ tantũ nũmũ fuerit.i.qnquagínta denariorũ seu selibræ Romanæ: oportuit decies cẽtena millia põdo argẽti cõgiariũ cõstitisse, qđ nos cẽties cẽtenis millibus ęstimare solemus.q; si ducenũ qnquagenũ nũmũ cõgiariũ statua mus,vicies quinqes cẽtena millia aureorum ad summã illã accedent.Perge porro,& fac quadragies cẽtena millia ciuiũ fuisse, & ducẽties qnquagies cẽtenis millib9 id cõgiariũ necessario ęstimabis.Dubiũ tñ esse potest vtrũ cõgiariũ Romę tñ cõmorãtes acceperint,an oẽs ciues Romani q ad cẽsum noĩa dabãt.Orosius lib.vi.Augustũ post legiones in Sicilia a Pompeio rece ptas.XXX.millia seruorũ dominis restituisse tradit:& quatuor & quadra ginta legiones ad tutelã imperii p prouincias instituisse.Trãquill9 de hoc ita scribit,Ex militarib9 copiis legiones & auxilia prouinciatim distribuit,

Congiaria Augusti.

XLIIII.legio nes sub Au gusto.

ad tutelã ſuperí & ínferí marís collocauít. Et poſt aliquot verſus, Quicqd aũt (ínqt) vbiq; mílitũ eſſet, ad certã ſtípẽdíorũ pręmíorũq; formulã aſtrínxit, definítís pro gradu cuíuſq; & tẽporíb⁹ mílitię & cõmodís míſſíonũ, ne aut ętate & ínopía poſt míſſionẽ ſolícitarí ad res nouas poſſent. vtq; perpetuo ac ſine díffícultate ſumptus ad tuẽdos eos proſequẽdosq; ſuppeteret, ęrarĩũ mílítare cũ vectígalíbus nouís cõſtítuít. Strabo líb. xví. de Beryto loquẽs quę eſt ín Syría, ἄυτη καπαστάθη μὲν ὑπὸ Τρύφωνος, ἀνελήφθη δὲ νῦν ὑπὸ Ῥωμαίων, ἔξαμηνίτην δύο τάγματα, ἃ ἱδρυσεν ἀγρίππας ἐνταῦθα. Hęc euerſa a Tryphone nũc a Romanís reſtítuta eſt, duas legíones admittẽs, quas ĩ ea Agrippa collocauít. Illa eſt Berytus Colonía, cuíus meminít Vlpían⁹ ín Pãdectís título, De cẽſibus, ín princípío. Apud Strabonẽ latínũ Barutus vbíq; legít: credo, quía ſic hodíe vocítat. Idem líb. xvíí. de Aegypto loquens ín prouínciã redacta, δεῖ δὲ καὶ στρατιώτας, γ, τάγματα, ὧν τὸ ἓν μὲν τὴν πόλιν φρουρεῖ. τὰ δ' ἄλλα ἐν τῇ χώρᾳ. χωρὶς δὲ τούτων ἐννέα μέν εἰσι σπεῖραι ξωμαίων, ἓξ ἐν τῇ πόλει, τρεῖς ἐπὶ τῆς ὄχθης τῆς αἰθιοπίας ἐν συήνῃ φρουρᾶς τοῦτο τὸ ὄρος, τρεῖς δὲ μὲν τὴν ἄλλην χώραν, εἰσὶ δὲ ἱππαρχίαι ἓξ. Copiarũ autem mílítarĩum tres ſunt legíones, quarũ vna ín vrbe collocata, relíquę duę per regíonem díſpoſítę. Et prętęr has nouẽ cohortes Romanę, ternę ín vrbe, ternę ín fínibus Aethíopíæ ad Syenẽ pro locorũ præſídío: & tres p regíonẽ ſparſę, & ínſup tres eqtum turmæ opportunís locís díſpoſítæ. Líbro autẽ quarto ín mentíone Brítãníæ pacatã íllã prouncíã vna tantũ legíone contíneri ín offícío dícít, & paruo equítatu, τολάχιστον μὲν γὰρ ἑνὸς τάγματος χωρίοι ἂν καὶ ἱππικῆς ἑνός. Lí. ííí. de Híſpanía loquẽs, Betíca (ínqt) plebí attríbuta eſt, ad quã Prætor mittít, quí Legatũ habet & Quęſtorẽ, ἔχων πρεσβευτὴν τε καὶ ταμίαν. Et poſt aliquãto, ἡ λοιπὴ δέ, αὕτη δ' ὅλη ἡ πλείστη, τῆς ἱβηρίας ὑπὸ τῷ ὑπατικῷ ἡγεμόνι στρατιὰν ἔχουσα ἀξιόλογον τριῶν που ταγμάτων, Relíqua aũt Iberię pars (hęc autẽ eſt plurima) a Conſulárí víro regít memorabílẽ exercítũ habente, ad tres círcíter legíones. Verum hęc & alía e Gręcís auctorĩbus cítata & græce plerunq; & latíne ín hos velutí cõmentarĩos recõdítíorís antíquítatís referenda eſſe duxí & perſcríbẽda. Nam cu íd nõ eſſe díſſentaneũ generí ſcríptíonís arbítrabar, tum vero ſi latína a me facta tantũmodo proferrẽ, verítus ſum ne rerũ pene íncredíbílíum, fidẽ lectorĩbus parum certã facerẽ, vt míhí ínterpretes plurímí nũc facíũt, poſtq; pœnítere me cœpít multorũ, puderęq; quod eorum teſtímonĩís íncõſulta ſecurítate & pene ínertí vſus eſſem: qua etíam & ípſí vſí ſunt quęlíbet exẽplarĩa ínexplorato ſequẽdo. Sín gręca tantũ verba pro teſtímonío protulíſſem, non cõtẽnenda parte rerũ enarratarũ maxímã partẽ lectorũ fraudauíſſem. Verũ Romanarũ legíonũ ín Germanía nõ mediocres fuíſſe copías oportuít, cũ Trãquíllus dícat Varíũ cũ tríbus legíonib⁹ & auxílíís ín Germanía cęſum. Vnde Variana clades dícta. De qua Plí. ín víí. Iuxta hęc & Varíana clades, & maieſtatís eíus fœda ſuggillatio. Strabo ín Cheruſcís hoc cõtígíſſe tradít. Ex ſupradictís autẽ cõiectura facienda ín vníuerſam Ro. ímperíí amplítudínẽ. Huic prícípí Reges amící & ſocíí populí Ro. ſíngulí ĩ ſuo qſq; regno Cęſareas vrbes cõdíderũt, vt auctor eſt Tranq. & cunctí ſímul ædẽ Iouís Olympící Athenís antíqtus íncohatã perfícere communí ſumptu deſtínauerunt, genioq; eíus dedícare, ac ſæpe regnís relictís, nõ Romæ modo, ſed prouíncías peragrãtí quotídíana offícía

Cur Budæus citata e Græcis auctorib⁹ loca latina fecerit.

Variana clades ſub Auguſto.

togati,ac ſine regio inſigni more clientũ pręſtiterũt.Quo quid poſſet honorificẽtius homini cõtingere nõ video,a reb⁹ qdẽ humanis. Ad extremũ ipſe moriẽs legauit po.Ro. quadringẽties,tribubus tricies quinquies, id eſt vnicuiq; tribui cẽtena ſeſtertia (quinq; eñ & trigínta tribus erãt Romanę,vt ex Cicerone nouimus de lege Agraria cõtra Rullũ)Prætorianis militibus ſingula millia nũmũ,cohortib⁹ vrbanis quingenos,legionariis trecenos nũmos. Quã ſummã repręſentari iuſſit . nã & confiſcatã ſemper repoſitãq; habuerat. Relíqua legata varie dedit,,pduxitq; quędã ad vicies ſeſtertiũ:quibus ſoluendis annuũ diẽ finiit.nec plus peruẽturũ ad hæredes ſuos q̃ millies & quingentíes profeſſus,q̃uis.xx.proximis annis quaterdecies millies ex teſtamentis amicorũ percepiſſet. quod pene omne cũ duob⁹ paternis patrimoniis,cęteriſq; hęreditatib⁹ in Remp. abſumpſiſſe, auctor Tranq.Diximus ſupra auctoritate Oroſii quatuor & quadraginta legionibus Auguſtum rẽ Romanã tueri inſtituiſſe,idq; argumentis haud leuibus credendũ eſſe collegimus. Si plenę igitur legiones fuerũt,id eſt denis cohortibus conſtantes, quarũ prima millenaria, reliquę quingenarię eſſe ſolebãt,pręter equitũ alas,quãtũ numerũ hominũ in tot legionibus fuiſſe dicemus ? Nã eas non plenas fuiſſe ſub mortem Auguſti Chriſto domino noſtro recens e virgine nato credibile nõ eſt,cũ omnia pene pacata eſſent, & in locũ demortuorũ ſuccẽturiari facile poſſet:pręſertim ſub eo principe qui rem militarẽ ſeueriſſime rexit,& copiarũ militariũ breuiariũ,quod & pyctaciũ dicitur,apud ſeſe habuiſſe dicitur.Sed fuerint ſane legiones quatuor & quadraginta,nõ iuſtę plenęq;, ſed quaternũ tãtũ millíũ ſingulę, vt legionariorũ pedítũ cẽtũ & ſeptuaginta ſex millia fuerint,vt trecenos nummos ſinguli acceperint,hęredibus hoc legatũ centũ & trigínta duob⁹ milibus pondo argẽti ſtetit, hoc eſt tredecies cẽtenis ac viginti millibus aureorũ.Quibus ſi nũc addamus prętorianas & vrbanas cohortes & equitatũ,neſcio q̃ magna ſumma acceſſura ſit . Legatũ autẽ populo & tribubus factũ paulominus vndecies cẽtenis millibus valet . quod ad hęredes peruenit,tricies ſepties cẽtenis & quinquaginta millibus æſtimari debet . In varia legata nõ dubito ingẽtẽ ſummã abſumptã: ꝑter congiaria autẽ quæ ſupra retulimus in vita ſępe dediſſe (nã frumẽtationes ternas in anno quaternorũ mẽſiũ,ne plebs frumẽtãdi cauſa ab vrbe & negociis auocaretur ex ærario publico inſtitutas eſſe exiſtimo) pręter largitiones inquã iã dictas etiã opera publica plurima & magnifica extruxit,in qb⁹ priuatas ,ppriaſq; opes abſumpſiſſe ſe elogio vltimo teſtatus eſt . Ex his pręcipua ſunt forũ cũ æde Martis vltoris in honorẽ confecti Pharſalici belli ob vltionẽ cędis Cęſarianę ſuſcepti,quo nomine etiã nũmus percuſſus viſitur. Aedes tonantis Iouis in Capitolio. templũ Apollinis ea parte Palatinę domus excitatũ,quã fulmine ictam deſiderari a deo Aruſpices pronũciarãt.addita porticus cũ bibliotheca Latina Gręcaq;. quo loco iam ſenior ſępe etiã Senatum habuit,decuriasq; iudicũ recognouit . Quædã etiã opera ſub nomine alieno nepotũ ſcilicet & vxoris ſororiſq; fecit,vt porticũ baſilicamq; Lucii & Caii.Item Porticus Liuiæ & Octauiæ,theatrumq; Marcelli. ſed & cæteros principes viros , vt pro facultate quiſq; vel monumentis vel nouis

Teſtamentũ Auguſti.

Opera publica ab Auguſto extructa.

vel refectís & excultís Vrbem adornarẽt,adhortatus eſt,multaq; a multís extructa ſunt,ſicut a Martio Philippo ædes Herculis,Muſarũ, a L.Corni ficio ædes Dianæ,ab Aſinio Pollione atriũ Libertatis, a Munacio Planco ędes Saturni,a Cornelio Balbo theatrũ,a Statilio Tauro Amphitheatrũ, a Marco vero Agrippa cõplura & egregia.Idẽ princeps aduerſus incẽdia excubias nocturnas vigiliasq; cõmẽtus eſt.ad coercendas inũdationes , alueũ Tyberis laxauit,ac repurgauit, cõpletũ olim ruderibus & ædificiorũ prolapſionib⁹ coarctatũ.Quo autẽ facili⁹ vndiq; Vrbs adiret, deſũpta ſibi Flaminia via Arimino ten⁹ muniẽda, reliquas triũphalib⁹ viris ex manubiali pecunia ſternẽdas diſtribuit.Ædes ſacras vetuſtate collapſas,aut incẽdio abſumptas refecit,easq; & cęteras opulẽtiſſimis donis adornauit,vt pote q in cellã Capitolini Iouis ſexdecim millia põdo auri gẽmasq; & margaritas quingẽties ſeſtertiũ vna donatione cõtulerit:quę oia auctore Trãquillo nouimus.Sexdecim millia pondo auri æſtimatione noſtra (quę eſt cẽtũ duodecim aureoꝝ & ſemiſſis in ſingula põdo) duodeuicies centena aureoꝝ millia valẽt.& quingẽties ſeſtertiũ duodecies cẽtena & quinquaginta millia fit ſumma huius donationis tricies centena & quinquaginta millia aureorũ.Cũ hęc & multo plura feciſſet, paulominus (vt diximus) quadragies cẽtena millia hęredibus reliquit:cũ tãta etiã legata reliquerit. Cũ interim (qđ mireris) ærariũ publicũ nõ attigerit . qđ nõ ſuũ (vt pleriq; ſequẽtiũ principũ) ſed populi eſſe voluit.Tria em̃ volumina cũ teſtamẽto ſuo reliquit . vnũ in quo mãdata de funere ſuo cõplexus eſt: alterum indicẽ rerũ a ſe geſtarũ:tertiũ breuiariũ totius imperii: quãtũ militũ ſub ſignis vbiq; eſſet,quãtũ pecunię in ærario & fiſcis,& vectigaliorꝝ reſiduis, & eorũ ſeruorũ libertorũq; nomina a quibus ratio exigi poſſet, vt auctor eſt Trãquillus.Hic neſcias vtrũ magis mirere,potentiãne & opulẽtiã Romani imperii hac ætate inauditã & incredibilẽ,an principis frugalitatẽ & diligẽtiã: qui tãta opera efficere,tot ſumptus tolerare, tãtisq; ſummis teſtari potuerit.Spartianus auctor eſt Hadrianũ , anteq̃ Antonini Piũ adoptaſſet,Ceioniũ Cõmodũ adoptaſſe:ob cuius adoptionem Circẽſes ludos dedit,& donatiuũ populo ac militib⁹.Quẽ Cõſulẽ deſignatũ cũ min⁹ ſanũ videret,ſępiſſime dictitabat,In caducũ parietẽ nos inclinauimus,& perdidimus quater millies ſeſtertiũ qđ populo & militib⁹ ꝓ adoptione Cõmodi dedimus.Hęc ſumma a nobis centies cẽtena millia aureũ noſtrorũ æſtimatur.Is princeps cũ magnificẽtiſſimus videri vellet , & a nullo magnificẽtia ſuperari,cũ Phraſmeni Iberorũ Regis igẽtia dona dediſſet, & ipſe viciſſim ab eo viſenda accepiſſet. & inter alia auratas chlamydes,ipſe irridẽdis eius Regis donis, trecẽtos noxios cũ auratis itidẽ chlamydibus in arenã miſit cũ feris depugnaturos: aut a feris laniandos. Idẽ Spartianus alio libro de ſupradicto Cõmodo loquẽs, qui Aelius Verus poſt adoptionẽ dictus eſt, Pro eius (inquit) odoptione infinitã pecuniã populo & militib⁹ Hadrianus dedit . ſed cũ eũ videret homo argutior ęgerrimæ valitudinis ita vt ſcutũ ſolidius iactare non poſſet,dixiſſe fertur, Ter millies perdidimus quod exercitui populoq; pro eo depẽdimus.Sed quater(vt arbitror) hic vt ſupra legendum eſt.Quin & illud mirari magnopere quis poſſit,ꝙ

Hadrianus.

Donatiuũ Hadriani.

Augustus testamẽto suo inseruit, Se vigínti annis proximis quaterdecies millies testamẽtis amicoꝝ percepísse: quã summã nõ minorẽ quinquies & trícies cẽtenis myriadibus aureoꝝ coronatoꝝ esse exístímo. hoc est trecẽties, & quinquagies cẽtenis míllíbꝰ. Hęc emm & huiuscemodí credí nõ possunt ab íis qui Romanorũ opes publícas príuatasq; animo nõ cõceperunt. Quotus autẽ quísq; intra annos octingẽtos cõcepísse dící potest? Multa iã díximus de Crasso, de Põpeío, de Cęsare, & alíis permultis qui cíuile fastígiũ nõ excesserũt. Vídimus etiã qbus Romanorũ victoríis luxuría Asíatica admíssa sit in Vrbẽ & Italiã. Pli. ígit' lí. xxxiíí. de copía argẽtí loquẽs ita ínqt, Scimus lectos mulierũ iãpridẽ totos operírí argento, & triclínía quędã, quíbus argẽtũ addídísse prímꝰ tradít' Pollío Eques Romanꝰ, nõ vt operíret aut delíaca specíe faceret, sed punica. Idẽ & aureos fecít. Nec multo post argẽtei delíacos ímítatí sunt. quę oía expíaunt bellũ cíuíle Syllanũ. paulo emm ante hęc facta sunt. Lancesq; cẽtenis líbrís argẽtí, quas tũc supquíngẽtas numero Romę fuísse cõstat, multosq; ob eas ꝑscriptos dolo cõcupíscẽtíũ. Erubescãt annales q bellũ talíbꝰ vítíis ímputauere. Nostra ętas fortíor fuít Claudíí príncipatu. Seruus eíꝰ Drusillanus nomíne Rotũdus, díspẽsator Híspanię cíterioris, quínquagenarią lancẽ habuít, cuí fabrícandę officína príus exædificata fuerat, & comítes eíꝰ octingẽtas qnquagínta octo líbrarũ. Quínquagenariam ín oíbus líbrís legít', sed tñ quingenarią lego. sensus emm omníno íta poscít. Idẽ, Delphínos qnís míllíbus sestertiũ ín líbras emptos C. Gracchus habuít. L. vero Crassus orator duos scyphos Mentoris artíficís manu cęlatos sestertiís cẽtũ. Confessus tñ est nũq; se íis vtí ꝓpter verecũdíã ausum. Sícut eũdẽ sex míllíbus sestertiũ ín líbras vasa empta habuísse. Sestertía cẽtũ, duobus míllíbus & quingẽtís aureís a nobís æstímãtur. Magnificã autẽ æstímatrícẽ cęlaturę eã ætatẽ esse oportet, quæ vasa cęlata ín síngulas líbras senís sestertiís emeret, íd est centenís & quínquagenís aureís nostrís. Idẽ líb. xxxví. de luxuría Romanarũ ædíũ loquítur, quã repente ínuasísse Vrbẽ sígnificare volens, Parua sunt (ínquit) cũcta quę díxím, & omnía vní cõparãda míraculo anteq; noua attíngam. M. Lepído, Q. Catulo Coss. vt cõstat ínter dílígẽtíssímos auctores domꝰ pulchrior nõ fuít Romę q̃ Lepídí ípsíus: At hercule ínstra annos. xxxv. ea dẽ cẽtesímũ locũ nõ obtínuít. Cõputet nũc ín hac æstímatione q volet marmorũ molẽ, opera pictorũ, ímpędía regalía, & cũ pulcherríma laudatíssímaq; certãtes cẽtũ domos, posteaq; eas ab ínnumerabílíbus alíís ín hũc díẽ victas. Idẽ líb. xvíí. Nobílíssímarũ gẽtíũ ambo Crassus atq; Domítíus Cẽsurã post Cõsulatũ símul gessere, anno cõdítę Vrbís sexcẽtesímo sexagesímo secũdo, frequentẽ iurgíís ꝓpter dissímílítudínẽ morũ. Tunc C. Domítíus vt erat vehemẽs natura, prętera accẽsus odío, qđ ex æmulatíone auídíssímũ est, grauíter íncrepuít tãtí Censorẽ habítare, pro domo eíus mílía nũmorũ ídẽtídẽ promíttens. At Crassus vt præsens ingenío semper & faceto lepore solers, cõcedere se respõdít exceptís sex arboríbꝰ. At ne vno qdẽ denarío sí adímerẽtur, emptã volẽte Domítío, Crassus, Vtrũ ne ígít' ego sum (ínquít) quęso Domítí exẽplo graví, & ab ípsa Censura mea notandus, qui ín domo quæ míhí hæredítate obuenít comíter habítem? an tu

Lances argẽteę memorabilí pondere.

Pli. locus. Vasa argẽtea.

Magnificæ ædes Ro.

Precia domorum.

L. Crassus orator.

qui ſex arbores æſtimes? Eę fuere loti, patula ramorũ opacitate laſciuæ. Valeri⁹ lib. ix. Cn. Domitius, L. Craſſo Collegę ſuo altercatiõe orta obiecit ꝙ colũnas Hymetias in porticu dom⁹ haberet: quẽ quũ cõtinuo Craſſus quãti ipſe domũ ſuã æſtimaret, interrogaret, atq; vt reſpondit ſexagies ſeſtertio, Quo ergo (inqt) minoris fore æſtimas ſi decẽ arbuſculas inde ſuciderò? Ipſe tricies ſeſtertio, inqt Domitius. Tũc ait Craſſus, Vter igit̃ luxurioſior eſt: ego ne qui decẽ colũnas cẽtũ millibus nũmũ emi, au tu q decẽ arbuſcularũ vmbram tricies ſeſtertiũ ſumma compẽſas? Tricies ſeſtertiũ Omnibonus pro. XXX. ſeſtertiis intellexit cũ aperte ſenſus refragetur. Ex hís verbis Valerii intelligimus numerũ in Plinio deeſſe. Valeri⁹ em̃ ante Pli. fuit. In antiquiſſimo codice ſic ſcriptũ inueni, Pro domo eius hs ꝓmtẽs. qd̃ ſignificat ſeſtertium. ſed numerus deeſt, quẽ numerũ cũ librarii vel emẽdatores nõ perciperẽt, millia nũmorũ ſubiderũt. In eodẽ codice nõ concedere ſed addicere legitur, qd̃ mihi placuit. Verũ eas colũnas Hymetias Pli. lib. xxxvi. duob⁹ in locis nõ decẽ ſed ſex fuiſſe dicit. Q; ſi dom⁹ Craſſi ſexagies feſtertiũ æſtimata fuit ab inimico, ita vt ne tãti qdẽ Craſſus addicere voluerit, quin arbores inde tolleret, quid exiſtimabim⁹ de aliis quæ poſtea factę fuerũt? Siquidẽ L. Craſſus æqualis Q. Catuli fuit, cui⁹ paulo ante mẽtio facta eſt ex Plinio. Hoc aũt ex verbis Plinii intelligim⁹ in eodẽ xvii. Craſſus (inqt) orator fuit in primis nominis Romani, domus ei magnifica. ſed aliquãto ꝑſtãtior in eodẽ Palatio Q. Catuli q Cimbros cũ Mario fudit. multo vero pulcherrima cõſenſu omniũ ætate ea in colle Viminali C. Aquilii Eqtis Romani, clarioris etiã tũ iuris ciuilis ſciẽtia, cũ tñ obiecta Craſſo ſua eſt. Hactenus Pli. Si ergo Craſſus Cẽſor ipſe cẽtũ & quinquaginta millib⁹ aureoꝝ noſtroꝝ habitauit (tãti em̃ ſexagies ſeſtertiũ eſſe dico) nec tñ pulcherrimã tũ habuit, & quę tũc pulcherrima dom⁹ fuit Romę, poſt. xxxv. annos centeſimã pulchritudinis notã non obtinuit, quãtã magnificẽtiã ędiũ Romanarũ luxurię tẽpore concipiemus, cũ nulla iam Cẽſura timeretur? Is em̃ eſt Craſſus Dialogis Ciceronis de Oratore nobilitatus, quẽ Cicero meminiſſe potuit non vidiſſe, & qui vaſa argentea ſenis ſeſtertiis in libras empta habuit. Plutarchus in Mario, de domo vel prætorio Marii loquens, circa Miſenum, ad voluptatem etiam effœminatã cõdito, Hãc (inquit) domũ Cornelia fertur quinq; & ſeptuagita drachmarũ millibus emiſſe. τάυτην λέγεται μυριάδων ἑπτὰ ἡμίσους κορνηλία πρίασθαι. Poſtea tẽpore non admodũ multo interlapſo Lucius Lucullus hãc eãdem quingentis drachmarũ millibus emit & ducentis pręterea. χρόνῳ δὲ καὶ πάνυ πολλῷ ὕστερον λούκιος λούκουλλος ὠνεῖται μυριάδων πεντήκοντα & διακοσίων. ὅτω ταχέως ἀνέδραμεν ἡ πλουτέλεια, vſqueadeo celeriter luxuria excurrit. Poſterior ſumma quinquaginta millibus aureorũ coronatoꝝ valuit & paulo plus, cũ prior nõ maior fuerit ſeptẽ mill. & quinquẽtis. Cicero autẽ nõ minoris quinquaginta millibus aureoꝝ coronatoꝝ habitauit. Gellius lib. xi. Cicero cũ emere vellet in Palatio domũ, & pecuniã in pręſens nõ haberet, a Publio Sylla qui tum reus erat mutuo ſeſtertiũ vicies tacite accepit. Ea res tñ priuſq̃ emeret ꝓdita in vulgus exiuit, obiectumq; ei eſt ꝙ pecuniam domus emendæ cauſa a reo accepiſſet. Tum Cicero inopinata opprobratione permotus, accepiſſe ſe

Pli. locus reſtituendus.

Cic. domus.

ac domũ quoq; ſe empturũ negauit. Atq; adeo (inquit) verũ ſit acceptiſſe me pecuniã ſi domũ emero. Sed cũ poſtea emiſſet, & hoc mẽdaciũ in Senatu ei ab inimicis obiiceretur, riſit ſatis, atq; inter ridẽdũ, Ignoratis (inqt) prudẽtis & cauti patriſſa. eſſe qđ emere velit, empturũ ſeſe negare ꝓpter cõpetitores emptionis? Hactenus Gel. Tãti autẽ æſtimatã fuiſſe Senatus etiã decreto Cicero ipſe teſtis eſt ſcribens ad Atticũ lib. iiii. & de euentu actionis eius loquẽs quã pro domo ſua habuit, quę hodie inter alias orationes extat. Secuta eſt (inquit) cõtẽtio de domo. dixim⁹ apud Põtifices, acta res eſt accurate a nobis. et ſi vnq̃ in dicẽdo fuimus aliquid, tũ ꝓfecto doloris magnitudo vim quãdã nobis dicẽdi dedit. Senatuſconſul. factũ eſt id quod ad te miſi. nobis ſuperficiẽ ædiũ Conſules de cõſilii ſentẽtia æſtimarũt ſeſtertiũ vicies, cętera in re valde liberaliter. Tuſculanã villã quingẽtis millibus, Formianũ ſeſter. ducẽtis quinquaginta millibus. quę æſtimatio nõ modo vehemẽter ab optimo quoq;, ſed etiã a plebe reprehẽditur. Dices quid cauſę fuit? Dicũt illi quidẽ pudorẽ meũ, q̃ neq; negarim, neq; vehemẽtius poſtularim. Sed nõ eſt id. Nã hoc quidẽ etiã profuiſſet. verũ iidẽ mi Tite Põponi, iidẽ inquã illi quos nę tu quidẽ ignoras, q̃ mihi pennas inciderãt, nolũt eaſdẽ renaſci. His verbis apparet domus ſuperficiẽ vicies ſeſtertiũ Ciceroni æſtimatã, etiã ab iis hominibus q̃ Ciceronẽ creſcere nolebant. Ea autẽ æſtimatio facta eſt ꝓpter P. Clodiũ, qui plebiſcito obtinuerat cũ Tribunus plebis eſſet vt Cicero in exiliũ pelleretur, & bona ei⁹ publicarentur: quo facto diſturbãda ædificia & ad ſolũ diruenda curauit. Cicero autẽ reuerſus obtinuit vt publice dãnũ illud ſarciretur. Huic æſtimationi fidẽ facit Saluſtius in Inuectiua oratione quã in Ciceronẽ habuit his verbis, Domũ ipſam tuã vi & rapinis funeſtam tibi ac tuis cõparaſti, videlicet vt nos cõmonefacias q̃ cõuerſa reſpublica ſit, cũ in ea domo habitaris homo flagitioſiſſime, quę P. Craſſi viri clariſſimi fuit. Et poſt paulũ ita ſubdit, Sed vt opinor illa te magis extollũt, quę poſt Conſulatum cum vxore de republica cõſuluiſti. cũ legis Plaucię iudicia domi faciebatis, ex coniuratis alios pecunię cõdemnabas, cũ tibi alius Tuſculanã, alius Pompeianã villam ædificabat, alius domũ emebat. Qui vero nihil poterat, hic erat calũnię proximus. hic oppugnatũ domũ tuã venerat, aut inſidias Senatui fecerat. deniq; de eo tibi cõpertũ erat. Quę ſi tibi falſa obiicio, redde rationẽ quãtũ patrimonii acceperis, quid tibi litibus accreuerit, qua ex pecunia domũ parauerís, Tuſculanũ & Põpeianũ infinito ſũptu exædificaueris: aut ſi retices, cui dubium poteſt eſſe quin opulẽtiã iſtã ex ſanguine & miſeriis ciuiũ parauerís? Ex his verbis ſatis apparet vicies ſeſtertiũ magnã pecuniã fuiſſe, nec immerito Ciceronẽ conqueſtũ apud Atticũ, ꝓ Tuſculanũ ſuũ ædificiũ quingẽtis ſeſtertiis æſtimatũ eſſet, q̃ nos duodecim millia & quingẽtos aureos eſſe dicimus. Saluſtius em̃ infinito ſumptu ædificatũ eſſe obiecit. Blondus lib. ix. Romę triũphãtis, in quo libro vrbis Romę Romanorũq; mangnificẽtiã diligẽter magis q̃ docte oſtẽdiſſe videtur, ait obſeruaſſe in Epiſtolis Ciceronis Ciceronẽ villas duodeuigínti numero habuiſſe, in queis pręcipuas Tuſculanã, Formianã, Arpinatẽ, Ancanã, & Põpeianã. quas tamẽ eũ ſimul poſſediſſe nõ credo, nec ipſe Blõdus affir-

Cicero facete mendacii crimen diluit.

mat. Cicero in Oratione pro M. Cęlio, Sumptus vnĩ⁹ generis obiectus est habitationis. XXX. millib⁹ dixistis eũ habitare. Ex hoc loco cõiici potest magnã esse pecuniã. XXX. sestertia: & p̃terea exẽplũ habem⁹ quãti dom⁹ locarẽtur anniuersaria mercede. XXX. sestertia ego septingẽtos quinquaginta aureos nostros esse dico. Ipse in Oratione p̃ domo sua quodã in loco ita inqt, Nihil erat latũ de me: nõ adesse erã iussus, nõ citatus affuerã: erã etiã tuo iudicio ciuis incolumis. cuius domus in palatio, villa in Tusculano, altera ad alterũ Cõsulẽ trãsferebatur: Senatus Cõsules vocabat, colũnę marmoreę ex ędibus meis inspectãte populo Ro. ad socerũ Cõsulis portabãtur. Sed emẽdãdus locus in quinto Epistolarũ, vbi ad P. Sestiũ scribẽs, ita inqt, Ego tua gratulatione cõmotus qđ ad me pridẽ scripseras velle te bene cuenire qđ de Crasso domũ emissem. Emi eã ipsam domũ millib⁹ nũmũ. XXXV. aliquãto post tuã gratulationẽ. Itaq; nũc me scito tãtũ habere æris alieni vt cupiã cõiurare si quisq̃ recipiat. Huiusce modi mẽda est in XI. in epistola Decimi Bruti ad Ciceronẽ, Cum ad Rẽp. liberãdam accessi mihi fuit sestertiũ quatuor millibus amplius. septẽ legionũ numerũ alo, qua difficultate tu arbitrare. Verũ illic tricies quinquies sestertiũ legẽdũ puto. Si em̃ supficies vicies æstimata est, potuit area quindecies addere ad preciũ. Huiusmodi ædificia dãnosa ambitione exędificata cõpellãs Salust. in Catil. ita inqt, Operępreciũ est cũ domos atq; villas cognouerit in vrbiũ modũ ædificatas, visere tẽpla deorũ quæ nostri maiores religiosissimi mortales fecere. Ciceronẽ aũt tãti domũ emere potuisse argumẽtum est id qđ ipse in secũda Antoniana dicit, Hęreditatẽ mihi negasti obuenisse, vti nã hoc tuũ verũ crimẽ esset. Ego em̃ ãplius sestertiũ ducẽties acceptũ hęre ditatibus rettuli. q̃q̃ in hoc genere fateor feliciorem esse te. me nemo nisi amicus fecit hęredẽ, vt cũ illo cõmodo qđ erat, animi qdã dolor iũgeret: te is quẽ nunq̃ vidisti L. Rubrius Cassinas fecit hęredẽ. Quib⁹ verbis Antoniũ vt testamẽtariũ ridicule mordet. Quãta aũt sit pecunia ducẽties sestertiũ ex eo cõiiciẽdũ reliquit, q̃ Cornelius Nepos in vita Põponii Attici scribit his verbis, Habebat auũculũ Cęciliũ Eqtẽ Ro. familiarẽ L. Lucullí, diuitẽ, difficillima natura. cui⁹ fic asperitatẽ verit⁹ est, vt quẽ nemo ferre posset, hui⁹ sine offensione retinuerit beneuolẽtiã. Quo facto tulit pietatis fructũ. Cęcilius em̃ moriẽs testamẽto adoptauit eũ, fecitq; hęredẽ ex dodrãte. Ex qua hęreditate accepit circiter cẽties sestertiũ. Et infra, Cũ tãta inqt, pecunię facta esset accessio, nihil de quotidiano victu mutauit. nihil de vitę cõsuetudine: tãtaq; vsus est moderatiõe, vt neq; ĩ sestertiũ vicies qđ a patre accepat, parũ se splẽdide gesserit, neq; ĩ sestertiũ cẽties affluẽti⁹ vixerit q̃ istituerat, pariq; fastigio steterit ĩ vtraq; fortuna: nullos habuerit hortos, nullã suburbanã aut maritimã sũptuosam villã: neq; in Italia p̃ter Arẽatinũ & Nomẽtanũ rusticũ p̃diũ. oisq; ei⁹ pecunię reddit⁹ cõstabat ĩ Epiroticis & vrbanis possessionib⁹: ex quo cognosci põt eũ vsum pecunię magnitudine, sed ratiõe metiri solitũ. Hic est Põponius Attic⁹ Ciceronis familiarissim⁹, ita vt Quintus frater ei charior nõ fuerit, cui rei (vt eiusdẽ Cornelii verbis loquar) indicio sunt volumina multa epistolarũ a Cõsulatu eius vsq; ad extremũ tẽpus ad Atticũ missarũ. Quę qui legerit nõ mul-

Sestertia XXX.

Cic. locus.

Pomponius Atticus Ciceronis familiarissimus.

tū desiderabit historiā cōtextā eorū tēporū. Qui Ciceroni in omnibus eius periculis singulare fidē prębuit. Cui ex patria fugienti sestertia ducenta & quinquaginta donauit, q̄ nos sex millibus & ducētis quinquaginta aureis nostris æstimam⁹. Ex p̄dictis luculētū mihi documētū sumi posse visū est ad ea q̄ agimus intelligēda. Si em̄ Eques Ro. splēdide vixit in vicies sestertiū, ita vt in p̄dior⁹ tātū fructu nō etiā fœnore reddītū pecunię cōstitueret, oportet omnino magnā fuisse pecuniā vicies sestertiū, pręsertim cū is vna donatione in Ciceronē tātā pecuniā cōtulerit. Eodē pertinet id q̄d ab eodē auctore dicit: Nec id (inqt) p̄teribo, q̄q̄ leue visum iri putē. Cū in primis lautus esset Eques Ro. & nō parū liberaliter domū suā oim ordinū hoies inuitaret: scimus nō amplius q̄ terna millia æris peręque in singulos mē ses ex ephemeride eū expēsum sūptui ferre solitū. Atq; hoc nō auditū sed cognitū p̄dicamus. sæpe em̄ ,ppter familiaritatē domesticis reb⁹ interfuimus. Terna millia æris, millenos ac ducenos sestertios nūmos valēt. i. ære nostro triginta aureos. Sic in dies singulos Pōponius aureū vnū nostrū in sūptu domestico impēdebat. q̄d intelligo de pulmētario sūptu: quippe ele gās ille fuisse dicit, etsi nō magnificus: splēdidus, etsi nō sūptuosus. Vsus est em̄ (vt inqt idē Cornelius) familia, si vtilitate iudicādū est, optima: si forma, vix mediocri. Nāq; in ea erāt pueri literatissimi anagnostę, optimi & plurimi librarii, vt ne pedissequus q̄dē quisq̄ esset q nō vtrūq; horū pul chre facere posset. Parī modo artifices ceteri quos cultus domesticus desiderat apprime boni. Anagnostas Cornelī⁹ appellat pueros legēdi peritos, quibus Pōponius super cōuiuiū vtebatur, vt pleriq; Romanorum. Nemo (inqt) in ei⁹ cōuiuio aliud acroama q̄ anagnosten audiuit. Verū ex supra dictis apparet fructuosam Ciceroni atq; etiā auriferā eloquētiā fuisse: oēs em̄ artes olim magno cū splēdore exercebātur. Nō omittēdū illud q̄d caput amputatū parēti eloquētię Romanę, decies sestertiū ab Antonio Triū uiro æstimatū est, id est quinq; & viginti millib⁹ aureor⁹ nostror⁹. Auctorē em̄ Appianū habemus in. IIII. Ciuiliū bel. qui ducēta & qnquaginta millia drachmarū Popilio Lęnę pro capite Ciceronis Antoniū dedisse scripsit. Tāti caput eloquētię ab inimico æstimatū est. Dixim⁹ supra Isocratē dicē di pręceptotē orationē vnā talētis viginti vendidisse. Theōbrotū medicū, Antiochū regē talentis cētū sanasse. Apellem pictorē sed literarū peritū Alexādrū regē viginti auri talentis pinxisse: quāti hodie ducatus nō mediocris emi possit. Singula em̄ talēta auri nō minus senis millib⁹ septinge nis & quinquagenis solatis nostris valuerūt. Aristoteles Speusippi paucu los libros trib⁹ talētis emit, vt auctor est Gel. Quāti igit̄ emptos existimamus libros Aristotelis & Theophrasti, quos Strabo lib. xiii. ab Appellicone Teio, magno argento redēptos esse tradidit, tineis iā & situ corruptos, vt q iādiu in terrā obruti fuerāt. Plinius auunculus Collectanea sua quadringētis sestertiis vēdere noluit, vt auctor est Plin. Iunior lib. iii. Epistolarū, his verbis, Perire em̄ omne tēp⁹ arbitrabat̄ q̄d studiis nō imptiret̄. Hac intētione tot istavolumina peregit, electorūq; cōmētarios. C. X. mihi reliqt, opisthographos q̄dē & minutissime scriptos. qua ratione multipli catur hic numer⁹. Referebat ipse potuisse se cū ,peuraret in Hispania ven-

Anagnostæ serui.

Caput Ciceronis quanti æstimatū sit.

dere hos cõmẽtarios Largio Licinio.CCCC.millibus nũmũ.Et tũc aliquã to pauciores erãt.Quis nũc regũ emere bibliothecã cõfertissimã decẽ aureorũ millibus velit?quãti a Plinio ciuis vnus priuatus regesta quędã extẽporanea licitari ausus est?Et Plin.tñ tãti addicere noluit.Pli.aũt iunioré diuitẽ fuisse multa eius epistolarũ loca declarãt. Iãprimũ in.vii.Epistolarũ ad Corelíam scribẽs,ita inqt,Tu quidẽ honestissime,q; tã impẽse & rogas & exigis vt accipi a te iubeã preciũ agrorũ nõ ex septingẽtis millib⁹, quãti illos a liberto meo:sed ex nongẽtis,quãti a publicanis partẽ vigesimã emisti.Inuicẽ ego & rogo & exigo vt non solũ quid te , verũ etiã quid me deceat aspicias.Et ex his verbis & ex epistola paulo superiore quam ad Fabatũ scribit: apparet eũ ducenta millia nũmũ pro accessione precii cõtẽ psisse,emptrice etiã hoc petente ,ne ratũ nõ habere videretur qđ a liberto suo gestũ erat. Idem ad Caniniũ, Equidẽ cõmodius nihil inuenio q̃ quod ipse feci.Nã pro quingentis millibus nũmũ,quæ in alimenta ingenuorum ingenuarũq; promiserã, agrũ ex meis longe pluris actori publico publice mancipaui,eũdem vectigali imposita recepi,tricena annua millia daturus. Per hoc enim & Reip.fors in tuto,nec reddítus incertus, & ipse ager propter id quod vectigali longe supercurrit,semper dominũ a quo exerceatur inueniet.Ex his verbis apparet Plin.patrię fuę donasse annua sestertia tricena,quæ a nobis septingẽtis & quinquagita aureis æstimãtur,pro quingẽtis sestertiis in numerato,quę pollicitatione patrię facta debebat,id est duodecim millibus & quingẽtis aureis. Qua ratione paulo plus sedecim millibus & quingẽtis singula millia annua æstimauit.Idẽ libro.v. Saturninus qui nos reliquit hęredes,quadrantẽ Reip.nostrę,deinde pro quadrãte pręceptionẽ quadringẽtorũ milliũ dedit.Hoc si ius aspicias,irritum:si defuncti volũtatẽ , ratũ & firmũ est:mihi autẽ defuncti volũtas antiquior iure est.vtiq; in eo qđ ad cõmunẽ patriã voluit peruenire. An cui de meo sestertiũ decies cõtuli , huic quadringentorũ milliũ paulo amplius tertiã partẽ ex aduentitio denegẽ?His verbis significat decies cẽtena millia nũmũ Reip.fuę antea dedisse,& tũ quadringenta millia cõdonare per pręceptionẽ a se hęrede relicta,quæ stricto iure cogi nõ posset soluere,quę duæ summę. XXXV. millia aureorum nostrorũ valent.Apud eũdem epistola quarta ad Traianũ liberalitatem sestertii quadringentis pro quadragies legitur.Magnã enim esse pecuniã ex eo ostẽditur,qđ epistola alia ad eũdẽ legitur,Theatrũ domine Niceæ maxima iam parte cõstructũ , imperfectũ tamẽ,sestertiũ vt audio amplius cẽties hausit.Seruius grãmaticus auctor est Virgiliũ poetã tres libros Aeneidis suę Augusto recitasse,secundum, quartũ & sextũ. sed sextũ maxime ob Octauiã Augusti sororem Marcelli matrẽ,quẽ Marcellũ Augustus sibi adoptauerat , qui periit anno decimo octauo valitudine correptus.Hęc igitur Octauia cũ reciationi interesset, & Virgilius ad carmina illa venisset circa finem sexti libri quæ Marcelli luctũ describũt,defecisse animo illa dicit cũ ad illud vẽtũ est,Heu miserãde puer siqua fata aspera rũpas Tu Marcellus eris.Aegre autẽ refocillata Octauia silentiũ Virgilio imperasse dicitur,& dena sestertia pro singulis versibus dari iussisse,qui numero sunt vnus & viginti. qđ si est verũ, Vir-

Quanti Pli. commẽtarios suos vendere potuit.

Diuitiæ Plinii Iunioris.

Aurei Virgiliani versus.

gilius paucis versibus supra quinq; millia aureorũ meruit. De hoc poeta ita inquit Seruius, aut quicũq; fuit qui eius vitã scripsit, Bona autẽ cuiusdã exulantis nõ sustinuit accipere: possedit prope centies sestertiũ ex liberalitatibus amicorũ: habuitq; domũ Romę in Aesquiliis, q̃q̃ secessu Cãpanię Sicilięq; plurimũ vteretur. Quæcũq; ab Augusto petiit, repulsam nũq̃ tulit: parẽtibus quotãnis aurũ ad abundãtẽ alitũ mittebat, quos iã grãdis amisit. Hęredẽ autẽ fecit ex quadrante Augustũ. Centies sestertiũ ducẽta quinquagínta aureorũ míllia valet. Quare non frustra Iuuenalis eius meminit vt copiosi in Satyr. septima. Qui autẽ diligenter reputauerit cõmoda magístratuũ non modo in prouinciis sed etiã in Vrbe, is nõ mirabitur, tam diuites quosdã fuisse. Argumẽtũ eius rei ingens mihi videtur ambitus Romæ flagrantissimus. Cuius vnũ exemplum sat erit ex Ciceronis sumere libro secundo Epistolarũ ad Quintum Fratrẽ. sic enim scribit, Ambitus rediit immanis. nunq̃ fuit par. non dico hyperbolas, vel sestertiũ cẽties cõstituũt in prærogatiuam pronũciare. Res ardet inuidia. Tribunitii candidati compromiserunt sestertiis. CCCC. in singulos apud M. Catonẽ depositis petere eius arbitratu: vt qui contra feciſſet, ab eo cõdemnaretur. Hic locus in impressis pridem libris corruptissime legebatur, in quibus etiam numerus sestertiorum deerat: in recẽs impressis, ne restitutus quidẽ satis est, quare a me citari integer nõ potuit. Male tamẽ sester. CCCC. legi ex eo apparet, q̃ idẽ Cicero libro quarto ad Atticũ ita scribit de his comitiis loquens, Sequere nũc me in campum. ardet ambitus. fœnus ex triente Idibus Quintil. factũ erat bessibus. Et post aliquot versus, Põpei⁹ fremit. queritur. Scauro studet. sed vtrum fronte an mente dubitatur. exoche in nullo est. pecunia omniũ dignitatẽ exæquat. Messala languet. non quo animus desit aut amicis careat: sed coitio COS. & Põpeius obsunt. Cãdidati iurarunt se arbitrio Catonis petituros. Apud eũ sestertia quingena deposuerũt, vt qui a Catone damnatus esset, id perderet, & cõpetitorib⁹ tribueretur. Si locus hic nõ mendosus est, supra quingẽtis vel quingenis potius legi debet. Cui parti auctoritas Plutarchi nõ Latini facti, sed Greci suffragatur his verbis, ἔδοξεν οὖν ἀυτοῖς πλὴν ἀρχὴν μεθέσει ἃς ταυτὸ σωιελθέσει, πρᾶσαλέσθαι δραχμῶν ἕκασον ἀργυρίε δέκα δύο μυριάδας, εἶτα μεθέναι πλὴν ἀρχὴν πάντας ὀρθῶς καὶ δικαίως. Duodecim myriades & quingẽtę drachmę quingẽta millia nũmũ valent, sicq; summa quadrat ad nũmũ. Hãc historiã tetigit Pli. in prefatione, Cũ apud Catonẽ (inqt) ambitus hostẽ, & repulsis tãq̃ honoribus ineptis gaudẽtẽ pecunias flagrãtibus comitiis deponerẽt candidati, hoc se facere pro innocẽtia (quod in rebus humanis summũ esset) profitebãtur. Verũ enimuero ex verbis Ciceronis apparet, animosum illũ fuisse ambitũ, cũ in tribũ prerogatiuã centies sestertiũ pronũciare candidati non dubitarent. Oportuit em̃ proportione & aliis tribubus aliqd diuidi quę numero qnq; & trigínta erãt, aut certe tot tribubus quæ ad renunciationẽ magistratus sufficerẽt. Hoc ne falsum putetur tametsi creditu difficile, Cicero prefatiũcula fidẽ sibi p̃struit: Nõ dico (inqt) hyperbolas vel hyperbolos hoc est hyperbolice. vtroq; enim modo legitur. Argumẽtũ etiã ingẽtis summę est quod Cicero ambitum fœnus intendisse dicit, & alterntanto maius feciſſe,

Census Maronis.

Ambit⁹ Romę ingẽs fuit ob commoda magistratuũ.

hoc eſt extriente beſſale. Dixímus in precedẽtibus, moris fuiſſe apud Romanos, vt Aediles & alíi magíſtrat⁹ ludos vel munera magnifica facerẽt & ederent in Threatro vel Circo vel Amphitheatro, quaſi populo vniuerſam quãdã mercedẽ ſoluẽtes ob lata ſuffragia. Dedímus & magnificentiæ exẽpla, indícia omníno valída ad eã rẽ quã nũc ago conficiẽdam. Oportet enim magna fuiſſe cõmoda eius honoris qui tãti æſtímetur. Nunc quanta fuerít poteſtas Imperatorũ in bello, & Proconſulũ Prętorũq; in prouinciis ſuis, demõſtrãdũ eſt. Iãprímũ Strabo líb. xíí. de Cappadocía & Paphlagonía loquẽs, a Pompeio certís finíbus terminatís, ita ínquit, ὕστερον δὲ ὁι τὴν ἡγεμόνες ἄλλως ἐπῴκησαν μερισμὸς, βασιλέας τε καὶ δωρεὰς καθιέντες· καὶ πόλεις τὰς μὲν ἐλευθερώντες, τὰς δὲ ἐγχειρίζοντες τοῖς δωρεάσις, τὰς δ' ὑπὸ τῷ δήμῳ τῷ ῥωμαίων ἐῶντες. Poſtea autẽ Romanorũ duces alías atq; alías contríbutiones fecerũt, Reges & Dynaſtas cõſtituẽtes: ciuitatũq; partím ímmunitate donarunt, partím potẽtatíbus attríbuerũt, partim etiã ſub dítione Romana relíquerunt. Ex hís verbís intelligímus non modo Pompeiũ poſt Pontícã victoriã hoc íuris vſurpaſſe, ſed etiam alíos Imperatores pro arbitrío ſuo ſtatuere ſolítos de iís prouínciís quas armís domuerãt. Exemplũ eius reí luculentũ eſt eodẽ líbro. De quadã eñ regíone loquẽs campeſtrí & ferací & pecore copioſa, ita ínquit, Huius regionís partẽ Amaſíní obtínẽt, partẽ Põpeius Deíotaro dedít, vt Pharnaciæ & Trapezuntíæ adíacentía vſq; in Colchidẽ & mínorẽ Armeníam: horũq; locorum Regem eũ creauít, cum alías haberet hæreditariam a patre tetrarchíam Galatarũ qui Tolíſtobogí dícũtur, καὶ τούτων ἀπέδειξεν αὐτὸν βασιλέα, ἔχοντα καὶ τὴν παρῴαν περαχίαν. Regem (ínquit) horum eum creauít. Híc ídem Pompeius Tígranem Armeniæ Regẽ potentíſſimũ, ſed victoría Põpeíí fractũ, ad ſe venientẽ, & díadema ſuũ ad pedes eius demittentẽ, genibusq; aduolutũ díadema vel tíaram regíam reſumere íuſſit, & in ſella regía ſedere, mulcta ſex míllíũ talentũ ob culpã atq; íníquítatem írrogata, vt Plutarchus auctor eſt, vt Appíanus ſex millíbus talentũ ab eo dono acceptís. Strabo rurſus poſt alíquot chartas de Commanís Pontícís loquẽs, quod ſacerdotíũ Díanę dícatũ erat, πολλαχοῦ δὲ τοῦτο τὸ ἱερὸν τὴν θεσίαν ἀρχέλαον ἐπέστησεν ἥρα, καὶ προσώρισεν αὐτῷ χώραν δίχοιτον κύκλῳ. τοῦτο δ' ὅσοι ἑξήκοντα σάδιοι πρὸς τῷ ἱερᾷ· προσάξας τοῖς ἐνοικοῦσι πειθαρχεῖν αὐτῷ. Accepto autẽ ímperío Pompeius Archelaum ſacerdotío præfecit, & regionẽ eí attríbuít duorum ſchœnorum in círcuítu quæ ſexagínta ſunt ſtadía ſacrã vrbẽ ambientía. iuſſítq; eius ambítus ínco las ímperío eíus parere. Quale autẽ fuerít aut q̃ locuples ſacerdotiũ ex eo intelligítur quod ídẽ auctor aít hís verbís, Regum Pontícorũ tẽpore díebus feſtís qui Díanæ ſacrí erãt, ſacerdos Cõmanorũ díadema regiũ geſtabat, & ſecũdũ Regẽ honorí habebat. Cõmana aũt ímperío eíus ſuberat cũ ſacrís ſeruís qui Hieroduli dícebant, numero nõ pauciores ſex míllíbus. in quos omnífariã poteſtatẽ habebat, prętereq̃ eos vẽdẽdí. Cícero aũt hoc docet in L. Agraría cõtra Rullũ, cũ dícit, nõ lícere Decẽuírís a populo creatís ſtatuere de agro Põtíco & Mithrídatíco a Põpeio capto. Ita ne vero (ínqt) hos agros regíos Mithrídatís, q̃ in Paphlagonía, qui in Põto, q̃ in Cappadocía fuerũt, cũ adhuc ímperator in bello verſetur, in locís aũt illís etiã nũc bellí nomen reliquũ ſit, eos agros

Poteſtas Cõſulũ, & Prętorũ Romanorũ qui ductores e ãt exercituum.

Deíotarus.

Sacerdotium opimum in Ponto.

Hieroduli.

quorũ adhuc penes Cn.Põpeiũ omne iudiciũ & poteſtas more maiorũ debet eſſe,Decéuirí vẽdẽt. Eodẽ pertinẽt ea quę apud Lucanũ Pompeius ipſe gloriat' in ſecũdo Pharſalię: cũ auxília vndiq; euocãda díſſerit,filío ob id allegato.Hoc tñ verũ eſt q̃ ea q̃ ab his ímpatorib⁹ ſtatuebant' neceſſe erat Senatuſcõſulto cõfirmarí. Id qđ eodẽ in loco Strabo docet his verbis, διαπλεμήσας δὲ Ⓒ ἐπανελθὼν εἰκαδέ. ἐνίκησεν ὥστε τὰς ἁμὰς ἃς ὑπέχετο ὁ λύκολος τὴν πυλαικῶν ἴσι, μὴ κυρῶσαι τὰ σύγκλητον. Cõfecto autẽ bello Romã reuerſus Pompeius,peruicit ne ea prẽmia q̃ Lucullus qbuſdã Pontícis primoribus pollícitus fuerat,a Senatu cõfirmarẽtur. ἄδικον γὰρ εἶναι καταβάντας ἄλλο τὸν πόλεμον, τὰ βραβεῖα ἐπ' ἄλλῳ γνέσθαι Ⓒ τὰ τὴν ἀριστέων διαιρεῖν. Iniquũ em̃ eſſe bello eo ab alío cõfecto in alterius arbitrío bellí p̃mia,& decor̃ mílitariũ collationẽ manere. Nemo aũt ignorat Póticũ bellũ Lucullũ bona ex pte geſſiſſe, ſed cũ ei Pompeí⁹ ante diẽ ſucceſſiſſet, cõficere nõ potuiſſe . & Pompeiũ ex reb⁹ geſtís Luculli triũphaſſe fortunę iiqtate, q̃ Lucullũ ſũmo fauore euectũ repẽte deſtituit, vt videre eſt Plutarchũ in Lucullo legẽtib⁹.Cauſam tñ p̃buit Cicero q oratiõnẽ p Pompeio habuit ad populũ cũ Prętura ipſe gereret,q̃ Oratio p lege Manília inſcríbit'.Ob hoc Lucullus Reip.infenſus in ociũ ſe cõtulit,ſingulariq; lautitia & ſplẽdore ſũptuũ vitã p omnẽ viuẽdi amœnitatẽ traduxit, ex ea ipſe puincia ſũmis opib⁹ auctus. cũ tñ triũphi ſui die aureũ ſimulacrũ Mithridatis ſex pedũ lõgitudinis, clypeũq; gẽmis cõſertũ, cũ immaní ſũma aurí & argẽtí factí ſignatiq; in ærariũ intuliſſet.Cícero in Píſonẽ p̃clarí facinoris loco ponit q puincíã cõtẽpſerit,Ego Antoniũ(inqt)Collegã cupidũ puincię,multa in Rẽp.moliẽtẽ,patiẽtia atq; obſeqo meo mitigauí: ego puincíã Gallíã Senatus auctoritate exercitu & pecunia inſtructã & ornatã,quã cũ Antonio cõmunicauí, q ita exíſtimabã tẽpora Reip. ferre,in cõcione depoſuí reclamãte po.Ro. Idẽ cũ puincíã Cilicíã obtineret,ad Atticũ ſcríbẽs de vitę ſuę integritate, Ipſe inqt in Aſiã pfect⁹ ſum Tharſo Nonis Ianuariís. nõ me hercule dící põt qua admiratione Cilicíæ ciuitatũ,maximeq; Tharſenſiũ.Poſtea vero q̃ Taurũ trãſgreſſus ſũ, mírifica expectatio Aſię noſtrarũ dícœceſum,q̃ ſex mẽſib⁹ ímpíí meí nullas meas acceperat líteras,nũq̃ hoſpitẽ víderat.Illud aũt tẽpus ante me fuerat ĩ hoc quęſtu.Ciuítates locupletes ne in hibernís mílites recíperẽt,magnas pecunias dabãt.Cypríí talẽta Attica.CC.qua ex inſula(nõ hyperbolícos loquor) nũmus nullus me obtinẽte erogabit'.Ob hęc beneficia qb⁹ illí obſtu peſcũt nullos honores míhí níſi verbor̃ decerní ſino.Sí hic numer⁹.CC.talẽta vere apud Ciceronẽ legit'(vt vere legí puto)cẽtũ & vigíntí míllía aureor̃ noſtror̃ eo noíe lucrí facere potuit ſi famã cõtẽpſiſſet . Opulẽtã autẽ Cyprũ olím fuiſſe ex eo cõiicim⁹,q Ptolemęo Cypri Rege cõfiſcato Cato quí Clodíí factione ad collígẽdã eius gazã ablegatus eſt,paulomin⁹ ſeptẽ míllía talẽtũ Romã deportauit ex auctione gazę, vt auctor eſt Plutarch⁹, ὧν δὲ κάτωνι συνήχθη μυρίᾳ ἀργυρίου τάλαντα μικρὸν ἐπακισχιλίων ἀποδέοντα. q̃q̃ maior ob id pecunia fuiſſe videt',q Cato alíquãdo in altercatione Pompeio obiecit ſe ex Cypro plus aurí atq; argẽtí nullo exercitu detuliſſe, q̃ Pompeius ex oib⁹ triumphis concuſſo terrarum orbe,ipſe inſtructus ingentibus copiis intuliſſet in ærarium . Quo tempore Cyprus in prouinciam Prętoriã redacta

Lucullus.

Cícero puincíã depoſuit.

Cõmoda magiſtratuũ Romanorum in prouinciis.

Cypria gaza publicata.

est factione eiusdē Publii Clodii Pulchri Ptolemæo infensi ob negatā ei pecuniā ad redēptionis p̄cīū cū a piratis intercept⁹ esset. quę historia a Strabone narrat in fine libri decimiquarti. Idē Cicero p̄ L. Manilia, Difficile est dictu Quirites quāto in odio simus apud exteras nationes p̄pter eorū quos ad eas hoc anno cū impio misimus, iniurias ac libidines. Q̄d em̄ fanū putatis in illis terris vestris magistratib⁹ religiosum? quā ciuitatē sanctā? quā domū satis clausam ac munitā fuisse? Vrbes iā locupletes & copiosæ reqrūtur: quibus causa belli p̄pter diripiēdi cupiditatē inferat. Idē Pisoni obiecit, q̄ perfidiā. CCC. talētis vēdidisset, his verbis, Idēq; tu Rabocētū Bessicę gētis principē, quū trecētis talētis Regi Cotto vēdidisses, securi percussisti: cū ille ad te Legat⁹ in castra venisset, & tibi magna p̄sidia & auxilia a Bessis equitū peditūq; polliceret. Et paulo iferi⁹, Nōne sestertiū cēties & octogies, q̄d quasi vasarii noie in vēditione mei capitis ascripseras, ex ærario tibi attributū Romę in quęstu reliqsti? Nōne cū ducēta talēta tibi Apolloniatę Romę dedissent, ne pecunias creditas soluerēt, vltro Suffidiū Equitē Romanū hominē ornatissimū, creditorē debitoribus suis addixisti? Vasariū Cicero appellat, id q̄d publice dabat magistratibus vt muli, equi, & vasa, & reliqua q̄ magistratus instrumētū iplerēt: id q̄d patet ex eo q̄d idē dicit in. l. Agraria cōtra Rullum, de Decēuiris loquēs, quos Rullus creādos esse cēsuerat ad agros diuidēdos, diuidēdosq; p̄ p̄uincias, Dat (inqt) potestatē verbo Prętoriā, reuera regiā. definit in quinquēniū, facit sempiternā: tātis em̄ cōfirmat opibus & copiis vt inuitis eripi nullo modo possit. Deinde ornat apparitorib⁹ scribis, librariis, p̄conibus, architectis: prętera mulis, tabernaculis, cēturiis supellectili. Sūptū haurit ex ærario, suppeditat a sociis. Intelligim⁹ ergo vasarii noie pecuniā publice dari solitā magistratib⁹ eūtib⁹ in p̄uincias, ex qua sibi necessaria cōparārēt, id q̄d postea Augusti tpe Senatus cōsulto cōstitutū est. Trāq. in Aug. Auctor & aliarū rerū fuit: in qs, ne acta Senat⁹ publicarent, ne magistratus depositō honore statim in p̄uincias mitterent, vt p̄ Cōsulib⁹ ad mulos & tabernacula q̄ publice locari solebāt, certa pecunia constitueret. Meminit ei⁹ moris Cicero in qnta in Verrē Actione, & Lāpridius in Alexādro, his verbis, Iudices cū p̄moueret exēplo veterū vt & Cicero docet, & argēto & necessariis īstruebat, ita vt Pręsides p̄uinciarū acciperēt argēti pōdo vicena, mulos & equos binos, vestes forenses binas, domesticas singulas, balneares singulas, aureos cētenos, coquos singulos: & si vxores nō habērēt, singulas cōcubinas, q̄ sine iis esse nō possint. Reddituri depositā administratione mulas, mulos, equos, muliones, & coquos, cętera sibi habituri si bene gessissent. Sed illa fuit prisce seueritatis imitatio, qualis in legib⁹ sūptuariis intelligit. de qb⁹ infra dicturi sum⁹. Cicero igit Pisoni obiicit q̄ eo tpe quo Cicero exilio mulctat⁹ fuit, Piso & Gabini⁹ p̄uiciarū pactioe cū Clodio Pulchro Trib. pl. Ciceronis inimico cōspirarint: sicq; factū vt p̄ Trib. pl. p̄uincias obtinuerint, Gabini⁹ Syriā, Piso Macedoniā: & Pisoni cēties & octogies sestertiū vasarii noie decretū sit, siver⁹ est nūer⁹: quā totā pecuniā fœnore Romę occupauit, q̄ nō minor fuit quadringētis & quinquaginta millib⁹ aureor̄ nostror̄. Sūt & alia noia pecunię imperādę ciuitati-

Vasarium.

bus,quã magíſtratus ín rem ſuã vertebãt, quæ Cícero eadé ín oratíone ín Píſonẽ perſequít.Quí modus (inquít) tíbí fuít frumẽtí æſtímãdí? quí honorarií? ſi quídẽ poteſt ví & metu exortũ honorariũ nomínarí: qđ cũ peræque oẽs tum acerbíſſíme Bœotíi & Byzantíi,Cheronenſes,Theſſalonica ſenſit.Frumentũ æſtímãdũ íntellígo íd frumẽtũ qđ ín cellam Prętoris vel Cõſulís ímperatur.pro quo pecuníã ímperabãt quãtã collíbuerat.Honoraríũ appello,qđ Gręci ἐσόδιον καὶ ἔσοδον.í.xeníũ aduẽtítíũ qđ datur íngredíẽtí quãq; vrbẽ Magíſtratuí,vt hodíe príncípíbus noſtrís cũ prímũ vrbes põpatíce íngredíũtur.Sequitur ín eadẽ oratíone, Mítto aurũ coronarium qđ te díutíſſíme torſit,cũ modo velles,modo nolles . Lex emẽ generí tuí & decernί, & te accípere vetabat níſi decreto tríũpho.Hís accedít,q; Romaní Imperatores cíuitatẽ Romanã dare poterãt, vt auctor eſt ídẽ Cícero ín Oratíone pro Cornelío Balbo,hís verbís,Audebo etíã hoc cõtendere nũq; eſſe condemnatũ quẽ conſtaret ab Imperatore noſtro cíuítate donatũ. Hís ígitur & huíuſcemodí cauſís Romaní Senatores díteſcere in ímmẽſum poterant.Auguſtí autẽ tẽpore mírũ ín modũ auctũ eſt faſtígíũ Romanũ, nõ modo publícum,ſed etíã priuatũ: lícet luxus vítę díminutus eſſet , exẽplũ prodẽte príncípe : mittebat emẽ ín prouíncias Conſulares & Prætorios & Equeſtrís ordínís víros,quoſcũq; honore dígnos íudícabat: quí etíam quo plures (vt Tranquílli verbís loquar) partẽ adminíſtrandę Reip.caperẽt, noua offícía excogítauít,curã operũ publícorũ,víarum & aquarum, aluei Tyberís,frumentí populo díuídendí,prękecturam Vrbís, Tríũuiratum legendí Senatus,& alterũ recognoſcendí turmas equítum quotíẽſcũq; opus eſſet,Cenſores creari deſitos longo ínteruallo creauít,numerũ Prætorum auxít,exegít etíã vt quotíẽſcũq; Conſulatus ſíbí daretur,bínos pro ſingulís Collegas haberet.Ab íís ígitur quos locupletes nouerat ípſe,exígebat vt Vrbẽ monumẽto alíquo ínſígní ornarẽt.Hũc morem tenuerunt & alíí príncípes,vt vídere eſt apud híſtorícos,& Plín.ín Epíſt.lí.íí.Fírmínus (inquít) ínductus ín Senatũ reſpõdít crímíní noto.Secutę ſunt díuerſę ſentẽtię Conſulũ deſignatoꝝ.Cornutus Tertullus cẽſuít ordíne mouẽdũ.Acutíus Nerua ín ſortítione prouíncię rationem eíus nõ habẽdã:quę ſentẽtía tãq; mítíor vícít,cũ ſít alíoquí durior tríſtíorq;. Quíd emẽ míſerí? q; exectũ & exemptũ honoríbus Senatoríís,laboríbus & moleſtía nõ carere? & relíqua quę lõgíus proſequítur. Cęterũ pterq; qđ ſupra ex Trãq.díxímus Auguſtũ ĩuecta Vrbí Ægyptía gaza tãtã reí nũmarię copíã effecíſſe,vt multũ precíí prędíís accreuerít,ex eo conícere lícet homínes Romanos ínuſítatís opíbus affluẽtes fuíſſe,q; ĩntra.XX.annos ſeſtertíũ quaterdecíes mílíes ex amicoꝝ teſtamẽtís accepíſſe ſeſe teſtatus eſt. Huíc dícto fidẽ arrogat,íd qđ apud Senecã lib.íí.de beneficíís ſcríptũ eſt hís verbís,Lentulus Augur díuítíarũ maximũ exẽplũ aneq; íllũ líbertíní pauperẽ facerẽt, quater míllíes ſeſtertíũ ſuũ vídít.Híc cũ omnía íncrementa ſua díuo Auguſto deberet ad quẽ attulerat paupertatẽ ſub onere nobílítatís laborãtem,príceps íã cíuítatís & pecunía & gratía,ſubínde Auguſto ſolebat querí dícẽs a ſtudíís ſe abductũ . Quater míllíes ſeſtertíũ díco nõ mínorẽ eſſe pecuníã centíes centenís míllíbus aureorum coronatorũ , ne fruſtra putemus eum

Honorarium iſodion & iſodos.

Auguſti tẽpora.

Auguſti amicorũ locupletator.

Memorabile Lentuli Auguris opes.

díuitiarũ maximũ exemplũ appellatũ a Seneca, homine ipſo prędiuite, vt a Iuuenale appellatus eſt, & ipſe fatetur apud Tacitum lib. xiiii. in oratione ad Neronẽ habita. Quẽ Tigillinus & alii eius inimici variis criminationibus apud Neronẽ adorti ſunt, tãq; ingentes & priuatũ ſupra modũ euectas opes in dies adhuc augeret: hortorũ quoq; amœnitate & villarũ magnificẽtia quaſi principem ſupergrederetur. Tranquil. Lentuli his verbis meminit in Tyb. Satis cõſtat Cn. Lentulũ Augurem, cui maximus cenſus fuit, metu & angore ad faſtidiũ vitę ab eo actũ, & vt ne quo niſi ipſo hęrede moreretur. Verũenimuero hoc animaduerſione dignũ, raram auri mentionẽ apud antiquos reperiri, nõ modo pro eo quãtę priſcę ætatis opes celebrãtur ab auctoribus, ſed rariorẽ etiã q̃ pro noſtri tẽporis opulentia, & contra q̃ hodie loquendi mos inoleuerit. Quotus enim quiſq; in cõmemorandis opibus hodie prędertim ingentibus argenti mentionẽ facit? Nam in votis temerariis, quibus ſurdum numen fortunã idẽtidem fatigamus, primo quoq; verbo aurum nũcupari ſolet, tametſi apud nos in rationibus publicis ac priuatis argenteis ſummis omnia tranſiguntur: alioquin, & ſponſionibus factitãdis, & pignoribus deponẽdis, & circularibus fabulamentis aurum plerũq; per ora hominũ fertur. At vero apud antiquos argentum hominũ ſermone celebratius fuit. Sed præter alia (inquit Plin.) eqdẽ mirer po. Ro. victis gẽtibus in tributo ſemp argẽtũ imperaſſe nõ aurum: ſicut Carthagini cũ Annibale victę argenti põdo annua in quinquaginta annos. nec põt videri penuria mũdi id eueniſſe: nã Midas & Crœſus in infinitũ poſſederant. Eodem ptinere videtur & illud eiuſdẽ Plinii dictũ eodẽ libro, Mirũ in auro cęlando inclaruiſſe neminẽ, argento multos, maxime tamẽ laudatus eſt Mentor, de quo ſupra diximus. Quatuor paria deniq; ab eo omnino facta ſunt, ac iã nullũ extare dicitur: proximi Acragas & Boethus & Mys fuere. Magna fama poſt hos celebratus eſt Antipater. Quiq; Satyrũ in phiala grauatũ ſomno collocauiſſe verius q̃ cęlaſſe dicit? eſt Stratonicus. Laudatur & Zopyrus q Areopagitas & iudiciũ Oreſtis in duobus ſcyphis pondo. xii. æſtimatis. In vetuſtiſſimo nõ pondo, ſed ñs, id eſt ſeſtertium legitur: quod ego interpretor ſeſtertium duodecies, id eſt cẽſu Senatorio. Nã paulo ſupra dixerat, Nec copia tãtũ argẽti fuerat vitę ſed validius pœnę metu precium, idq; iãpridẽ, vt ignoſcamus nobis. Delphinos quinis millibus ſeſtertium in libras emptos C. Gracchus habuit. L. vero Craſſus orator duos ſcyphos, Mentoris artificis manu cęlatos ſeſtertiis centum: confeſſus eſt tamen nũq̃ ſe iis vti propter verecundiam auſum. ſicut eũdem ſex millibus ſeſtertiũ in ſingulas libras vaſa empta habuiſſe. In quibuſdã antiquis vtrobiq; põdo pro ſeſtertiis legitur, ſed male. ſeſtertiis enim in vetuſtiſſimo legitur quomodo & in impreſſis libris. Sequitur apud Plinium loco ſuperiore, Fuit dein Pytheas cui⁹ duę vncię. XX. vęnierunt. Vlyxes & Diomedes erant in phialæ emblemate Palladiũ ſurripientes. Fecit idem & cocos Magireſia appellatos paruulis potoriis, e quibus ne exemplaria quidem licet exprimere, tã opportuna iniuriæ ſubtilitas erat. Habuit & Teuter Cruſtarius famam, ſubitoq; hæc ars ita exoleuit, vt ſola iam vetuſtate cenſeatur. In vetuſto exemplari nõ viginti, ſed

Rara auri mẽtio apud priſcos.

Argentũ hominũ Romanorũ ſermone auro celeus fuit.

Auri cęlaturę rara mentio.

decẽ legítur. vtrobiq; tamẽ deeſſe ſumma vídet. Oportet aũt opus precio-
ſum fuiſſe in quo tale fuit emblema. Magireſia etiã corruptũ eſt pro ma-
giríſcia, cũ magiríſcus díminutiue cocũ ſignificet apud Grẹcos. In antíqs
etiã líbris cruſtarius nõ legítur, ſed ſic, Habuit & Teucer famã. Verũ hoc
dictũ Plínii credíbile facit íd qđ ſupra de Graccho & Craſſo dictũ eſt, q
Cẽſurę tẽpore pœnę metu deterreri nõ potuerũt, quin preciũ argẽti fabre-
facti & cẹlati eouſq; intẽderẽt, vt opis æſtimatio decuplo materiã argenti
excederet. Hoc eñ illa verba Plínii ſignificãt, valídiusq; fuit pœnę metu
preciũ. Precioſa aũt vaſa eſſe oĩno oportuit, q̃ ea arte fabrefacta eſſent q̃ iã
interíiſſet ꝑpter ſubtílitatẽ. De emblematis in Annotationibus in líbros iuris editis dícere me memíni, cuiuſmodi artis exẽpla hodie nõ víſunt. nã & ante Plínii ætatẽ ars iãdiu exoleuerat. Officínę Paríſiẽſes maxime auro & argẽto fabrefacto hodie nobíles ſunt: príuatim etiã vno vico aurificíbꝰ dícato. Et tñ vaſa hodie põdere, & inauratura cẽſent, & interdũ pictura. In iis eñ rebus & in fabrica vaſcularíi artẽ cõſumũt. Cẹlatores ſigíllis & au-
reolis geſtaminibꝰ, & mũdo muliebri occupati ſunt, qbus oĩbus rebus ars nequit inclareſcere. Quare hodie aurificiũ acceſſionis fere vicẽ habet, olim aũt ꝑcia huiuſmodi rerũ ex arte nõ ex materia ſtatuebant. Inde íllud Plínii dictũ líb. xxxiiii. Quondã æs cõfuſe auro argẽtoq; míſcebat, & tñ ars pre-
cioſior erat. Nũc incertũ eſt peior hęc ſit an materia: mirũq; cũ ad infinitũ operũ ꝑcia hęc creuerint, auctoritas artis extincta eſt. Quæſtus eñ cauſa vt oĩa, exerceri cœpta eſt, quę gloríę ſolebat: adeoq; exoleuit fundẽdi æris precioſi ratio, vt iã díu ne fortuna quidẽ in ære ius artis habeat. Quoniam vero iã multa de opíbus Romanis, de prímoríbus víris & eoꝝ magnificẽ-
tía, & immani etiã quorũdã luxu díximus, & eouſq; ſummas cõſumptarũ opũ auximus, vt fidẽ oĩno facturi nõ vídeamur, vtemur nũc & alío teſtímo nio Plínii vt veriſímília ſaltẽ díxiſſe vídeamur, iis q̃dẽ lectoríbus qui res príſcas modulis noſtrę auorũq; memoriæ metiẽtes, hactenus fidẽ híſtoriæ accõmodare poſſunt, quatenꝰ puſilla animi ſenſa æſtímare eos ſinũt. Is igit auctor rerũ omniũ memorabíliũ & ęſtímator acutus, & admírator díſertꝰ, líb. xxxvi. poſt enumerata opera externa, de rebus tãdẽ Romanis dícere ita orſus eſt. Verũ & ad Vrbis noſtrę míracula trãſire cõuenit, nõgẽtorũq; an norũ docíles ſcrutarí víros, & ſic quoq; terrarũ orbẽ victũ oſtendere, quod accídiſſe totiẽs pene quot referẽtur míracula apparebit: vniuerſitate vero aceruata, & in quẽdã vnũ cumulũ conięcta, non alia magnitudo exurget, q̃ ſi mũdus alíus quidã in vno loco narretur. Nã vt Circũ maximũ a Cæſare Dictatore extructũ lõgitudíne ſtadiorũ triũ, latitudíne vnius, ſed cũ ædifi-
ciis iugerũ quaternũ ad ſedẽ ducentoꝝ. lx. millíũ, inter magna opera dica-
mus: nõne inter magnifica, baſilicã Paulí forũq; diui Auguſtí, tẽplũ Pacis diuí Veſpaſiani Imperatoris Auguſtí pulcherrima operũ quæ vnq̃. Lego ex vetuſto exemplarí víres docíles non víros. Baſilicę Paulí meminit Plu-
tarchus his verbis in Cẹſare. Cæſar vberrimas Gallorꝝ díuitias per omnes paſſim magiſtratus hauriẽdas permittens, Curionẽ Tríbunũplebis grãdi fœnore obſtrictũ líberauit. Paulo quoq; Conſulí mílle & quíngenta feſter-
tia ꝑbuit, ex quibꝰ nobiliſſimã ille in foro baſilicã Fuluiæ dícatã extruxit.

Emblemata. Officínæ Pa-
riſienſes.

Antíqua ar-
tificia.

Plíniꝰ auctor memorabiliũ rerũ omniũ.

Circus maxi-
mus a Cęſare extructus.

Quo in loco non seſtertia, ſed talenta lego. Ex Appiano lib. ii. bel. Ciuiliũ, Paulũ (inquit) Cæſar mille & quingẽtis talẽtis beneuolũ ſibi reddidit, vt neq; p illo quicq̃ ageret, neq; cõtra eũ quicq̃ moliret. Curionẽ autẽ vt pro eo oĩa ageret, plurimo ære alieno obrutũ facile adegit. Paulus baſilicã admodũ ſplendidã ſuo nomine ex ea pecunia extruxit. Plutarchus ipſe in Põpeio talenta nõ ſeſtertia dixit his verbis, Cæſar multos ciues pecuniis ſibi allexit. multos etiã primoꝝ muneribus placauit, inter quos Paulus Cõſul ob mille & quingẽta talẽta mutatus eſt. & Curio Trib. pl. ingẽti ære alieno liberat. Diximus alibi hãc ſummã nõgẽta millia aureoꝝ noſtroꝝ valere, ne miremur eã baſilicã a Plinio inter opa magnificẽtiſſima cenſeri. Idẽ Plinius, Pyramidas, regũ miramur opera, cũ ſolũ tãtũ foro extruẽdo ſeſtertiis mille ducentis Cæſar Dictator emerit. & ſi qdẽ impẽſę mouẽt captos auaritia animos, P. Clodius quẽ Milo occidit ſeſtertiis. cxlviii. millibus domo empta habitauerat, qđ equidẽ nõ ſecus ac regũ inſaniã miror. Itaq; & ipſum Milonẽ ſeſtertia ſeptingẽta millia æris alieni debuiſſe inter prodigia humani animi duco. Hęc verba tot tãtiſq; mẽdis ſcatẽt, vix vt reſtitui poſſe cõfidã. Primũ ſeſtertiis mille & ducẽtis p duodecies ſeſtertio rarus fuit antiquis ſermo vt alibi dixi: deinde in antiquis qbuſdã numerus corruptus eſt, vt oĩno nihil elici poſſit. In vetuſtiſſimo ms. li. legit. Poſtremo Trãq. in Iulio de hoc ita ſcribit, Nullũ largitionis aut officioꝝ in quẽ q̃ genus publice priuatimq; omiſit. forũ de manubiis incohauit, cuius area ſup ſeſtertiũ millies cõſtitit. De Clodiana aũt domo ridiculum eſt preciũ, quũ Lucii Craſſi domus cui⁹ Plin. meminit vt mediocris, tricies pluris vẽdi potuerit. Milonẽ aũt hominẽ egregie profuſum ſeptingẽta millia æris alieni debuiſſe nõ erat admiratione dignũ, quę ſumma multo minor eſt decies ſeſtertio. Macrobius in. ii. Satur. Auguſtus delata ad ſe magnitudine æris alieni, quã qdã Eques Roman⁹ dũ vixit, excedẽtẽ ducẽties celauerat, culcitrã emi cubiculare in eius auctione ſibi iuſſit: & pręceptũ mirãtibus hãc rationẽ reddidit, Habẽda eſt ad ſomnũ culcitra in qua ille cũ tãtũ deberet dormire potuit. Planũ fit igit locũ mẽdoſum eſſe. In duobus antiquis libris, quos vidi, talẽta. DCC. legit, qđ nõ probo: quia hęc ſũma minor eſt ducẽties ſeſtertio. at Curionẽ ſexcẽties ſeſtertiũ debuiſſe, auctor eſt Valerius lib. ix, his verbis, Cõſimilis mutatio in domo Curionũ extitit. Siqdẽ forũ noſtrũ, & patris grauiſſimũ ſupercilii, & filii ſexcẽties ſeſtertiũ æris alieni aſpexit, cõtractũ famoſa iniuria nobiliũ iuuenũ. Publiũ autẽ Clodiũ perdita ac vecordi luxuria fuiſſe ex eodẽ Valerio nouim⁹ his verbis de eo, eodẽ in loco dicẽte, Publii autẽ Clodii iudicium quãta luxuria & libidine abũdauit: in quo vt euidenter inceſti crimine nocens reus abſolueretur, nactes matronarũ & adoleſcentiũ nobilium magna ſumma emptę, mercedis loco iudicibus erogatę ſunt. Cicero ad Atticũ lib. primo de eo iudicio loquens ita inquit, Caluus per vnũ ſeruũ, & quidẽ ex gladiatorio ludo cõfecit totũ negociũ, accerſiuit ad ſe, promiſit, interceſſit, dedit. Iã vero (o dii boni) rem perditam, etiam noctes certarum mulierum, atq; adoleſcentulorum nobiliũ introductiones nonnullis iudicibus pro mercedis cumulo fuerunt. Ita ſummo diſſenſu bonorũ, pleno foro ſeruorum, XXV. iudices

Domus P. Clodii.

Æs alienum Milonis.

Pli. locus.

Curionis æs alienum.

ita fortes tum fuerũt, vt ſummo propoſito periculo, vel perire maluerint q̃ perdere omnia. XXXI. fuerũt, quos fames magis q̃ fama cõmouit. De eo iudicio iterũ loquẽs, eodẽ lib. Afflicta (inquit) Reſp. empto cõſtupratoq; iudicio. Oñino igitur oportet magnas has eſſe ſummas, quas Pli. ob inſignẽ nequitiã inſanię Regũ Aegypti cõparãdas duxerit, q pyramidas ipſi mũdi miracula cõſtruxerunt. Vidi tria exẽplaria vt ſupra dixi manu ſcripta in quibus ita de Clodio legit, talẽtis ducentis. XLVII. emit locũ quo habitauit, ſenſu etiã immutato quaſi areã domus tãti emerit. Sępe ſupra teſtati ſumus exẽplaria Pliniana fluxã fidẽ habere, quod ad numeros qdẽ & ſummas pecunię pertinet: qd enim ſimile habet talentũ cũ ſeſtertio? q̃q̃ & in omnib⁹ auctoribꝰ id genus errati inualuit, vt multis exẽplis docuimus. Rurſus vt ſeſtertiũ millies legã apud Trãq. adduci nõ poſſum, cũ ea ſumma fidẽ oino exceſſura ſit, ſi ſuperficiẽ operis proportione areę eſtimandã relinquamus: potiusq; ſeſtertia mille, & apud Pli. ſeſtertiis mille & ducentis probarim, ſi alterũ eligere cogar, & ſi oino minor ſumma eſt, q̃ vt Plinius inter mirãda poneret. Quare nihil cõſtituo niſi hoc tantũ, q; hic locus corruptus eſt. Reliqua vero ex vetuſtiſſimę lectionis obſeruatione ſic legenda cõtenderim. Et ſi quidẽ impenſæ mouent captos auaritia animos, P. Clodius quẽ Milo occidit ſeſtertiũ cẽties & quadragies octies domo empta habitauerit: quod equidẽ non ſecus, ac Regum inſaniã miror. Itaq; & ipſum Milonẽ ſeſtertiũ ſeptingenties æris alieni debuiſſe inter prodigia animi humani duco. Vidimus ſupra Curionẽ grandi ære alieno liberatũ eſſe a Cæſare, & hac merce de Remp. prodidiſſe. Hoc æs alienũ Valerius ſexcenties ſeſtertiũ taxauit, ego mille & quingentis millibus aureorũ noſtrorũ æſtimo, id eſt quindecies centenis millibus. Milo vltra hanc ſummã ducẽta & quinquaginta millia aureorũ debuit. Ne miremur Pliniũ id inter prodigia humanarũ mẽtiũ poſuiſſe. tanti hominẽ obſtringere ſe creditoribus in animũ induxiſſe, ea lege vt pecuniis nõ diſſolutis ſolum vertendũ eſſet, aut nexũ ineundũ. Nõdum enim ſcripta erat lex ob alienũ, quæ eſt in cod. Iuſtiniani in titulo, de Actionibus & obligationibus. Domũ autẽ illã Clodius ante paucos mẽſes q̃ a Milone occideretur, de Marco Scauro emerat in Palatio, vt auctor eſt Aſconius in Ciceronis Milonianam. Ne autẽ miremur Milonẽ tãtum æs alienũ conflaſſe, idem Aſconius refert Milonem eo tempore Cõſulatus cãdidatum, cum P. Plaucio & Q. Metello Scipione fuiſſe, cũ ipſi cãdidati non ſolum largitione profuſa certatim populare ſtudium emereri cõtenderent, ſed etiã armatis factionibus ſuccincti palã viderentur. Menſe autẽ interfecto iã Clodio, Milonẽ aduerſariorũ inuidia recreatũ qui curiam incenderãt, integrato impetu Conſulatũ ſolito etiã enixius & audacius petere cœpiſſe, ita vt aperte tributim in ſingulos millia aſſium dederit ad fauorẽ cõciliandũ. Ex quibus verbis cõiicere licet, immẽſam quandã ſummã in eum ambitũ effudiſſe, cum præter magiſtratũ ſummũ, quẽ viuo etiã Clodio petebat, accuſationẽ etiã inſtantem de cæde Clodiana ea renunciatione redimere populi fauore conaretur. A qua ſpe cum decidiſſet, ipſe in exiliũ abiit. Mille aſſes decem aureis noſtris valebant, quam mercedem ſuffragii viritim repręſentare Milo non dubitauit. Nũc ſi quis parcus æſtimator in

Locus Tranquilli emendatus.

Aes alienum Milonis.

Mille aſſes valuiſſe aureos centum.

Lex de ambitu.

Semuncia vę nire bona. Semũcia nũmi.

Cæſar corruptor animoſiſſimus.

Domus Caligulę & Neronis.

M. Scauri magnificẽtia portentifica.

Locus Plinii inſignis.

ſingulas trib⁹ quæ.xxxv.fuerũt,millenos redẽptos ſuffragatores colligat, ad trecẽta qnquaginta millia hoc nomine ſumptus euadet. Ob cui⁹ rei infamiã lex ſtatim de ambitu a Põpeio noua & ſeuerior lata eſt. De eo Aſconius ita inqt,Milo dãnatus in exiliũ,Maſſiliã intra pauciſſimos dies profectus eſt.Bona eius propter alieni ęris magnitudinẽ ſemũcia vænierunt.Semũcia vęnire bona ſic dictũ eſt,vt addicere nũmo,de quo ante diximus: qđ perinde eſt,ac ſi gratuito addicerẽtur.Semũcia em̃ hoc in loco quartã & viceſimã partẽ aſſis nũmi ſignificat,quę ſtipe noſtrate trientẽ Turonici denarioli valet.Mirari hic rurſus ſubit animoſũ corruptorẽ(vt ſupra diximus) Cæſarẽ Dictatorẽ,qui Paulũ Conſulẽ aureorũ nongentorũ milliũ æſtimatione redimere non dubitarit,atq; ea demũ lege ne quid cõmodaret ei, modo ne quid incõmodaret.Curionẽ Tribunũ etiã quindecies centenũ milliũ, ſed eo pacto vt in omnia ſe addiceret,ne ſexcentis millibus aureorũ pluris ſeſe indicaſſe Tribunũ q̃ Conſulẽ miremur. Profecto nõ video ad hanc ſeu magnificentiã,ſeu væcordiã aliqd addi poſſe. Cæſar em̃ tũ ciuis tantũ Romanus erat,necdũ Dictatura aſſumpta, & ſublato Põpeio animos maiores priuato faſtigio ſuſtulerat.Nam quę poſt Dictaturã & triũphos deſtinauerat(vt auctor eſt Trãquillus)ſi mors eũ non occupaſſet,æquare potuiſſent Alexãdri magni incepta. Idẽ Plinius loco ſupradicto,de Romanis domibus loquẽs,Cõputet(inquit)in hac æſtimatione qui volet,marmorũ molẽ, opera pictorũ,impẽdia regalia,& cũ pulcherrima laudatiſſimaq; certãtes centũ domos:poſteaq; eas ab innumerabilibus aliis in hunc diẽ victas.Profecto incẽdia puniunt luxũ,nec tamẽ effici poteſt,vt mores aliquid ipſo homine mortalius eſſe intelligãt,vel moralius vt in antiquis.Sed eas omnes duæ domus vicerũt.bis vidimus vrbẽ totã cingi domibus principũ Caii & Neronis,& huius quidẽ ne quid deeſſet aurea.Et paulo inferius, Non patiemur duos Caios,vel duos Nerones ne hac quidẽ gloria famæ frui.Docebimusq; etiã inſaniã eorũ victã priuatis operibus M.Scauri,cuius neſcio an Aedilitas maxime proſtrauerit mores ciuiles,maiusq; ſit Syllę malũ tãta priuigni potẽtia, q̃ proſcriptio tot milliũ. Hic fecit in Aedilitate ſua opus maximũ omniũ quę vnq̃ fuere humana manu facta,nõ tẽporaria mora, verũ etiã æternitatis deſtinatione. Theatrũ hoc fuit,ſcena ei triplex altitudine,trecentarũ.LX.colũnarum.in ea ciuitate quę ſex hymetias nõ tulerat ſine probro ciuis ampliſſimi.Iã pars ſcenæ e marmore fuit, media e vitro, inaudito etiã poſtea genere luxurię,ſummę tabulis inauratis colũnę vt diximus,imæ duodequadragenũ pedũ:ſigna ærea inter columnas vt indicauimus fuerũt tria millia numero,cauea ipſa cepit hominũ.LXXX. millia,cũ Pompeii amphitheatri,totiẽs multiplicata vrbe, tantoq; maiore populo, ſufficiat large.XL.millia ſedere.Reliquus apparatus tãtus Attalica veſte, tabulis pictis cęteraq; cura fuit,vt i Tuſculanã villã reportatis quæ ſupfluebãt quotidiani vſus deliciis,incẽſa villa ab iratis ſeruis cõcremarentur ad ſeſtertia.M.In antiqs nõnullis bina millia ſeſtertia legit.Et Hermol.cõcremarent bina millia ſeſtertia legit ex antiqs.quod miror,cũ ſeſtertiũ in genitiuo legi debeat,vel pręcedere hæc verba bina millia,ſi in recto legatur. Etſi nõ eſt e more antiquo,vt diximus.In antiqſſimo eſt cõcremaret ad his.

M.quod ego interpretor ſeſtertiũ millies vel bis millies potius.cõcremare tur eñ ſingulari numero legiť.admiratio aũt Plinii in eo cõſiſtit incendio, vt ex verbis ſequẽtibus apparet:Qñ hoc(inqt)certe incẽdii illi⁹ prẽmiũ ha buit cõuectis ex vrbe terrarũ reb⁹,vt nemo poſtea par eſſet inſaniæ illi,ſed ne ipſe quidẽ Scaurus cõparari ſibi poſſet.Ex his eñ intelligim⁹ incẽſa vil la colliquefacta ſigna ærea, & arſiſſe tabulas pictas imměſi precii,& Atta licas veſtes.i.tapetas precioſiſſimos,quales aliquãdo Neroni quadringen ties ſeſtertiũ cõſtiterũt ad triclíniũ ornandũ,vt ſupra docuimus ex eodẽ Pli nio,ſenſus eſt igiť eo incẽdio factũ vt res eximię ex oñi parte imperii Ro. cõuectę igne haurirẽtur . Ita vt nemo poſtea imitari exẽplũ tãti ſpectaculi poſſet,ac ne ipſe quidem Scaurus iterum edere tale poſſet. hoc eñ ſignifi cãt verba illa Plinii.oĩno igiť ſeſtertiũ millies legendũ eſt.i.vicies & quin quies cẽtena millia aureorũ noſtrorũ,vel bis millies poti⁹ ex pleriſq; libris, id eſt qnquagies cẽtena . alioqn ridiculus eſſet Plinius, q Scaurũ ſuperaſ ſe Caiũ & Neronẽ ingenia luxu & prodigẽtia mõſtrifica dixit.de qb⁹ poſt ea dicemus nõnihil ſi locus incurrerit.Verũ vbi legiť,reliquus apparat⁹ tã tus Attalica veſte,tabulis pictis cęteraq; cura fuit.Legẽdũ cẽſeo,cæteroq; choragio fuit:admonitus ab antiqs,in qbus tũ vorago legiť, tũ corago,& a Valerio lib.ii. cuius hæc verba ſunt,Claudius Pulcher ſcenã varietate co lorũ adũbrauit vacuis ante pictura tabulis extentã,quã totã argẽto C. An tonius,auro Petreius,ebore Quintus Catullus prętexuit. Verſatilẽ fecerũt Lucius & Cinna locũ,quẽ argẽtatis choragiis Publius Lẽtul⁹ Spinter ad ornauit.trãſlatũ antea Phœniceis indutũ tunicis M.Scaurus exqſito gene re veſtis cultũ induxit.Cęterũ vbi legiť,lã pars ſcenę e marmore fuit: lego ima pars,licet exẽplaria refragẽtur.Ipſe Pli.alibi eodẽ lib.M. Scauri Ae dilitate ad ſcenã theatri tẽporarii,& vix vno mẽſe futuri ĩ vſu, viderũt por tari ſilẽtio legũ.Et poſt duos verſus,Verũ eſto indulſerit publicis volupta tibus,etiã ne tacuerũt maximas earũ atq; adeo duodequadragenũ pedũ Lu cullei marmoris in atrio Scauri collocari:nec clã illud,occulteq; factũ eſt. ſatiſfacturi ſibi dãni infecti egit redẽptor cloacarũ, cũ in Palatiũ extraheren tur.Ex his verbis intelligimus diſſoluto theatro,qđ ad vnius circiter men ſis tẽpus factũ erat,id eſt quo ad ludi finirẽturcolũnas grãdiſſimas in atri um domus Scauri,quę erat in Palatio,trãſlatas.Atria enim periſtyliis cõ ſtãt,vt videre eſt apud Vitruuiũ li.vi.ſicut & caua ædiũ.Addit hęc Plini⁹, Nec poteſt videri Scaurus rudi & huius mali improuidę ciuitati obrepſiſ ſe quodã vitę rudimẽto.Iã enim Luciũ Craſſum oratorẽ illũ,q pegrini mar moris colũnas habuit in eodẽ atrio,hymettias tamẽ,nec plures ſex aut lon giores duodenũ pedũ,M.Brutus in iurgiis ob id Palatinã Venerẽ appella uerat.Idẽ alibi rurſus de iis loquẽs qui marmora in domibus habuerũt,In ter hos(inquit)primũ(vt arbitor)marmoreos parietes habuit ſcena Marci Scauri,nõ facile dixerim ſectos,an ſolidis glebis polítos,ſicut eſt hodie Io uis tonantis ædes in Capitolio. Idẽ lib.xxxvii.Gemmas plures(quod pere grino appellãt nomine dactylothecã)primus oim habuit Romæ priuign⁹ Syllę Scaurus.diuq; nulla alia fuit donec Põpeius Magnus eã quę Mithri datis Regis fuerat,inter dona ĩ Capitolio dicaret,vt M.Varro aliiq; eiuſ

Plinii locus.

Dactylothe ca.

dé ętatis auctores cõfirmãt, multũ prętatã Scauri: hoc exemplo Cęsar Dictator sex dactylothecas ĩ ęde Veneris genitricis cõsecrauit. Et rursus lib. xxxiiii. In M. Scauri Aedilitate tria millia signorũ in scena tm̃ fuere tẽporario theatro. Ex supradictis coniicere licet non mirabilẽ sed stupendã, non magificentiã, sed luxuriã, & portẽtosa impẽdia in apparatu ludorũ Scauri, quorũ vix iniri ratio potest prę magnitudine. Fuit autẽ Scauro (vt eiusdẽ Plinii verbis loquar) vitricus Sylla, & Metella mater proscriptionum sectrix, & M. Scaurus pater toties princeps ciuitatis, & Marianis sodalitiis rapinarũ prouincialiũ linus. Vel (vt in antiquo legitur) Mariani sodalitii rapinarũq; puincialiũ linus. Metella vxor fuit Syllę, vt auctor est Plutarchus, quã sectricẽ proscriptionũ Plinius vocat quasi impetratricẽ redẽptricemq; proscriptionũ, quę sub Sylla factę sunt. Cui tamẽ morbo languenti Sylla repudiũ misit, ne felicitas sua luxu vxoris cõtaminaretur. Cum interim ipse epulũ magnificentissimũ populo instauraret decima rapinarum & proscriptionũ Herculi pollucẽda. Quoniã autẽ hic liber iustã iam magnitudinẽ accepit, & multa nos transmittere necesse est, hac veluti coronide ex Strabone sũpta lib. v. finẽ ei iponem[9]. Is em̃ auctor de vrbe Roma loquẽs, & de Cæsaris Augusti prouidẽtia circa eam constituendã: Tãta autẽ (inquit) aquæ copia per aquę ductus in vrbem inuehitur, vt amnes per mediam vrbem & per cuniculos influãt: omnesq; ferme vrbis ędes cisternas fipunculos & salientes habeant redundãtes, quibus in rebus conficiẽdis Marcus Agrippa operã bona ex parte nauauit. Qui etiã multis aliis operibus Vrbem Romam adornauit. Ad summã prisci illi Romani vrbis decorẽ neglexerũt, videlicet in aliis rebus maioribus & necessariis magis occupati. Recentiores autem & maxime qui memoria nostra fuerunt, ne illis quidem ea in cura cesserunt. Sed & vrbem monumentis permultis & speciosis impleuerunt: siquidem Pompeius & diuus Cęsar & Augustus & eius liberi amici & vxor sororq; omne studium in vrbe extructis operibus ornanda sumptumq̃ supergressi sunt: quorũ operũ pleraq; habet campus Martius,

Metella vxor Syllæ.

Vrbs Roma aquæ ductib⁹ & extructis operibus mirifice exornata.

ὡς δ' ἀπεῖρ, δι πολλοὶ μὲν τῶ κάλλει οἱ ξώμης ὠλιγώρυν, πρὸς ἄλλοις μέζοσι καὶ ἀναγκαιοτέροις ὄντες, δι δ' ὕστερον καὶ μάλιστα δι καθ' ἡμᾶς, δδὲ τότε καθυστέρησαν. ἀλλ' ἀναθήμασιν πλείοσι καὶ καλῶν ἐπλήρωσαν τὴν πόλιν. καὶ γὰρ πομπήιος, καὶ ὁ θεὸς καῖσαρ. καὶ ὁ σεβασὸς καὶ δι τότε πᾶσες. καὶ δι φίλοι, καὶ γυνὴ καὶ ἀδελφή, πᾶσαν ὑπερεβάλοντο σπουδὴν καὶ δαπάνην ἐς τὰς κατασκευάς, τότων δὲ τὰ πλεῖσα, ὁ μάρτιος ἔχει κάμπος. De hoc Plinius ita inquit, Agrippa vero in Aedilitate sua aduecta Virginea aqua, cęterisq; corriuatis atq; emendatis, lacus. DCC. fecit. prętera fontes. CV. castella centum XXX. complura etiam cultu magnifica & operibus. Iis signa. CCC. ærea aut marmorea imposuit, & colũnas ex marmore quadringentas, eaq; omnia annuo spatio. Adiecitq; ipse in Aedilitatis suæ commemoratione & ludos vndesexaginta diebus factos & gratuita præbita balnea. CLXX. quæ nũc Romæ ad infinitum auxere numerum. Vicit antecedentes aquarum ductus nouissimum impendium operis incohati a Caio Cæsare, & peracti a Claudio. quippe a lapide. XL. ad eam excelsitatem, vt in omnes vrbis montes leuarentur, influxere Curtius atq; Cæruleus fontes. Erogata in id opus sestertia quingẽta quinquaginta quinq; millia. quod si quis diligẽtius ęstima

uerit aquarũ abũdantiã in publico,balneis, piſcinis,domibus,euripis,hortis ſuburbanis,villis,ſpatiaq; aduenietis,extructos arcus,mõtes perfoſſos, valles æquatas,fatebitur nihil magis mirandũ fuiſſe in toto orbe terrarũ. Idem paulo ſuperius,Mirabantur cloacas operũ omniũ dictu maximũ,ſuffoſſis mõtib⁹, atq; vt paulo ante rettulimus,Vrbe pẽſili ſubterq; nauigata. Id Marcus Agrippa fecit in Aedilitate poſt Cõſulatũ,ꝑ meatus corriuatis ſeptẽ amnibus,curſu præcipiti torrentiũ modo rapere atq; auferre oĩa coactis.Inſuper mole hymbriũ concitati vada ac littora quatiũt,aliquãdo Tyberis retro infuſi recipiũt fluctus, pugnãtq; diuerſi aquarũ impetus intus, & tamen obnixa firmitas reſiſtit:trahuntur moles internę tantę non ſuccũbentibus cauſis operis.Verũ in loco ſuperiore vbi legitur in impreſſis,Prę terea fontes.CV.in vetuſto ſapiẽtes legit,quare ſalientes lego . ſenſus enĩ id expoſcit.Vbi autẽ impreſſi habent erogata in id opus ſeſtertia quingẽta LV.milia:antiqui nõnulli talenta,vetuſtiſſimus ſis.LV.D. ordine notarũ inuerſo.quare ſeſtertium quingenties quinquagies quinquies lego. Plí locus rẽſtitutus.

Gulielmí Budæí a Secretis Regis Franciæ,De Aſſe & partibus eius. Liber Quartus.

QVENTVM Iamdiu eſſet ad finẽ huius operis,niſi aliarum aliarumq; rerũ recordatio ſubiens idemtidẽ mihi negociũ faceſſeret.Alter nũc de integro prope inſtaurãdus mihi labor,Perſarũ opes expendẽdę:qui ſoli Romanorũ fortunam ad terminos vſq; Alexãdri euadere geſtientem retro in occiduã mundi partem inhibuere: a Romanis etiã ipſi longe ad orientẽ ſummoti.Herodotus Alicarnaſſeus lib.iii.qui Thalia inſcribit,Darium Hiſtaſpis filium qui poſt Magorum cædem hinnitu equi ad regnum Perſicum aſſumptus eſt,in vigintí ſatrapias Perſarum regnum diſtribuiſſe dicit,& præfectos vnicuiq; dediſſe,& tributa ſtata fixaq; indidiſſe, ea lege dicta,vt qui argentũ tributi nomine penderẽt , talenti Babylonii pondere: qui aurum,Euboici afferrent.Valet autem (inquit) Babylonicũ talentum LXX.minas Euboicas.Quare Darium apud Perſas ob hanc tributi formulam conſtitutã capelum verbo græco,id eſt inſtitorẽ vel negociatorẽ vocitatum ait.eo autẽ verbo hominẽ vt quæſtuariũ taxabant . Cambyſen autẽ deſpoten,id eſt dominum dictum.Nec Cyrus enim nec Cambyſes tributa ad certam formulam, & præciſam redegerant neceſſitatem. ſed dona tantum anniuerſaria a Satrapiis accipiebant . Has Satrapias quas Nomos Herodotus appellat verbo Græco,Plinius præfecturas vertit,Laurentius portiones ſubabſurde vocitauit. Herodotus igitur has ſeu prouincias ſeu Prẽfecturas ab Helleſponto ad Indiam vſq; ſigillatim percenſens,& quicquid vnaquæq; quotannis penſitaret, tandem ſummam colligens, Quod ſi (inquit) Babylonica pecunia ad pondus Euboicum redigatur , fient nouem millia quingẽta quadraginta argẽti talẽta, τὸ μὲν δὴ ἀργύριον τὸ βαβυλώνιον, πρὸς τὸ εὐβοϊκὸν συμβαλλόμενον τάλαντον, ἔναι πεντακόσια καὶ πενταμύρια καὶ χίλια τάλαντα. Babylonicũ talentum, Darius, Hiſtaſpis. Cambyſes. Nomi.i.præfecturæ.

Aurum vero ramentitiũ ſi terdecies expendatur ad argentũ, in ſumma reperietur ad rationẽ Euboicã eſſe quatuor millia talentorũ ſexcentaq; & octoginta, τὸ δὲ χρυσίον τρισκαιδεκασάσιον λογιζόμενον τὸ ψῆγμα, εὑρίσκεται ἐὸν δυοῖκῶν ταλάντων ὀγδώκοντα, καὶ ἑξακοσίων καὶ τετρακισχιλίων. In Laurentii interpretatione mẽdoſe hic locus legitur. Ramentũ auri pſegma ab Herodoto dicitur, quaſi aureã ſcobem dixeris. Quibus (inquit) in vnũ coactis, fit ſumma eorũ quæ quotãnis colligebantur, quaterdecies millena quingena & ſexagena talenta Euboica. Supra autẽ dixit, τὸ δὲ βαβυλώνιον τάλαντον ἅλιαται δυοῖκὰς ἑβδομήκοντα, μνέας. Valet autem talentũ Babyloniũ ſeptuaginta Euboicas minas. Ex verbis Herodoti vt ſcire non poſſumus quãtum Euboicum talentũ fuerit, ita intelligimus minus fuiſſe Babylonio. Nos in ſuperioribus nõnihil de hoc diximus cum loca Liuii citaremus ex libris ſeptimo & octauo de bello Maced. Feſtus Euboicũ talentũ quatuor millium denariorũ fuiſſe dicit Romano nũmo æſtimatũ. quod ſi eſt verum, apud Pli. lib. xxxv. vbi legitur, Talentum autem Atticum (vt ait Varro) ſedecim ſeſtertiis taxatur, legendũ eſſet Euboicum. Sedecim enim ſeſtertia quadraginta minas valẽt, & quatuor milia drachmarũ. Sed apud Plinĩũ legendum potius exiſtimo denariũ ſex millia quod olim ſic ſcribebat̃. X. vi. M. ex quo ſedecim ſeſtertia facta. Millia em̃ & ſeſtertia vt idem ſignificãt: ſic eadẽ nota ſcribebãtur. Hermolaus Barbarus in gloſſematis in Plinium editis, dum auctorũ magis nomenculaturę q̃ rei explicãdæ ſtudet, explanãdæ huius rei difficultatẽ prope conclamatam reddidit, auctoritatumq; inter ſe pugnãtium cõgerie veritatem obruit. Interdũ enim ea culpa ſummis in ingeniis deprehẽditur, vt ambitione inſtincti omnia magis conſectari q̃ veri ſimillimum quodq; amplexari cupiant: quaſi diligentiores ſe doctioresq; q̃ conſideratiores exiſtimari maluerint. Ego cum rei obſcuræ & caligine quadam variantium auctoritatum obductæ, lucem aliquam afferre magnopere laboraſſem, nihil appoſitius ad illuſtrandam eam obſcuritatem inueni q̃ quod Pollux in nono de vocabulis rerum inquit. Quod equidem miror ab Hermolao non eſſe animaduerſum aut certe non explicatum: vt iudicare poſſis forulos quidem eum omnes diligenter excuſſiſſe: ſed volumina (quod aiunt) ad lucernam Ariſtophanis non ſemper recognouiſſe, ac ne Plinium quidem ipſum, in quo tam ſe admiratus eſt q̃ Peleus in machæra gloriabatur, vt eſt in prouerbio. Vir alioquin & diſertus & elegans, & memoriæ ſuæ columen. Nec modo doctrina multiplici: ſed etiam ſtilo graui, licet exultantiore ac licentiore: certe in quo cãdidum ingenium & bonam mentem agnoſcas, id quod opinione noſtra multis doctis viris defuit. Cui vtinã ipſi longior vita contigiſſet, præclaraq; nunc opera morte eius ſuppreſſa non deſiderarentur, quæ exitura annos abhinc. xiiii. audieram cum domi eius prãderem cum Accurſio Menerio Legato regio qui tunc Venetiis agebat, homine doctiſſimo: ſed verba Pollucis hæc ſunt loco ſupradicto, τὸν γεμὼν δὲ ἄκαιρον, ὃν τὸ μὲν ἀττικὸν τάλαντον ἑξακισχιλίας ἐδύνατο δραχμὰς ἀττικάς, τὸ δὲ βαβυλώνιον ἑπτακισχιλίας, τὸ δὲ αἰγινᾶιον μυρίας, τὸ δὲ σύριον πεντακοσίας καὶ χιλίας, ὡς πρὸς τὴν ἀττικὴν δραχμὴν λογισμὸν, ὥσπερ ἦν καὶ τὰς μνᾶς τὰς ἀττικὰς, τὸ μὲν ἀττικὸν ἑξήκοντα, ἔχει, τὸ δὲ βαβυλώνιον ἑβδομήκοντα, τὸ δὲ αἰγινᾶιον ἑκατὸν κατὰ ἀνάλογον. ἡ μνᾶ δὲ ὡς παρ' ἀθηναίοις ἑκατὸν ἔχουσα δραχμὰς ἀττικὰς,

Pſegma.

Hermolaus Barbarus.

οὕτω ἡ πρὸς τοῖς ἄλλοις τὰς ἐπιχωρίους δραχμὰς πρὸς λόγον τοῦ καθ' ἕκαστον τάλαντον κατά τι πρόσθηκιν καὶ ἀφαίρεσιν. Hoc aũt nõ absurdũ erit dicere q; talentũ Atticũ Atticas drachmas valebat numero sex millia, Babyloniũ septẽ millia, Aegynęũ de cẽ millia, Syriũ mille & qngẽtas, dũtaxat ineũda ratione secundũ drachmę Atticę modũ: qppe ea ratione qua Atticũ talentũ sexagenas minas, Babyloniũ septuagenas, Aeginẽse cẽtenas ꝓportione capiebat. Porro mina ipsa vt apud Atheniẽses cẽtenas habebat drachmas: sic apud alios quoq; totidẽ suas cuiusq; gẽtis, quę pro ratione cuiusq; talẽti plus minusve valerẽt augmẽto vel decremẽto. Ex his Pollucis verbis ad formulã vnã oĩa propemodũ genera talẽtorũ minarũq; redigere possum⁹. Quomodo eñ Atticũ talẽtũ sexagenas minas Atticas capit: & mina Attica cẽtenas suas drachmas: sic Babyloniũ sexagenas minas Babylonias, quę cẽtenas ipsę drachmas vernaculas capiũt, & Aeginẽse talentũ totidẽ minas Aeginẽses: & Aeginetięę rursus minę, cẽtenas drachmas Aeginęticas. Sic libra nostra nummaria duplex est: Parisina & Turonẽsis. Parisina quinq; & vigiti solidorũ est: Turonẽsis, viginti. Quod ideo fit, quia viginti solidi Parisiẽses ęquales sunt æstimatione quinq; & viginti Turonẽsib⁹: quare vtraq; libra vicenaria est, sed solid⁹ tm̃ refert, vt drachma apud priscos. Verũenimuero vt Babyloniũ talentũ proportionẽ ephectã. i. sesqsextã vel (vt alii loqui malunt) supersextã ad talentũ habet Atticũ, sexta eñ parte hoc ab illo superat: sic drachma Babylonia Atticã drachmã sesquisexta proportione superat. Et vt Aeginẽse talentũ proportionẽ superpartientẽ ad Atticũ talentũ habet, vtpote quod semel id capit & duas insuper eius partes (ita enim sese habet centenarium talentũ ad sexagenariũ) sic eandẽ quoq; proportionẽ Aeginæa drachma ad Atticã drachmã habet. Hoc autẽ ex alio eiusdẽ auctoris loco probari potest, qui cũ quodã in loco ita dicat, ἡ μὲν δραχμὴ ἔχειν ὀβολὸς ἓξ, id est & drachma quidẽ obolos senos habebat, aliquãto post ita subdit, ἀλλὰ μὲν τὴν μὲν Αἰγινᾶϊαν δραχμὴν μέζω φησὶ ἀπικὴς εἶναι, δέκα γὰρ ἀπικοὺς ὀβολοὺς ἴσχυεν, ἣν οἱ Ἀθηναῖοι πεντήκοντα δραχμὴν ἐκάλεον, μίσει τὴν Αἰγινητῶν, Αἰγιναῖαν καλεῖν μὴ θέλοντες. Atqui Aeginęticã drachmã maiorem Attica fuisse adnotandũ est: vt quæ denos obolos Atticos capiat, quos Attica tãtum senos. quare Atheniẽses crassam eam drachmã vocabant: odio Aeginętarũ Aeginæam vocare grauati. Ex dictis apparet tantã habere proportionẽ decem obolos ad sex: quantam centum minę habẽt ad sexaginta, & ea est analogia talenti Aeginęi ad Atticũ talentũ. Hoc Hermolaus cum nõ ignorauerit, tamẽ non explicuit vbi de talẽto loquitur, cũtãdis (vt diximus) auctoribus magis q̃ rei enarrãdæ intentus. Verũ Herodotus primæ præfecturę quadringenta talenta argenti attribuit, secundæ quingẽta, tertię trecenta sexaginta, quartæ quingẽta, quintę trecenta quinquaginta, sextę septingẽta, septimæ centũ & septuaginta, octauæ trecenta, nonæ mille, decimæ quadringẽta quinquaginta, vndecimæ ducenta: duodecimæ trecẽta sexaginta, tertiędecimæ quadringenta, quartędecimæ sexcenta, decimæquintę ducẽta quinquaginta, decimæsextæ trecẽta, decimęseptimæ quadringẽta, duodeuicesimæ ducenta, vndeuicesimæ trecenta: quorum summam non colligit, sed supputata ratione inuenio septem millia septingenta quadraginta talenta in summa esse. Atqui si talentum Babylonium

Talenta oĩa ad formulam vnã redacta. Atticum talentum.

proportionē habet ephectā ad Atticū talentū: septē millia septingēta quadraginta talēta Babylonia, Attica valēt talēta nouē millia & triginta. Si enim hāc summā partiaris septenario, numer⁹ partiēs erit mille ducēta & nonaginta, quot talētis crescit summa ad Atticū modū relata. At Herodotus Euboica fieri talēta tradit nouē millia qngēta & quadraginta, quę summa maior est Atticorū talentorū summa quingētis & decē. Ita fit planū talentū Euboicū minus esse talēto Attico tribus fere minis & triēte. Hoc autē promptū est sic colligere: fac vt singulis illis talētis sexagenariis. i. Atticis (quę nouē millia & triginta esse diximus) ternę minę cū triēte, id est tribus & triginta drachmis & tertia parte drachmę decedāt: fient vtiq; in summa ter nouies millia minarū. i. septē & vigintí millia, & pro triēte minæ, ter millia minarū. Hūc numerū triginta milliū minarū, si sexagenario partiaris, qngenta talēta confiēt, hoc est quingēties sexagenę minę, & sexagies qngenę, quod perinde valet. Sic fiūt nouē millia & quingēta talēta Euboica. Rursus ex talētis illis quingētis ternę minę cū triēte in singula decedāt necesse est, qa Attica pro Euboicis fecimus. fiūt decessionis mille & sex cētę sexagintasex minę, & bes pręterea minę. At vero ex Herodoti summa decē talēta Euboica restabāt, quę quingētas & septuaginta circiter minas valēt. Restāt mille nonagintasex minę, quę paulominus duodeuigintí talētis valēt, q numerus excurrēs facit ne ratio nostra quadret. Qz si talētū Euboicū minus Attico fuisse tribus minis & quadrāte ponamus, trecētæ tantū minę & quadraginta excurrēt, id est circiter sex talēta. Et hac vna ratione quantū quidē obseruarim iudicare possumus quantū talentū Euboicū fuerit. Oino autē talentū Euboicū proxime ad Atticū accedit, quod quia quā tū esset satis superq; deprehēsum cōprehēsum perceptūq; habemus & oino cōpertū, cętera quāta fuerint parū huius operis referre puto. Etsi id inquisiuisse iuuat propter operis diuerticula, quę velut παρέργα destinato argumēto appingent oblectamēti causa. Age videamus qd vltra dicat Herodotus de tributis Persicis, Indi (inqt) vt sunt multitudine multo numerosissima oīm quos nouimus hoīm, ita tributū cōferebāt alioq; cōparatione maximū: trecēta scilicet & sexaginta psegmatis talēta. i. aurei ramēti. Ramentū auri arena est aurea, ob id alio nomine ab eodē auctore Chrysitis dicta Chrysāmos etiā ad verbū aurea arena dicit lib. xi. codicis Iustiniani, Aurū aūt ramentitiū (inqt ille) inuenit esse talētū Euboicorū quatuor milliū sexcētorū & octoginta: si ita ratio ineat vt psegma terdecies tāto argēti repēdat: hoc em̄ significat verbū τρισκαιδεκασάσιον, qđ vnius literę imutatione in libris impressis aliud significat. Laurētius eius loci intelligētiā parū assecutus videtur, nisi sit error ipressorū. Et alioqn numerus in eius interpretatione corruptus est: qđ & ex Greco cōtextu & ex calculo deprehēdit, τὸ δὲ χρυσίον (inquit Herodot⁹) τρισκαιδεκασάσιον λογιζόμενον τὸ ἕνγμα, εὑρίσκεται ἐὸν ὀκτοκισχιλίων ταλάντων ὀγδώκοντα καὶ ἑξακοσίων καὶ πεντακισχιλίων. Si em̄ terdecies trecēta sexaginta multiplices, quatuor millia sexcēta & octoginta in summa inuenies. Meminisse autē oportet id quod Herodotus ante dixerat, edicto Darii cautū esse vt aurū Euboico pōdere pēsitaret: alioqn nō cōueniret sūma, si Babylonia talēta psegmatis intelligerent, & psegma tredecies argēto repēsile. Cōgruit aūt qđ se

Talentū Euboicum.

Chrysitis. Chrysammos.

quitur numero a nobis posito, τόπων δὴ πάντων συνιζημένων τὸ πλῆθος ἐγένετο τάλαντα συνελέγετο ἐς τὸν ἐπέτεον φόρον δύο μυριάδες καὶ πεντακισχίλιαι καὶ πεντακόσιαι καὶ ἑξήκοντα. His igitur omnibus in vnũ coagmẽtatis Euboica talẽta numero quatuordecim millia quingẽta sexaginta annuo tributo colligebãtur. Qz si Reges Persarum quaterna dena millia & quingena talẽta vel Attica vel Euboica ex Asia tantũ, & paucis locis Libyæ tributorũ nomine pęrcepisse dicũtur, quę nos ad octuagies quinquies cẽtena millia aureorũ nostrorũ vt minimũ ęstimamus, quantũ Romani imperii dicemus esse reddituũ? Præsertim cũ extra eas præfecturas Persis ipsa dominatrix immunis relicta esset: sic enim inqt Herodotus, ἡ πᾶσα δὲ χώρη μούνη μοι ἔκ εἴρηται δασμοφόρος, ἀπελέα γὰρ πέρσαι νέμονται. Persidis autẽ regio vna a me inter stipẽdiarias dicta nõ est. Persæ enim immunes agros colũt. Aethiopes autẽ & Colchi & alii quidẽ populi munera i Persidẽ quotãnis afferebãt. Inter quos ĩsignis est pẽsitatio Arabũ q mille na quotãnis talẽta thuris afferebãt. Sed & recentioribus seculis aucta erãt tributa prorogatione imperii Persici facta, vt auctor est Herodotus. Quare quod apud Plutarchũ in Põpeio latino facto antehac legebatur de vectigalibus & tributis imperii Romani post triumphũ Pontícũ, merito a nobis repręhensum est vt mẽdosum. Iamprimũ Antiochus ex fœdere cum L. Scipione icto, omnibus vrbibus agrisq; excesserat cis Taurũ montem vsq; ad Tanaim amnem, & a valle Tauri vsq; ad iuga qua in Lycaoniam vergit, vt tradidit Liuius lib. viii. de bello Macedonico. q̃q̃ apud Liuiũ Tanaim mendose legi puto, & pro eo restituendũ esse Halym. Notum est enim ex Herodoto in primo, Halym fluuium confinium olim fuisse Lydorũ & Medorũ imperii. Meminit etiam Pli. Halyos fluminis in sexto, a radicibus Tauri p Cataoniam Cappadociãq; decurrentis. Ab his autem finibus ad Hellespõtum Asia est proprie dicta, a mari Aegæo & Pontico ambiẽtibus in peninsulam conformata, intra quã Lydii regni fines circunscribũtur, vnde Crœsi circunfluentes diuitiæ in prouerbiũ cesserunt. In ea Asiæ parte Herodotus tres præfecturas ponit, millena ducena sexagena Babylonia talẽta annuo tributo pẽsitãtes. quę ratione Attica millena & quadringena & septuagena valẽt: ære autem nostro octingena & octuagena bina aureorũ millia. Romano more sestertiũ trecẽties qnquagies bis paulo pl⁹ dicit. Atq apud Plutar. legitur ante triumphũ Pompeianũ vniuersa populi Romani tributa quinquagies decies centena millia fuisse. Cum iis vero quę Põpeius Po. Ro. in ea expeditione quęsiuit: octuagies quinquies decies centena millia fuisse. Prior summa quingenties sestertiũ dici latine potuit, id est mille & ducenta quinquaginta millia aureorum. Altera trecenties & quinquagies sestertiũ priori summæ addidit, vt fuerint vniuersa populi Ro. vectigalia & tributa cum augmento triumphi Pompeiani, vicies semel centena vicena quina millia aureorũ nostrorum. Cum Pompeius imperio populi Romani adiecisset, Cilicíam, Syriam, Phœnicíam, Palæstinen, Iudæam, Mesopotamiam, Cappadociam, Armeniam, Colchidem, Iberiam, Albaniã, Scythas & Arabiæ partem. A Cilicia autem Phœnicia & Syria Palęstinę vsq; ad fines Syriæ & Aegypti octingenta quinquaginta talenta Darium tulisse quotannis Herodotus tradit: a reliqua Syria & Mesopotamia, non mi-

Imperium Po.Ro.

Asia proprie dicta.

nus quingẽtis,quę ad Atticã rationẽ relata octingenta decẽ millia aureorum noſtrorum valent.Ita paucę prouinciæ ſummã illam quę apud Plutarchum legitur pendere populo Romano potuerunt,abſq; Cappadocia, Armenia,Colchide,Iberia,Albania,& Scythis,& Arabia, quas inter ſtipendiarias non numero.Quapropter Pompeius pro cõcione gloriatus eſt (vt auctor eſt Plí:lib.vii.)Aſiam ſe vltimam prouinciarum accepiſſe,eãdemq; mediã patriæ reddidiſſe:de Aſia Cherroneſo,id eſt peninſula loquens (quã propríe Aſiam eſſe vocitatã diximus)Lydiorum olim regno, nunc Turcarum imperio.Hæc ab Antiocho,bello Aſiatico ablata fuerat: & ei poſtea Pompeius illas prouincias adiecit.Nunc ſi iam dictis Peloponneſum,Helladem,inſulas Cycladas,Sporadasq;,atq; vno nomine Græciam,Theſſaliã, Epirum,Macedoniam,Illyricum,Italiam omnem, Siciliam, Sardiniam & Corcyram,& ſuperi inferiq; maris inſulas,populos Alpinos & Narbonenſem Galliam,cum citeriore vlterioreq; Hiſpania,& Africã adiecerit(Hæc enim omnia iam tũ ſub ditione Romana regebãtur)quam ſummã tributorum colligere debeamus æſtimandum lectoribus relinquimus.Merito ergo illã Plutarchi ſummã ad drachmas Atticas non ad nũmos ſeſtertios referendã cenſuimus:qua ratione quadruplicata redit ſumma:q̃q̃ eo tempore nec Aegyptus,nec reliqua Gallia,nec Britãnia nec Germania Pannoniaq; imperio Romano parerent.Diximus ſupra de ſtatu imperii ſub Auguſto.

Termini imperii Ro. Appianus æqualis Hadriani principis fuit.

Appianus autem quẽ latine tantum verſum videre nobis cõtigit, in præfatione hiſtorię terminos Romani imperii ſub Hadriano principe, quo tẽpore ipſe hiſtoriã ſcripſit,late deſcribẽs,ponit terminos ab Herculeis colũnis ad Aethiopas orientales,quod ad Libyã pertinet:Aſianę autẽ ditionis terminos facit Euphratem fluuiũ & Caucaſum montem, maioriſq; Armeniæ principium,& Colchos ad Euxinum pontum habitãtes. In Europa autem Rhenũ & Hiſtrum fines Ro.imperii fuiſſe dicit.Omnes autẽ inſulas quęcunq; intra mare internum ſunt ſitæ,Cycladas Sporadas,Hyadas,Echinadas:& quæcunq; magnæ dicuntur a Græcis circa Libyam,Ioniam,Aegyptum,Myrtoum vel Siculũ,& aliud quocũq; nomine mare dictũ:Ro.imperio paruiſſe tum affirmat.Romanos aũt Regibus exactis vſq; ad ſeptingẽteſimũ annũ ſub ſtatu populari & ciuili qui politia græce dicitur, imperiũ ſuũ propagaſſe,quoad Caius Cæſar q Dictaturã perpetuã ſuſcepit, Rep. oppreſſa & in poteſtatẽ ſuã redacta:reuera principẽ egit,licet nomẽ Reip. antiquari noluerit,a quo tempore ad Appiani hiſtoriã ducẽti fere anni interceſſerunt,quibus Romanũ imperiũ vnius ſemper arbitrio rectũ eſt:perinde atq; in regno fieri ſolitũ eſt.Hoc tantũ intereſt q; regio nomine principes abſtinuerũt,Imperatores ſe dici contenti,quo nomine priſci duces Romani populi cenſebãtur:ſed annua poteſtate creati:eo autem ſpatio ducentorum annorum rem Romanã mirum in modum creuiſſe dicit,ſuoq; tẽpore eam hominũ expectationẽ fuiſſe vt porro progreſſura videretur blãdiente magis magisq; in dies rerum ſucceſſu.Eam tamen Romanis mentẽ fuiſſe,vt nominis ſui famam propagare inter Barbaros,magis q̃ terminos prorogare imperii ſui cuperent,vidiſſeq; ſe nõnullarũ gentium legatos ad Imperatorẽ cũ poteſtate miſſos,vt gentem ſuam quiſq; Romano imperio de-

Imperiũ Romanũ ad monarchiam deuenit.

Principes Romani regio nomine abſtinuerunt.

derent:nec tamen admíſſos,q; Romanus Imperator ſua íntereſſe nõ arbítraretur feris & inopibus imperare populis.Nã & eorũ qui imperio parerẽt, multos plus incõmodi q̃ cõmodi afferre:ſed quos derelinquere atq; abiicere puderet.Plurimi etiã eorũ qui dicto Romanis audiẽtes non eſſent:Reges tamen & principes a Romanis petere ſolitos & accipere.Magnitudinẽ vero Perſarũ imperii percenſens,quod ex Aſſyriorum,Medorũ,Perſarũq; regnis coaluit,nequaq̃ cũ dimidio imperii Ro.cõparari iure poſſe contendit. Nã imperiũ Alexãdri(quod celerius aleæ iactu vel fulgetrę potius emicãtis,in modũ inuſitatũ,& in gradũ nulli alii ſperãdũ euaſit)in mẽbra diſtractum eſt mortuo ſtatim Alexãdro.Suo aũt tẽpore Appianus tradit Perſis peditũ equitũq; & apparatus terreſtris ac maritimi ingentes copias fuiſſe, & Aegyptiorũ talentũ quatuor & ſeptuaginta millia in theſauris cõdita. Reddítus vero imperii Ro.nec dicere quiſq̃(vt opinor)nec animi certa cõiectura aſſequi poteſt. nec aliquis ſcriptorũ aliquid de ea re tradidit quod magnopere memorandũ ſit.Sed nec ſemper eadẽ ratio fuit,ſed alia atq; alia pro conditione temporũ.Si tamen de hac re cõmentari quenq̃ iuuat,primũ hoc ſcire oportet ęrariũ Romanũ ex vectigalibus & tributis cõſtitutũ fuiſſe,quomodo & hodie noſtrum.Vectigalia trium generũ fuerunt,ex agrorũ cultu,ex mercium traiectu,& ex paſcuis.Primũ decimę,alterũ portorium, tertium ſcriptura appellabatur,& præter hęc ſalarium. Cicero de imperio Cn.Pompeii,Nam in cæteris rebus cum venit calamitas, tum detrimentũ accipitur.At in vectigalibus non ſolum aduẽtus mali:ſed etiã metus ipſe affert calamitatẽ.Nam cum hoſtiũ copiæ non longe abſint,etiã ſi irruptio nulla facta ſit,tamen pecora relinquũtur,agricultura deſeritur, mercatorũ nauigatio conquieſcit.Ita neq; ex portu,neq; ex decimis, neq; ex ſcriptura vectigal conſeruari poteſt.Quo tandem animo eſſe exiſtimatis aut eos qui vectigalia vobis penſitant,aut eos qui exercent atq; exigunt? cum duo Reges cum maximis copiis prope adſint? cum vna excurſio equitatus perbrevi tẽpore totius anni vectigal auferre poſſit? cum publicani familias quas in ſalinis habent,quas in agris,quas in portubus atq; cuſtodiis, magno periculo ſe habere arbitrentur?Salinas Ancus Martius Romanorũ Rex tertius inſtituit,vt auctores ſunt Liuius & Plinius.Sed ſalarium vectigal Liuius in Cẽſura cõmentus eſt,ob id Salinator poſtea dictus,vt auctor eſt Liuius lib.vndetrigeſimo.Tributa autẽ pro modo cenſus cuiuſq; conferebantur.Cuius rei tenuia documẽta apud ſcriptores reperiuntur, quantũ equidem meminerim. Liuius lib.ix.de bello Maced. de Cẽſura Catoniana loquens,In cenſibus quoq; accipiẽdis triſtis & aſpera in omnes ordines cenſura fuit.Ornamenta & veſtẽ muliebrẽ & vehicula quæ pluris q̃ quindecim millium æris eſſent in cenſum referre viatores iuſſit.Item mãcipia minora annis.XX.quę poſt proximũ luſtrũ.X.millibus æris aut eo pluris væniſſent,vti ea quoq; decies pluris q̃ quãti eſſent æſtimarentur. Et his rebus omnibus terni in millia ęris attribuerẽtur. Attribuerentur hoc loco ſignificat tributi nomine ſtatuerentur.Ergo Cato deterrere volens homines a luxu:pluris decies delicatã veſtẽ & venuſta mãcipia,q̃ quãti vẽdi poſſent ęſtimauit,in ęris ſingula millia ternos aſſes tributi cõſtituit.Tacit⁹ lib.xiiii.

Ærariũ Romanũ ex tribus generib⁹ reddítus conſtitutum.

Salinator vnde dictus.

Tributũ Romæ pro modo cenſus conferebatur.

Eodem anno crebris populi flagitationibus immodestiã publicanorum arguentis, dubitauit Nero an cuncta vectigalia omitti iuberet, idq; pulcherrimum donum generi mortalium daret: sed impetũ eius multũ prius laudata magnitudine animi attinuere Senatores, dissolutionẽ imperii dicendo, si fructus qbus Resp. sustineretur, diminuerentur. quippe sublatis portoriis, sequẽs vt tributorũ abolitio expostularetur: temperandas plane publicanorum cupidines . ne per tot annos sine querela tolerata: nouis acerbitatibus ad inuidiam verterent. Ergo edixit princeps vt leges cuiusq; publici occultæ ad id tempus proscriberentur . Omissas petitiones non vltra annũ resumerent. Romæ Prætor per prouincias qui pro Prętore aut Consule erunt, iura aduersus publicanos extra ordinẽ redderent: militibus immunitas seruaretur, nisi in iis quę væno exercerẽt: aliaq; admodum æqua, quæ breui seruata, dein frustra habita sunt: manet tamen abolitio quadragesimę quinquagesimęq;, & quę alia ex auctionibus illicitis nomina publicani inuenerant. Temperata apud transmarinas prouincias frumenti subuectio, & ne censibus negociatorum naues ascriberentur, tributumq; pro illis penderent cõstitutum. Non nihil etiã de hoc dicitur in. l. Forma, in titulo, De cẽsibus, in Pandectis. Strabo de Britãnia loquens lib. iiii. quam vectigalẽ sub Augusto factam fuisse dicit, τέλη τε οὕτως ὑπομένουσι βαρέα τῶν τε εἰσαγομένων ἐπὶ τὴν κελτικὴν καὶ τῶν ἐξαγομένων. Vectigalia etiam sic tolerant grauia earum rerum quæ in Galliam exportãtur aut quæ inde importãtur. Et rursus, Ita nullo iam præsidio ad insulæ custodiam opus est . non enim vna plus legione opus est ad exigenda ab eis tributa. Constituta autem erat omnis impensę ratio exercitui pro modo tributorum: alioquin minui necesse erat vectigalia, si tributa insuper imperarentur. Quod si vis inferretur, periculũ esset, ne ad defectionem sollicitarentur. Sic enim illa Strabonis vertenda mihi verba visa sunt, ἐς ἴσον δὲ καθίσαν πᾶν τὸ ἀνάλωμα τῇ στρατείᾳ τοῖς προσφερομένοις χρήμασιν, ἀναγκαῖον γὰρ μεῖζόν τι τὰ τέλη φέρων ἐπιβαλλόμενα. ἅμα δὲ καὶ κινδύνου ἅπαντος ἔνας βίας ἐπαναμένης. Age citanda vna auctoritas insignis ad coniecturã faciendã in vniuersas opes Romani imperii. ea erit ex eodem auctore lib. xvii. quo in loco Strabo ostendere volens magnitudinẽ reddituum eius prouincię ita inquit, τῆς αὐγούστου δὲ τὰς προσόδους ἔν τινι λόγῳ κικέρων φράζει, φήσας κατ' ἰδιωτὴν τῷ φιλιππίζειν παρὰ τῷ αὐλητῇ προσφέρεσθαι φόρον τάλαντων μυρίων ϛ. φ. ὅπου δὴν ὁ κάκισα καὶ ξαθυμότατα, πλὴν βασιλέων διοικῶν τοσαῦτα, προσωδύνατο, τί χρὴ νομίσαι τὰ νῦν διὰ τοσαυτὴ ἐπιμελείας οἰκονομούμενα, καὶ τῶν ἰνδικῶν ἐμπορείων καὶ τῶν τρωγλοδυτικῶν ἐπικειμένων ἐπὶ τοσοῦτον. Aegypti autẽ reddítus Cicero quadam in oratione elegãter explicans, Auletæ patri Cleopatrę dicit talenta duodecies millena & quingena quotãnis ex Aegypto obuenisse. Quare si is Rex qui & dissolutissime & nequissime regnum administrauit, tantum annuæ obuentionis habuit ex Aegypto, quid nunc existimare conuenit, quantiq; æstimare redditum eiusdem prouinciæ tanta prouidẽtia administratæ, præsertim Indicis negociationibus & Troglodyticis vsqueadeo adauctis? Siquidẽ superiore tempore ne viginti quidem naues Arabicum sinum penetrare ausa sunt, vt proras quidem nauium extra angustias illas exererent . at nunc & classes ingentes ad Indiam vsq; vela faciunt & ad extrema Aethiopię. ex qbus merces preciosissimę impor

Aegypti reditus.

tantur:& inde rursus in alia loca transmittũtur.Ita duplex inde vectigal co gitur,mercibus scilicet importãdis & exportandis.Atqui eorum quæ ma gno veneunt magnum quoq; vectigal est,ὥστε καὶ τὰ τέλη διπλᾶ συνάγεται, τὰ μὲν εἰσαγωγικὰ,τὰ δὲ ἐξαγωγικὰ.τῆ δὲ βαρυτίμῳ,βαρέα. καὶ τὰ τέλη. Adde etiã(inquit)q Alexandria supradictarũ mercium vnum est receptaculum,ita vt sola plerumq; eiusmodi merces venditet & exteris suppeditet.καὶ γὰρ δὴ καὶ μονοπωλίας ἔχει. μόνη γὰρ ἡ ἀλεξάνδρεια τῆ πιθάνῳ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ὑπάρχειν ὄση,καὶ χορηγεῖ τοῖς ἐκτός. Quę sint eiusmodi merces ignorare nemo potest qui legẽ vltimã legerit ti tuli de publicanis in Pãdectis.ppter quas institutũ est vectigal Rubri maris,vt apud Plinium legimus,Ptolemęus pater Cleopatrę fuit vltimæ Aegypti reginæ. qui omnibus flagitiis inquinatus etiã tibicinũ artem exercuit,ob quam cognomentũ auletæ id est tibicinis meruit.Hic ob nequitiã & facinorosam vitã,ab Alexãdrinis exactus,a Gabinio duce Romano qui tum Syriam obtinebat reductus est.Quo nomine Gabinio lis decem millibus talentũ æstimata est accusante Memmio, vt ex oratione Ciceronis pro Rabyrio Posthumo in præcedẽtibus diximus.Pœnę tamẽ capitali ereptũ eum significat Valerius lib.viii.in principio.Cęterũ in qua oratione Cicero hoc dixerit,q Ptolemęus duodecies millena & quingena talẽta ex Aegypto quotãnis percipiebat nescio.Nisi in hac eadẽ pro Rabyrio loco aliquo mutilato.vel in ea oratione quę nõ extat,quã pro Gabinio habuit, cui olim infensissimus,postea reconciliatum se dicit,his verbis, Mihi hæc Caĩ Mẽmi causa defendẽdi Gabinii fuit recõciliatio gratię. Neq; vero me pœnitet mortales inimicitias habere.Verũ duodecim millia & quingẽta talẽta Attica(Attica eñ hic intelligo,vt ex superius de hoc a me dictis appareret,non Aegyptia,quę quadrãte Atticis maiora sunt) septuagies quinqes centena millia aureorũ nostrorũ valent.Quibus si augmentũ addas ex Strabonis sentẽtia:fortasse centies centenis millibus redditũ annuum Aegypti iure æstimare poteris.Sed operæprecium facturus mihi visus sum:si ratiõnẽ administrandę eius prouinciæ sub Augusto & Tyberio prosequerer ex eodẽ auctore.De Actiaco enim bello loquens ab Augusto cõfecto,& Antonio & Cleopatra captis,Aegyptũ ab eo dicit in prouinciæ formam redactam his verbis,ἐπὶ χία, δὲ νῦν ὄση,φόρους μὲν πλέσα ἀξιολόγους, ὑπὸ σωφρόνων δὲ ἀνδρῶν διοικουμένη,τῆ πεμπομένων ὑπάρχων ἀεὶ. ὁ μὲν ὅμ πεμφθεὶς,πλὴν τοῦ βασιλέως ἔχει τάξιν,ὑπ' αὐτῷ δ' ὄσιν ὁ δικαιοδότης ὁ τῆ πολλῶν κρίσεων κύριος.ἄλλος δ' ὄσιν ὁ προσαγορευόμενος ἴδιος λόγος,ὃς τῆ ἀδεσπότων καὶ τῆ εἰς καίσαρα πίπτειν ὀφειλόντων ἐξετασής ὄσι. πέφυκται δὲ τάδε ἐπιτηδεύεσθαι καίσαρος καὶ οἰκονόμοι,μείζω καὶ ἐλάττω πεπισευμένοι πράγματα. Nunc autem prouincia est tributa pendens memorabilia,a viris eiusmodi administrata qui sibi temperare nouerunt,quiq; semper rectores ad eam cum potestate mittuntur.Qui vero recturus mittitur,is vicem Regis obtinet,sub eoq; est is qui Dicæodotes dicitur,id est iura reddens,in cuius potestate fere sunt iudicia.Est & alius magistratus qui idios logos,id est priuata ratio dicitur:earum rerum indagator,quæ adespotæ græce dicũtur,id est asserторem non habentes,vel nullius dominio mancipatæ,& omnino earum rerum quæ in Cæsarem recidunt.Horum velut assecłæ sunt libertí Cæsaris & dispensatores,quibus maiora minoraq; negocia permittũtur.His verbis

Auletes.

Quomodõ administrarẽtur prouincię sub Augusto.

Dicæodotes.
Idios logos priuata ratio.
Adespota & res Adespotę

Priuata ratio

procurator priuatæ rationis dicitur, qui ea persequitur quæ fisco obueniunt, non quæ ærario & populo, vel priuato principis patrimonio. Ex quo patet proprie esse hoc verbum vsurpatũ in l. Procurator, in titulo, De edẽdo, in codice Iustiniani: licet aliter Accurtius opinatus sit. Adespota autẽ appellat quę etiam Hermæa dici possent, vulgo Albana Spauaq; dicũtur. Deinde idem auctor enumeratis copiis militaribus quæ ad eam prouinciã tuendam statutæ sunt, τῆῦ δ' ἐπιχωρίων ἀρχόντων, ὅ τε ἐξηγητὴς ὄζι κ] τὼ πόλιν, πορφύραν ἀμπεχόμενον, καὶ ἔχων πατρίους ῥάβδους, καὶ ἐπιμέλειαν τῆῦ τῆ πόλει χρησίμων. καὶ ὁ ὑπομνηματογράφων, καὶ ὁ ἀρχιδικαστὴς. τέταρτος δὲ ὁ νυκτοφύλαξ στρατηγός. Inter municipales autem magistratus est qui exegetes dicitur, quasi sacrorum interpres, vel augur in vrbe, purpuram gestans, & aliis honoribus prouincialibus insignis, earum rerum procurationem habens, quæ ciuitati cõducunt. Est etiam qui hypomnematographus, id est a commentariis dicitur, & qui iudicibus præest, ob id archidicastes appellatus. Et quartus Prętor nocturnus. Cicero pro imperio Cn. Põpeii de vectigalibus Romanis ita inquit, Nam cęterarũ prouinciarũ vectigalia Quirites tanta sunt, vt his ad ipsas prouincias tutandas vix contenti esse possimus: Asia vero tam opima est & fertilis, vt & vbertate agrorum & varietate fructuum, & magnitudine pastionis, & multitudine earum rerum, quæ exportantur, facile omnibus terris antecellat. Plinius auctor lib. xxxiii. post Persen Regem Macedonię deuictum, & gazam eius in ærarium illatam, populum Ro. tributa pendere desiisse. Quę tamen postea restituta esse ex eo coniicio, ꝙ Cicero in secũda Philippica dixit, Vbi est septies millies sestertium quod in tabulis quę sunt ad Opis petebatur? funestæ quidem illius pecunię, sed tamẽ quę si iis quorum erat nõ reddetur, quæ nos a tributis possit vindicare. Vbi patebat legẽdum puto.

Exegetes.

Hypõnematographus. Archidicastes.

Quonammodo regna in prouincias redacta sint.

Non omittendum & id quod idem Strabo libro sexto tradidit. Romanos initio plurimam Africæ & Asię partem Regibus sibi subditis commisisse, quos propter amicitiã & societatẽ regnare permiserũt. Postmodum autem vel defectione Regum & violatis fœderibus, vel stirpium regiarum interitu omnia ferme in prouinciarum formam redacta esse. Sic Attalicũ regnũ, sic Syrium, sic Paphlagonum & Cappadocum & Aegyptiorũ & Mithridatis Eupatoris ad Romanos peruenisse: adeo vt Tyberii tempore cuncta intra Phasin & Euphratem præter quosdã Arabas Romano tenerentur imperio: vel a Regibus a Romanis impositis. Armenii vero, & Albani Colchis superiores & Iberi, sola ducum pręsentia in officio continbantur. Sed cum Romanos viderent variis negociis, aut bellis implicitos: statim ad res nouas solicitari gentes efferatæ solebãt, sicut & eæ gentes quæ trans Istrum flumen & Euxinum pontum habitabant. Iosephus autem in secundo de bello Iudaico, Agrippã ad Hierosolymitanos orationem lucu lẽtam habuisse cõmemorat, & de potentia & opibus Ro. imperii magnifice disseruisse, ad deterrendos Iudæos ne ad rebellionem spectarent. In ea autem oratione circa medium fere ita eum loquentem inducit. Nam tertiam partem orbis terrarum, cuius ne nationes quidem numerare promptum est, ab Atlantico mari & columnis Herculis vsq; ad mare Rubrũ sitas, totam armis Romani subegerũt. Et præter annuas frumentationes quibus Romanam plebem

octonis menſibus alunt,alia quoq; tributa pendunt.Et quidem apud illos vna tantum legio comparatur: quanq̃ quid opus eſt exemplis longe petitis potentiam Romanam enarrare? cum eam poſſitis de vicina vobis Aegypto optime æſtimare.Hæc enim cum ad Aethiopas vſq; porrigatur opulẽ tamq; Arabiã,conterminaq; ſit Indię,ac ſeptingenties & quinquagies centena millia incolarũ habeat extra Alexandrinum populum, tributa tamen obſequentiſſime penſitans(quorum magnitudinẽ æſtimare de cenſu ſingulorum capitũ licet)Romano parere imperio non grauatur. Tametſi quantum ſtimulum defectionis habens Alexandriã vrbem,cum multitudine hominum & opibus abundantẽ,tum amplitudine & ambitu non imparem:vt quę longitudine ſtadia triginta,latitudine decem habeat. Tributorum vero multo amplius in ſingulos menſes penſitet,q̃ vos in annos ſingulos conferatis.Et eo amplius Ro.populo quaternũ menſium frumentum ſuppeditet.Duæ autem legiones ciuitati inſidentes profundã Aegyptum cum illa Macedonum nobilitate frenãt.De magnitudine Alexandriæ Strabo idem cum Ioſepo dixit,latitudinem paulo minorẽ ponens. Octo autem legionibus eo tempore Germania obtinebatur,vt inibi Ioſepus in perſona Agrippæ diſſerit. Quod eo pertinet quod ſuperiore libro, de legionibus ab Auguſto delectis,& per orbem collocatis diximus.Opimos autem fuiſſe redditus Hiſpanię ex eo coniicere datur quod de opulentia eius prouincię ſcribitur præſertim Turdetaniæ quę & Bętica dicitur.Strabo lib. tertio mirãda de fertilitate eius narrans quodam loco ita inquit,Quum vero ſupradicta regio tot bona ſuppeditet,maxime tamen admiratione digna eſt ob metallorũ copiam,quibus vniuerſa Hiſpaniæ regio ſcatet:non vbiq; ipſa frugibus exuberans,& præſertim vbi metallis copioſa eſt.Rarum eſt regionẽ inuenire vtraq; re vberẽ: rarius etiam illud eandem regionẽ in paruo quodam agro metallis omne genus abundare.At vero Turdetania & finitima ei regio rationem nullam commendandi ſui eo nomine remittit ſcribere de ea re volentibus,vſqueadeo numeros omnes laudis in metallis impleuit,nihil vt ei abſit quod quidem memoratu dignum ſit.Neq; enim aurum, neq; argentum,neq; æs,neq; ferrum alibi terrarum,aut tantum,aut tam eximiũ naſci adhuc compertum eſt q̃ in Turdetania naſcitur,ἡ δὲ τουρδητανία, καὶ ἡ πρὸς ἑσπέρας αὐτῇ, λόγον οὐδένα ἄξιον καταλέπει περὶ τούτων τοῖς ἐπαινεῖν βουλομένοις. ὅπου γὰρ χρυσὸς οὐδ' ἄργυρος οὐδὲ χαλκὸς οὐδὲ σιδηρὸς οὐδαμοῦ φαίνεται ὅπου τοσοῦτον ὕδωρ ἐπιφέρεται τοσοῦτος ἀγαθὸς ἐξήλασεν γινόμενον μέχρι νῦν. Ac ne aurum quidem ſolum effoditur,ſed etiam trahitur .deferunt enim aurum amnes,& torrentes auream arenam , quæ etiam multis in locis aquarum indigis reperitur,ſed in his non apparet.In iis autem locis quæ fluminibus alluuntur,auri pſegma,id eſt ſcobs aurea reſplẽdeſcit.Idem,Inter auri ramenta repertas aliquando fuiſſe aiunt ſelibrales glebulas,quas Palas appellant, quæ perq̃ modicæ purgationis indigerent,ὧν δὲ τοῖς ψήγμασι τὸν χρυσὸν φασὶν εὑρίσκεσθαί ποτε καὶ ἡμιλιτριαίας βώλους, ἃς καλοῦσι πάλας, μικρᾶς κατάρσεως δεομένας.Idem paulo inferius,Polybius autem argentifodinas commemorans,quæ ſunt circa Carthaginem nouam, ab vrbe.XX. ferme ſtadiis diſtantes,quatuor decurias operantium hominum fuiſſe ait, qui tunc in dies ſingulos vicena quina drachmarum millia populo Roma

Alexandria.

Hiſpania opibus abundãs. Turdetania eadem & Bætica.

Palæ.

Memorabiles argentifodinæ.

no referrent. Nos vigintí quinq; millia drachmarum aureis noſtris eſtíma re inſtituímus, duobus míllibus & quingentis. Qua ratione ex Carthaginé ſibus metallis argentí Romanus populus noningena duodena míllia, & quingenos aureos noſtros quotannis percipiebat. Sed huius ſummæ vt ar bitror partem impendia auferebant, etiam ſi vincti foderent. Verba Strabonis hæc ſunt, ὅπου τέτταρας μοίρας ἀνθρώπων μυίων τῆν ἐργαζομένων, ἀναφερόντων τόπ τῷ δήμῳ τῆν ζωμαίων καθ' ἑκάστην ἡμέραν δυσμυρίας καὶ πεντακισχιλίας δραχμάς. Plínius líbro tertio, Bætica a flumine mediam eam ſecante cognominata cunctas prouínciarum díuiti cultu, & quodam fertili, ac peculiari nitore præcedit. Idem alíbi, Metallis plumbi, ferri, æris, argenti, auri tota ferme Hiſpania ſcatet. Bætica etiã minio. Vniuerſæ Hiſpaniæ Veſpaſianus Imperator Auguſtus iactatus procellis Reip. Latii ius tribuit: vel iactatum potius, vt referatur ad Latii ius. Idem lib. xxxiii. Aurum arrugia quæſitũ nõ coquitur, ſed ſtatim ſuũ eſt. Inueniuntur ita maſſę, nec nõ in puteis denas excedentes líbras. Palacas Hiſpani, alii Palacranas: iidem quod minutũ eſt Ballucem vocant. Strabo Palas díxit appellari maſſulas auri ſelíbrales. Plínius Palacas, ſed denarum líbrarum. ballucæ. xiiii. vnciæ pro auri líbra inferebantur a metallariis ſanctione Príncipum, vt legímus in título, de metallariis líbro ſecũdo Codicis. Græce Chryſammos dicitur. língua noſtra vernacula Paleolos appellat auri ramenta quæ alluuione riuorum deferuntur. Cuiuſmodi hodie circa Pyrenen inueniuntur. Nos enim inde vídimus nonnullas ciceris magnitudine, quibus nulla excoctione opus eſſet. Pleręq; tamen minutæ ſunt & tenues, vnde nomen ſortitæ ſunt. Quapropter apud Plínium líbro trigeſimoquarto ita lego ex antiquis exemplaribus, In ærariis officinis & ſmegma fit. Iam líquato ære atq; percocto, additis etiamnum carbonibus, paulatímq; accenſis, ac repente vehemẽtiori flatu expuitur æris palea quędam. Nec me latet Hermolaum pala legere ex Strabone. Nã Strabo Palas appellauit maſſulas auri ſemiſſales. Plínius Paleas appellat non glebulas, ſed ramentulas, palearum formam habentes, quod non magnopere mirum eſt Hermolaum in trãſcurſu non animaduertiſſe. Idem Plínius líbro trigeſimotertio de argenti metallis loquẽs, Mirum (inquit) adhuc per Hiſpanias ab Annibale incohatos puteos durare, ſua ab inuentoribus nomina habentes. Ex quibus Bebelo appellatur hodie qui. CCC. pondo Annibali ſummíniſtrauit in dies ad mille quingentos paſſus cauato iam monte, per quod ſpatium Aquitani ſtantes díebus noctibusq; egerunt aquas lucernarum menſura. Trecena pondo Romana, tricena míllia drachmarum efficiebant, quæ terna míllia coronatorum valent. Quare hoc dictum Plínii conuenit cum ſuperiore Strabonis loco, vt ſuſpicer Plínium de Carthaginenſibus argentifodinis locutum, quæ in citeriore Hiſpania erant, finitima Aquitanis. Polybius enim æqualis Annibalis ætatis fuit. Rurſus Strabo, φησὶ δὲ ποσειδώνιος μάσσαν μάσσιλλον πράσσεσθαι φόρον ἐκ τῆς κελτικῆς τάλαντα ἑξακόσια, ἃ πυνθάνεσθαι πάρεσιν ὅτι καὶ πολλοὶ ἦσαν οἱ κελτίβηρες καὶ χρημάτων ἄπορῶντες. Ait autẽ Poſidonius Marcũ Marcellum exegiſſe tributũ ex Celtíberia ad talẽta ſexcenta. Ex quo coniecturã facere eſt Celtíberorũ gentẽ numeroſiſſimã fuiſſe & pecunia abundantẽ: tametſi regionem ieiunã incolerent. Plínius líbro

Chryſãmos.

Plínii locus.

Putei ab Annibale incohati.

Trecena pondo Romana.

Mira auaritia Memorabilis redditus metallorum.

xxxiii.de metallis Hiſpaniæ loquens, Vicena (inquit) millia pondo auri ad hũc modum annis ſingulis Aſturiam atq; Gallecíam & Luſitaniã præſtare quidam tradiderunt. ita vt plurimũ Aſturia gignat.neq; in alia parte terrarũ tot ſeculis hæc fertilitas . Vicena millia pondo Romana.tricena minimũ noſtra valent . Ingentia ſunt hæc teſtimonia de opulentia Hiſpaniæ,quibus accedit,& tertium Trogi Pompeii, vt ex breuiario quarto & quadrageſimo Iuſtini nouimus.Strabo autẽ de tempore ſuo loquens ita inquit,in mentione metallorum argenti quæ ſunt ad Carthaginem nouã. ἔστι δὲ καὶ νῦν τὰ ἀργυρεῖα, & μὴν δημόσια,δοῦλοι δ' οὗτοῦσι & δ' ὧν τοῖς ἄλλοις τόποις, τὰ δὲ χρυσᾶ δημοσιοῦνται τὰ πλέω.Sunt autem & nunc argentifodinæ non tamen publicæ, nec illic nec alibi, ſed priuatorũ: auri autem metalla pleraq; ſunt publica. Hactenus de Hiſpania . Cuius etiam Galliam æmulam aurifera vi fuiſſe eodem auctore comprobabimus . Quippe libro. iii.de Turdetaniæ,id eſt Bæticæ metallis loquens,ita ſubdit , ἀξιόσι δὲ γαλάται τὰ παρ' ἑαυτοῖς εἶναι κρείττω μέταλλα ὧν ὧν κιμμερίῳ ὄρει, καὶ τὰ ὑπ' αὐτῇ κάμπα τῇ πυρήνῃ. τὸ μὴν πλέιόν τ ὀνεῦσθαι δοκιμᾶ . Galli vero meliora eſſe ſua cenſent , quæ in Cimerio monte ſita ſunt, & quæ Pyrenę ipſi ſubiacent, illinc tamen aurum magis probatur q̃ Gallicum.Vbi puto non Cimerio ſed Cemmeno legendũ. Cemmeni enim montes κεμμηνὸν ὄρος. Apud Strabonem lib.iiii. Aquitaniam a Celtis diſcludũt,quo loco Cęſar Gebennam vel Cebennam potis monte ponit. Huius pars hodie Tarara vocitatur. Rurſus idem auctor lib.iiii.de Narbonenſi littore loquens & ſinu qui Gallicus illic dicitur . ἔχουσι δὲ τάρβελλοι τὸν κόλπον, παρ' ὃν ὀλίγη χρυσῆ ψαμάθωτα πάντων. ὧν γὰρ βόθροις ὀρυχθεῖσιν ἐπὶ μικρὸν εὑρίσκονται καὶ χειροπληθὴς χρυσὸς πλάκες, ἐφ' ὅσον μικρᾶς καθάρσεως δέομενα.τὸ δὲ λοιπὸν, ψῆγμά ὀλίγη καὶ βῶλοι, καὶ αὐταὶ κατεργασίαν & πολλὴν ἔχουσι. Tarbelli,inquit,eum ſinum obtinent, apud quos aurifodinę ſunt omniũ præſtantiſſimæ.In ſpecubus enim leniter effoſſis inueniũtur auri cruſtæ quæ manum implere poſſint, interdum modico purgamento indigentes. reliquum autem aurum ramenta ſunt & glebulæ,modicam & ipſę operam poſcentes. Interior autẽ regio & montana melius ſolum habet. nam ad Pyrenen Conuenarum eſt ciuitas qui eo ad incolendum conuenerunt,vbi oppidum Lugdunus.Hallucinatus eo loco interpres qui locum ita vertit : nã ad Pyrenen Conuenarũ Synclydon eſt,vbi oppidum Lugdunum. quaſi Synclydon nomen eſſet oppidi cũ genitiuis ſit pluralis Cõuenarum ſignificans.Synclydes enim collectitii alicuius loci habitatores dicuntur, vt Latine conuenę . πρὸς μὲν τῇ πυρήνῃ ἡ τῶν κονδένων ὀλίγη συγκλύδων ὧν ἡ πόλις λόγδουνος.Plí.de Aquitania loquens,Mox in oppidũ (inquit) contributi Cõuenę.Lugduni autẽ oppidi in ea regione nõ meminit Strabo his verbis,Tectoſages Pyreneis propinqui ſunt mõtibus. paulum etiã aquilonare latus Cemmenorum montiũ attingũt,terram colentes auro multo prędità. ἐφάπτονται γὰρ μικρὰ καὶ τοῦ προσαρκτίου πλευρᾶ τῶν κεμμηνῶν. πολύχρυσόν νέμονται γῆν. Apud ipſos autẽ theſauros ab Imperatore Romano Scipione repertos in vrbe Toloſſa & ablatos ait . a quibus aurum Toloſſanũ apud ſcriptores decantatiſſimũ,in prouerbium ceſſit,vt auctor eſt Gellius . τὰ μὲν γὰρ εὑρεθέντα ὧν τῇ πλώσῃ χρήματα μυρίων ὧν καὶ πεντακισχιλίων ταλάντων γράφεσθαι φασὶ . τὰ μὲν ὧν σκηναῖς ἀπεκάμπτα, τὰ δ' ὧν λίμναις ἱεραῖς , δεδημίαν

Metalla auri quondam in Gallia.

Conuenæ Synclides.

Aurũ Toloſſanum.

κατασκευὴν ἔχοντα, ἀλλ' ἀργὸν χρυσίον καὶ ἄργυρον. Posidonius (inquit Strabo) verisimiliter tradit pecunias Tolossę repertas ad quindecim talentum millia, quarum partẽ in fanis, partem in lacubus consecratis reconditam fuisse, argentum aurũq; infectũ atq; rude. Et rursus paulo inferius, Vt aũt, inquit Posidonius, & alii cõplures, regio ipsa auro alioquin abundans, & homines habẽs superstitioni addictos, & ad parsimoniam in victu assuetos, multis in locis Celticæ Gallię thesauros habuit, maxime vero lacus eis sacro sanctos a prædonũ direptionibus thesauros pręstabant, in quos ideo auri argentiq; pondera demiserant. Romani vero quũ vi & armis loca ea obtinuissent, auctioni lacus eos publice subiecerunt. Emptorum autẽ plurimi molas argenteas ductiles inuenerũt. μάλιστα δ' ἀυτοῖς ἀι λίμναι τὴν ἀσυλίαν παρεῖχον, εἰς ἃς καθιέρων ἀργύρου ἢ καὶ χρυσοῦ βάρη. οἱ γὰρ ἑωμαῖοι κρατήσαντες πάντων τούτων ἀπέδοντο τὰς λίμνας δημοσίᾳ, καὶ τὴν ὠνησάμενοι πολλοὶ μύλους εὗρον σφυρηλάτους ἀργυροῦς. Idem auctor est Luerium Aruernum patrem Bititi (qui Bititus cum Maximo Æmiliano & Domitio Aenobarbo ducentorum millium hominũ exercitu conflixit) tantis delitiis diuitiisq; circũfluxisse, vt aliquando ostendendarum opum gratia curru vectus per campum ingrederetur nummos aureos argenteosq; huc atq; illuc spargens: quibus colligendis amici & comites occupati sequerentur. ποσὸν πλοῦτον λέγεται καὶ τηνικῦτα διενεγκεῖν, ὥστε ποτὲ ἐπιδεῖξαι πρόμβους τῆς φιλοις φι ὀνησίας, ἐπὶ ἁμάξης φέρεσθαι διὰ πεδίου, χρυσοῦ νόμισμα καὶ ἀργύρου διασπείροντα κἀκεῖσε διαπαίζοντας, ὥστε συλλέγειν ἐκείνους ἀκολουθοῦντας. Luerius Aruernus.

Auri Tolossani meminit Gellius libro tertio, & Cicero de natura Deorum libro tertio, ob cuius raptũ quæstionem habitam esse dicit. Trogus libro trigesimosecũdo, Cepionem appellat eum Imperatorem qui aurum Tolossanum abstulit, quod sacrilegium ei, & exercitui eius excidii causam fuisse tradit. Auri autẽ (inquit) fuere centum & decem millia pondo. argenti quinquies decies cẽtena millia. Hæc summa vix dicere ausim quanti æstimanda sit. Auri singula pondo minoris æstimari cẽtum aureis solatis non possunt, etiam vt vndecima pars æris in eo mixta fuerit. Qua ratione aurum illud Tolossanum cẽties & decies cẽtenis millibus aureorum valuit. quod si obryzum fuerit, id est centenis & duodenis solatis in libras æstimabile, centies vicies ter centenis & viginti millibus valuit. Quod autem ad argentum pertinet, Trogũ existimarim nõ quinquies decies cẽtena millia pondo scripsisse, quæ summa quinquagies millies mille aureos valet, sed quindecies centena millia, quæ quindecies millies mille aureis coronatis æstimantur a nobis, id est centies & quinquagies centenis millibus. Quod si quis Trogũ quinquies decies scripsisse malit, tamen pro quindecies intelligam, quomodo apud Suetoniũ in Augusto. quaterdecies millies pro bis septies, id est quatuordecies. Cicero etiã sic vsus est. Strabo ex Posidonio quindecim millibus talentũ argenti æstimasse aurũ argentũq; simul videtur. quæ summa minor est minima prędictarum, id est nonagies centena millia aureorum. Apud Iosepũ libro supradicto Agrippa magnifice de Galliarũ situ & felicitate Gallorum domestica disserit. quos omne genus bonis apud se scatẽtibus totũ pene orbẽ irrigare, mirifico pręconio vociferatur. & nihilo secius sub mille & ducẽtis militibus Romano imperio parere; quibus plures prope-

Cepio.

Quinquiesdecies, & quaterdecies.

Felicitas Galliarum.

modum ciuitates habeant,non animi mollitia,vt qui octoginta annis pro libertate dimicassent, sed animi destinatione in obsequiũ eius gentis fixa, cuius & virtutẽ experti fuissent, & fortunam admirarentur.Multa adhuc adnotauimus,quę fide caritura sunt,vt opinor,p̃sertim apud eos(vt dixi) qui omnia & præterita & futura præsentis temporis modulis metiuntur. vnũ etiam addam ex eodẽ Strabone, qui de Bętica loquens πρὸ δὲ καὶ ἐλάττω πρότερον, νῦν δὲ ἔριά μᾶλλον τῆς κοραξῶν, κρὶ ὑπερβολὴ ἔς ὅσι τῶν κάλλους· ταλαντιαίους γοῦν ὠνοῦνται τοὺς κριοὺς ἀντὶ τοὺς ἀχέας. Multa autẽ vestis antea inde veniebat:nunc autem lanæ magis q̃ a Coraxis,pulchritudine eximia. siquidẽ propter hoc arietes talẽtari precio emũtur ad admissuram.Coraxi autem populi sunt Colchorum Stephano de vrbibus.Talentum sexcentis aureis æstimamus.tãti autem venditari arietes potuerũt apud eos,qui asinos admissarios,vel etiã asinas ad fœturam,id est ad mularum partus. XL.sestertiis emerẽt,vt supra ex Varrone & Plinio didicimus. Verumenimuero cum tot olim auri metalla fuerint,& in Hispania,& in Gallia,hodie neutrobi esse dictitantur,quæ quidem commemorari digna sint. Nam & Strabo suo iam tempore in Tmolo & circa Pactolũ & aliis in locis consumpta fuisse auri metalla, auctor est lib.xiii. Vidimus hoc anno ex Lingonensi agro effossos lapides auro argentoq; interstinctos, ex quibus aurum argentũq; elicitur, hos metallarii pro experimento dederant. qualis autẽ subesset vena nõdũ compertum erat. Is ager in ditione est Michaelis Bodeti antistitis Lingonensis, viri cum singulari ac multiplici eruditione prædíti, tum vero ad priscam normam continentię Pontificię exacti.Cuius auspiciis metallarii opifices specimina supradicta auri argẽtiq; metallorũ ediderũt. Postremo idẽ Strabo lib.xiiii. circa finẽ, Polybius (inquit) auctor est tempore suo circa Aquileiam,& pręsertim in Tauriscis Noricis inuentam esse aurifodinam sic natura cõmodã,vt cum quis in duos pedes terrę superficiem detraxisset,statim aurum fossititium inueniretur. Effossionẽ autẽ non infra quindecimũ pedem processisse. Fuisse autẽ aurum illud partim purũ magnitudine fabæ aut lupini, octaua tantum parte decocta,partim pluscula indiguisse excoctione,alioquin valdè vtile.Verũ cũ Itali Barbaris in ea re operã nauare cœpissent, cõtinuo intra duos menses aurum per totã Italiã tertia parte precii vilius esse cœpit. Quod cũ Tauriscí animaduertissent. eiectis adiutoribus operis soli aurũ promercale exposuerũt. Nunc autem (inquit) omnia auri metalla in Romanorũ potestate sunt. σωφργαζομένων δὲ τοῖς βαρβάροις τῆς ἰταλιωτῆς, ᾧ δημόνῳ πᾶσχῦμα τὸ χρυσίον ἀνωνέπρον ἡμέρᾳ ἡ τρίτῳ μέρει καθ' ὅλῳ τὴ ἰταλίαν· ἀιθομένους δὲ τὸς ταυρίσκους μονοπωλῆν ἐκεαλόντας τὸς σωφργαζομένους. νῦν δὲ ἅπαντα χρυσεῖα ὑπὸ ῥωμαίοις ὄσι. Hoc dictũ Strabonis eo pertinet qđ supra de auri ad argentũ analogia dictũ est,quæ varia olim fuisse deprehẽditur. Pollux decuplicem posuit. Ex Plinio Romę primũ dimidio etiã maiorem fuisse docuimus.Rursus Trãquillo auctore Cęsar Dictator aurũ in libras ternis millibus nũmũ venũdedit:quę ratio subduplex est eius quã Plinius posuit,quę est eiusmodi,vt aurũ quindecies argento repensile fuerit.Si tamen locus emendate nũc legitur, quod vix mihi persuadeo, vt alibi dictũ est.Herodotus,non modo aurũ,sed etiam pśegma aureum tredecies tanto

Arietes talẽtares in Bætica.

Auri metalla exhausta hoc tempore.

Michael Bodetus.

Auri ad argẽtũ analogia.

argenti taxabile posuit, cũ tamẽ denęquaternę vncię pſegmatis vel chryſammi ſanctione principali pro ſingulis auri libris cedãt, vt dixim⁹. Qua ratione ſeptima fere parte pſegma auro obryzo vilius fuiſſe cõuincit. Sic Herodoti æſtimatio proxime ad Plinianã accedit. Porro ex Tacito docuimus aureos ſingulos Romanos nũmis valuiſſe centenis. Qua ratione auri drachma duodenis argẽteis, & hemidrachmio valuit. Noſtri autẽ tẽporis æſtimatione aurũ paulo minus duodecies argento repẽditur. Intelligimus igitur ex verbis Strabonis interdũ propter auri copiã ex metallis exiſtẽtẽ, auri preciũ diminutũ etiã tertia parte: ſic fit vt Pliniana æſtimatio ad Pollucis æſtimationẽ redeat. Noſtri autẽ pleriq; opinãtur iuſtã auri ad argẽtũ proportionẽ decuplicẽ cenſeri. ſed auri penuria eſſe auctam, id quod ex iã dictis nõ videtur eſſe verũ. In vniuerſum autẽ oſtẽdimus varias auri indicaturas, quę auri etiã precia euariare faciunt. nec aliud ſtatui (vt arbitror) ex antiquoꝝ lectione de auri ad argentũ proportione poteſt. Ad ea autẽ quę de Gallia diximus, illud etiã addemus Lugduni Argyrocopium ſuiſſe Romani imperii, id qđ Strabo lib. iiii. his verbis phibuit, Lugdunũ in colle conditũ, vbi Arar amnis Rhodano immiſcetur, Romano tenetur imperio, ampliori quoq; dignitate virorũ ſecũdũ Narbonem florens. quibus vſui magno eſt emporiũ. Ibi quoq; Romani duces aureũ nomiſma argenteũq; ſignant. ἡχὴ δὲ νόμισμα χαράττουσι ἐνταῦθα τό τε ἀργυροῦν καὶ τὸ χρυσοῦν. Fuit etiã ſignãdę pecunię officina Apollonię in Epiro. Cicer. ad Cn. Plan. libr. xiii. Epiſt. Cũ ſignaretur argẽtũ Apollonię, nõ poſſum dicere eũ præfuiſſe neq; poſſum negare eũ affuiſſe. Lugduni autẽ tẽplũ cõmuni vniuerſę Galliæ impenſa extructum eſt, & Cæſari Auguſto conſecratum ea parte ante vrbem vbi amnes confluũt, inibiq; ara dignitatis eximiæ gentiũ ſexaginta titulo inſignis dicatis ibi totidẽ gentiũ ſimulacris. Non omittendũ etiam prouinciales olim ſtipendiarios tria genera penſitationũ agnouiſſe, canonẽ, oblationẽ, & indictionẽ, quæ etiã hodie populares in Gallia agnoſcũt. Hæc tria genera Cicero his verbis cõplexus eſt in tertia in Verrẽ Actione, auctore Aſconio. Sic enim, inquit, de Sicilia loquens, Quãdo illa frumentũ quod deberet, nõ ad diem dedit? quando id quod opus eſſe putaret, nõ vltro pollicita eſt? quando id quod imperaretur, recuſauit? Age iã perceſeamus immẽſas pecuniarũ ſummas & impẽdia inuſitata quibus confirmari poſſit id quod ante diximus de reddítibus opimis Romani imperii. Tranq. in Calig. In nepotinis ſumptibus omniũ prodigorũ ingenia ſuperauit, cõmẽtus nouũ balnearũ vſum, portẽtoſiſſima genera ciborũ atq; cœnarũ, vt calidis frigidisq; vnguẽtis lauaretur, precioſiſſimas margaritas aceto liquefactas ſorberet, conuiuis ex auro panes & obſonia apponeret: aut frugi hominẽ eſſe oportere dictitãs, aut Cęſarẽ. quin etiã nummos nõ mediocris ſũmę e faſtigio baſilicę Iulię per aliquot dies ſparſit in plebẽ. In extructionibus prędiorũ atq; villarũ omni ratione poſthabita nihil tã efficere cõcupiſcebat, q̃ qđ poſſe effici negaretur. Et iactę itaq; moles infeſto ac profundo mari, & exciſę rupes duriſſimę ſilicis, & cãpi mõtibus aggere æquati, & cõplanata foſſuris mõtiũ iuga, incredibili quidẽ celeritate, quũ morę culpa capite lueret. Ac ne ſingula enumerẽ, immẽſas opes totũq; il-

Argyrocopiũ Lugdunẽſe.

Ara memorabilis Lugduni.

Penſitationũ tria genera. Canon.

Caius princeps inaudita prodigẽtia infamis.

Memorabilis opũ immẽſarũ profligator

lud Tyberíí Cæſaris vícies ac ſeptíes míllíes ſeſtertíum non toto vertente anno abſumpſit. Idē alíbí, Nouiſſíme contrectādę pecuníę cupídíne íncenſus, ſępe ſuper ímmenſos aureorum aceruos patentíſſímo díffuſos loco, & nudís pedíbus ſpatíatus, & toto corpore alíquandíu volutatus eſt. Vícies ſeptíes míllíes ſeſtertíum, nomíſmate noſtro ſexagíes ſeptíes míllíes mílle aureos & quíngēta p̄terea míllía valuít: vel (vt príſco more loquamur) ſexcentíes ſeptuagíes quínquíes centena míllía aureorū. Græcí ſex míllía ſeptíngentas & quínquagínta myríadas aureorū dícerent. Priſcum autem eum morem numerandí fuíſſe ex Plínío apparet líbro. xíí. vbí de Arabía felící loquēs. Mínima (ínquit) cōputatíone míllíes centena míllía ſeſtertíū annís omnibus Indía & Seres, Peníńſulaq; illa ímperío noſtro adímūt. non dícit cēties míllíes, mílle ſeſtertíū, vt nūc vulgo loquímur, ſed míllíes centena quod ídem eſt. Síc alíbí ín. íí. Pars noſtra terrarū de qua memoro, ambiente (vt dictum eſt) oceano velut ínnatās, longíſſíme ab ortu, & ab occaſu patet, hoc eſt ab Indía ad Herculís columnas Gadíbus ſacratas octuagíes quínquíes centena ſeptuagínta octo míllía paſſuū, ſícut Artemídoro placet auctorí. Hoc apud Martíanū Capellā totídē verbís legíť, Lōgítudo ab ortu ad occaſum, hoc eſt ab ípſíus Indíæ extremítate, vſq; ad Herculí columnas ſacratas, octuagíes quínquíes cētena ſeptuagínta octo míllía ſunt, ſícut etíā Artemídorus auctor aſſeruít. Rurſus ídē Plíní⁹ líb. eodē, Vníuerſum autē hūc circuítū Eratoſthenes ín omníū quídē líterarū ſubtílítate, & ín hac vtíq; prę̄ter cęteros ſolers, quē a cunctis ꝓbarí vídeo, ducentorum quínquagínta duorū míllíū prodídít, quæ menſura Romana cōputatíone, efficít trecentíes quíndecíes cētena míllía paſſuū. Hęc verba cum ſíc legerentur apud Vítruuíū líb. prímo, nuper Iocundus architectus vír religíoní ínítíatus, omnís antíquítatís perítíſſímus: tamen more hodíerno referenda cēſuít, ín íís exēplaríbus Vítruuíí quę egregíe alíoquín & ſolerter emēdata ímprímēda curauít. Síc em̄ ín his legítur, Quę ducēta quínquagínta duo míllía ſtadíorū fiūt paſſus ſemel & trícies míllíes mílle & quíngēties mílle. Huíus autē octaua pars quā ventus tenere vídetur eſt ter míllíes mílle & noníngentíes trícies ſeptíes mílle, & paſſus quíngentí. quí modus loquēdí antíquítatē non reſípít: quare ſíc locum potíus lego (ex líbrorū prius ímpreſſorū obſeruatíone: lícet corruptus ílle locus atq; etíā mutílatus ín eis ſít) quę fiūt paſſus trecēties & quíndecíes cētena míllía. Huíus autē octaua pars quā vētus tenere vídetur eſt trícies nouíes cētena trígínta ſeptē míllía, & quíngēti paſſus. Hac lectíone & vetuſta formula reſtítuítur, & numerus ad paſſum cōuenít. Apocalypſeos cap. íx. Et ſolutí ſunt quatuor angelí quí paratí erāt ín horā & dīē & mēſem & annū, vt occíderēt tertíam partē hominū: & numerus equeſtrís exercítus vícies míllíes dena míllía. δὶς μυριάδες μυριάδων, ſíc latíne & príſco more verti debuít. Bís míllíes cētena míllía. Hęc em̄ verba, míllíes centena míllía, myríadū myríada ſígnífícāt. Vltra quē numerū Gręcí vocabulum nō habent. Noſtrates íd cētū mílliones appellāt, cū míllíonē dícamus míllenarīū numerū in ſeſe multíplícatū. Ergo bís míllíes centena míllía duas myríadas myríadū ſígnífícāt: & ter míllíes tres myríadas, & deínceps vſq; ad decíes

Vícies & ſeptíes míllies ſeſtertíum.

Priſcus mos numerandi.

Iocundus architectus. Locus Vitruuij reſtitutꝰ.

Apocalypſ. locus.

Míllíes cētena míllia. Numerandi ratio apud Latínos Grę cosq;.

míllíes centena míllía . hoc eſt denas myríadū myríadas, quod vno verbo noſtrates abací ſtudíoſi Míllíartū appellāt , quaſi míllíonū míllíonē. Romaní ígítur per cētenaríos míllenaríorū numerāt nō per míllenaríos,míllenaríorū,vt Gręcí per chíliadas chíliadū aut myríadū,quía apud príſcos Romanos nullus erat numerus maíor centíes míllenarío. Verū apud Plíníū líbro eodē,vbí legítur ín codícíbus poſt Hermolaí emendatíones ímpreſſís,trícíes quater quínquagínta míllía,& quínquagíes bís quíndecím míllía paſſuū,cētena verbū ſubaudíēdū eſt vt recte admonuít Hermolaus. Quomodo & paulo poſt,Quę menſura vníuerſa ab eo marí efficít octuagíes quínquíes ſeptuagínta octo míllía.Superíus ením centena addítū eſt a Plínío,quod híc nō legítur,ſed ſubíntellígendū relínquítur.Hoc autem líquere poteſt ex Martíano apud quē omnía ííſdē verbís, vt apud Plínium leguntur.Nam cū apud Plíníū íta legatur ín manu ſcríptís & ín ímpreſſís ante Hermolaum, A Gange amne oſtíoq; eíus quo ſe ın eorū oceanū effundít per Indíam Parthíenenq; ad Myríandrū vrbem Syríæ ín Iſſíco ſínu poſítam.LII.M.XV.paſſuū decem & nouem: apud Martíanum eadem verba legūtur níſí q; numerus íta effertur,quínquagíes bís quíndecím míllía.Ex quo auctore Hermolaus Plíníū eo capite emendauít. Quapropter conjectura ex hoc loco fierí poteſt ad ea quæ nos ípſí ín Plínío mutauímus , vt míllíes ſeſtertíum & quíngēties & huíuſmodí alía aduerbíalíter prolata , quę cōfuſa ſunt ín exēplarıbus propter notarū compēdía. Símile eſt íllud quod ſtatím ſequítur apud Plíníū,Latítudo autē terræ a meridíano ſítu ad ſeptētrıonem dímídío fere mínor collígítur.LIIII.míl. LXII. Sic ením ín manu ſcríptís & olím ímpreſſís legítur. cū Martíanus dícat quínquagíes quater centena ſexagínta duo míllía.Quem a Plínío hæc & alía ſuperíora tranſcrípſíſſe non dubíto.Centena autē verbū ín hís numerís ſubíntellígēdum, relínquí,planum fit ex eodem Martíano,quí de Europę longítudíne loquēs,íta ínqt,Europæ ſolíus mēſura octogíes bis.XCIIII.Plí.lí.iííí.Lōgítudínē Europę Artemídorus atq; Iſídorus a Tanaí ad Gades.LXXXII. XIIII.prodíderūt.Sic em̄ ın antíquís legíť,lícet ín ímpreſſís.LXXXIIII. míllía legatur . Apud Martíanū octogíes bís centena nonagínta quatuor míllía íntellígo.Apud Plíníū ſic,Octogíes bís cētena.XIIII. míl.paſſuū. & ſic plerūq; & Plínius & Martíanus locutí ſunt,& ante eos Cícero.quod eo valet quod ſupra díxímus de cōpēdío loquēdí per aduerbía antíqs vſítato.vt centíes ſeſtertíū pro centíes centena míllía ſeſtertíū omníno íntellígí debeat.Vt fortaſſe íllí numerí líb.xxxííí.Plíníí de ærarío Romano recte reſtítutí vídeantur a nobís ſupra líbro ſecundo. Macrobíus , ín primo de Somnío Scípíonís numerādí cōpēdíū refugíēs,íta ínquít , Duplicatís ígíť íllís quadragíes octíes cētenís míllíbus, erít íntegra díametros cœleſtís círculí nonagíes ſexíes cētena míllía ſtadíoꝝ,& ínuēta díametros facíle mēſurā nobís ípſíus quoq; ambítus prodít. Hāc em̄ ſummā quę díametrū fecít,debes ter multíplícare adiecta parte ſeptíma. & íta ínuenies rotíus círculí per quē ſol currít ambítū ſtadíoꝝ habere trecēties cētena míllía,& ínſuper cētum ſeptuagínta míllía . Sed vt ad rem redeā ſupradictas opes Tyberíus Auguſtus prínceps non modo deparcus & ſordídus , ſed

Centèna verbū ín numeris antíquís ſępe ſupplendum.

etiã rapax, annis tribus & viginti confiscauit. Caius autẽ successor intra annũ primũ imperii exhausit cũ annuis vectigalibus & tributis imperii. Quapropter idem auctor de Nerone ita inquit, Diuitiarũ & pecuniæ fructum non aliũ putabat q̃ profusionẽ, sordidos ac deparcos esse quibus ratio impensarũ constaret, prælautos vereq; magnificos qui abuterentur ac perderent. Laudabat mirabaturq; auũculum Caium nullo magis nomine q̃ q; ingentes a Tyberio relictas opes in breui spatio prodegisset. Quare nec largiendi nec absumendi modũ tenuit. In Tiridatẽ (quod vix credibile videatur) octingẽta nũmũ millia diurna erogauit, abeuntiq; super sestertiũ millies cõtulit. nullam vestem bis induit. Quadringenis in punctũ sestertiis aleam lusit. nunq̃ carrucis minus mille fecisse iter traditur, soleis mularũ argenteis. Hactenus Tranq. Tiridates Rex erat Armenię Vologesis Parthorum Regis frater, in qua regione cum Corbulo Præfectus res prospere Neronis auspiciis gessisset, Tiridates rebus aduersis perterritus ad colloquium cum Corbulone venit. In quo colloquio Tiridates (vt inquit Tacitus lib. xv.) de nobilitate generis multum pręfatus, cętera temperãter adiungit, Iturum quippe Romam, laturũq; nouũ Cæsari decus non aduersis Parthorum rebus supplicem Arsacidem. Tum placuit Tiridatẽ ponere apud effigiem Cæsaris insigne regium, nec nisi manu Neronis resumere. & colloquiũ osculo finitum. Dein paucis interiectis diebus magna vtrinq; specie inde Eques cõpositus per turmas & insignibus patriis, hinc agmina legionũ stetere fulgentibus aquilis. in medio tribunal sedem curulẽ, & sedis effigiem Neronis sustinebat. Ad quã progressus Tiridates cęsis ex more victimis, sublatum capiti diadema imagini subiecit. Postero die spatiũ orauit quo tãtũ itineris aditurus fratres ante matremq; viseret, obsidem interea filiam tradit literasq; supplices ad Neronem. Hæc causa fuit cur Tiridates Romã veniret. cuius aduentũ vt honorificentissimũ sibi Nero omnibus votis concupierat. In huius aduentũ Nero Pompeii theatrum operuit auro. De quo Plin. lib. xxxiii. Nero Pompeii theatrũ operuit auro in vnũ diem quo Tiridati Regi Armeniæ ostenderet. Idem lib. xxx. de magia loquẽs, quã ob id inanem artẽ esse contendit q; eam Nero scire maxime cõcupiuit nec potuit, cũ nec ingeniũ nec facultates deessent. Magus (inquit) ad eũ Tiridates venerat, Armeniacũ de sese triũphũ afferens, & ideo prouinciis grauis nauigare noluerat, quoniã expuere in maria aliis q; mortaliũ necessitatibus violare naturã eã fas non putant. Magos secum adduxerat. Magicis etiã scenis eũ initiauerat. non tamẽ cũ regnũ ei daret, hanc ab eo accipere artẽ valuit. Tranquillus alibi de eodẽ ita inquit, Non immerito inter spectacula ab eo edita, & Tiridatis in Vrbem introitum rettulerim. quẽ Armeniæ Regẽ magnis pollicitationibus sollicitatũ, cũ destinato per edictũ die ostensurus populo propter nubilũ distulisset, produxit quo opportunissime potuit, dispositis circa fori tẽpla armatis cohortibus, curuli residẽs apud rostra triũphantis habitu inter signa militaria atq; vexilla, & primo p deuexũ pulpitũ subeũtẽ admisit ad genua, alleuatũq; dextra exosculatus est: dein p̃cãti tiara deducta diadema imposuit, verba supplicis interpretata Prætorio viro multitudini pronũciãte, perductũ

Nero æmulus Caii auunculi sui.

Tiridates.

Tiridatis aduẽtus Romã

Nero magiæ studiosus.

in theatrũ ac rursus supplicãtẽ iuxta se latere dextro collocauit. Ergo Tiridati Nero octingenta sestertia diurna erogauit, quę perinde æstimo ac si vicena millia aureorũ nostrorũ diceres. Diurna autẽ nescio an q̃diu Romæ fuit intelligã, an ex quo intra fines Romani imperii esse cœpit. Discedẽti aũt amplius vicies quinquies cẽtenis millibus dono dedit. Quadringenis in pũctũ sestertiis aleã lusit, id est denis aureorũ nostrorũ millib⁹ in singula pũcta, nõ in singulos casus aleę. Huiusmodi ludus ab eodem Trãquillo in Augusto describitur, Inter cœnã lusimus gerontícos & heri & hodie. Talis em̃ iactatis vt quisq; canem aut senionẽ miserat, in singulos talos singulos denarios in mediũ cõferebat, quos tollebat vniuersos qui Venerem iecerat. Hac ratiõe fit vt immẽsus ille ludus Neronianus fuerit. De domo autẽ aurea si quis locũ apud Tranquillum legerit, quicqd nostro æuo exædificatũ est, despicabile existimabit, adeo vt Gallonien se prętoriũ Cardinalis Ambasiani, qđ iã in prouerbiũ venit ob sumptũ superuacaneũ, gurgustíum prę illa domo Neronis videri possit. Quã tamẽ ipsam Plínius, a Marci Scauri theatro operis magnificẽtia victã fuisse contendit, ne miremur millies sestertiũ absumptũ in Marci Scauri villę incẽdio. vel bis millies fortasse quod antea explicuimus. Quãti autẽ domus aurea constiterit, ex eo coniiciendum relinquitur, quod idẽ Trãquillus de Othone scripsit, Diplomatibus primisq; epistolis suis Neronis cognomen adiecit. Certe & imagines statuasq; eius reponi passus est. nec quicq̃ prius ꝑ potestate subscripsit q̃ quingenties sestertiũ ad peragendã aureã domũ. Si igitur Otho quingenties sestertiũ, id est duodecies centena & quinquaginta millia aureorum nostrorũ attribuit ad peragendã domũ auream, quãti opus ipsum antea factũ æstimamus? Nam nihil defuisse operi ex eo apparet quod idẽ in Nerone inquit, Eiusmodi domũ cũ absolutã dedicaret, hactenus cõprobauit vt diceret quasi hominẽ tandẽ habitare cœpisse. Quingẽties igitur sestertiũ subscripsisse Othonem intelligimus ad appendicẽ quãdã domus faciendã vel operis expolitionẽ. Plín. lib. xxxiii. Nero Pompeii theatrum operuit auro in vnũ diẽ quo Tiridati Regi Armeniæ ostenderet, & quota pars ea apparatus fuit aureæ domus ambiẽtis vrbẽ? Tacitus lib. xvii. Bis & vicies millies sestertiũ donationibus Nero effuderat, appellari singulos iussit, decuma parte liberalitatis apud quẽq; eorũ relicta. At illis vix decumę super portiones erãt. Exactioni. XXX. Equites Ro. prępositi. Igitur si Nero quatuordecim annis quibus in imperio fuit bis & vicies millies sestertiũ donationib⁹ effudit, id est quingẽties & quinquagies cẽtena millia aureorũ nostrorũ, & aureã domũ extruxit, cũ interim in omni parte vitę prodigos omneis superasset: quid existimabimus de opulẽtia imperii? De eo Plín. lib. xii. ita inqt, Periti rerũ astruxerũt nõ ferre thuris tm̃ annuo fœtu Arabiã quãtũ Nero princeps nouissimo põpę suę die cõcremauit. vbi Poppeę legẽdũ puto. de cuius morte Tacitus lib. xvi. Post finẽ ludicri Poppea mortẽ obiit fortuita mariti iracũdia. a quo grauida ictu calcis afflicta est. Corpus nõ igni abolitũ vt Romanus mos, sed regũ externorũ cõsuetudine differtũ odoribus cõditur, tumuloq; Iuliorũ infertur. ductę tamen publicę exequię. De hac Poppea Plí. lib. xxxiii. ita inqt, Vasa coquinaria ex argen-

Quadringentis in punctũ sestertiis aleã lusit.

Dom⁹ aurea Neronis.

Quanti constiterit.

Bis & vicies sestertiũ Neronis prodiga liberalitate effusum.

Poppeę cędes.

to caluus orator fieri queritur, at nos carrucas ex argẽto celare inuenimus. Nostra quoq; ętate Poppea cõiunx Neronis principis delicatioribus iumẽtis suis soleas ex auro quoq; induere solebat. Idẽ lib. xi. Poppea certe Domitii Neronis cõiunx asinas quingẽtas fœtas per omnia secũ trahẽs. balnearũ etiã solio totũ corpus illo lacte macerabat: extendi quoq; cutem credẽs. Eusebius in chronicis & Orosius septimo hist. auctores sunt Neronẽ Senatũ Ro. coegisse ad cõferendũ sibi annuũ centies sestertiũ ad tolerãdas expensas imperatorias, hoc est ęre nostro ducena quinquagena millia aureorum, id quod post mortẽ Senecę factũ fuit, cũ iam deterior fieri non posset Nero, & ad sumũ nequitię & improbitatis peruenisset. Post Neronẽ Vitellius princeps successit de quo ita scribit Trãquil. Sed vel pręcipue luxurię sęuitięq; deditus, epulas trifariã semper, interdũ quadrifariã dispertiebat: in ientacula & prãdia & cœnas cõmessationesq;: facile omnibus sufficiens vomitandi cõsuetudine. Indicebat autẽ aliud alii eadẽ die. Nec cuiq; minus singuli apparatus quadringenis millibus cõstiterũt. Famosissima super cæteras fuit cœna ei data aduẽtitia a fratre. In qua duo millia lectissimorum piscium: septẽ auium apposita traduntur. Hãc quoq; exuperauit ipse dedicatione patinę: quã ob immẽsam magnitudinẽ clypeũ Mineruę: id est ęgida poliuchi dictitabat. In hac scarorũ iecinora, Phasianorũ & Pauonũ cerebella, linguas phœnicopterũ, Murenarum lactes a Carpathia vsq;, fretoq; Hispanię petitarum cõmiscuit. Hactenus Trãquil. Equidẽ nihil maius dici aut excogitari in luxuria posse video, nisi margaritarũ liquefactarũ haustus. Iamprimum Pauones vidimus Varronis tẽpore quinquagenis denariis vęnales, id est quinis aureis nostris, quorũ cerebellis patina illa cõstabat, vt iocinoribus Scarorũ, de quibus Plin. lib. ix. ita inquit. Nũc Scaro datur principatus, qui solus pisciũ dicitur ruminare herbisq; vesci, non aliis piscibus, mari Carpathio maxime frequẽs. proxima est his mẽsa generis dũtaxat mustelarũ. & paulo post. Ex reliqua nobilitate & gratia maxima est & copia mullis, sicut magnitudo modica. Ex his verbis apparet Scarũ primę auctoritatis fuisse apud ganeosos homines. qui quãti vẽdi potuerit cõiicere licet ex precio mulli qui Claudio principe septẽ vel octo millibus nummũ emptus fuit ab Asinio vt alibi dictum est. de Phœnicoptero idem Plinius libro decimo. Phœnicopteri linguã pręcipui saporis esse Apitius docuit nepotum omnium altissimus gurges. Idem libro trigesimoquinto. Atq; vt luxu quoq; auctoritas cõtingat figlinis, tripatinum (inquit Fenestella) appellabatur sũma cœnarũ lautitia. vna erat murenarũ, altera luporum, tertia myxonis piscis, inclinatis iã scilicet moribus. Nã nos cum vnã Aesopi tragœdiarũ histrionis in natura auium diceremus sestertiis sexcẽtis stetisse, nõ dubito indignatos legẽtes. At Hercules Vitellius in principatu suo. CC. sestertiis cõdidit patinã, cui faciendæ fornax in cãpis iis ædificata erat, quoniã eo peruenit luxuria vt etiã fictilia pluris cõstent q̃ Murrina. Propter hanc Mutianus altero consulatu suo in conquestione exprobrauit pontinarum paludes Vitellio. Memoria non illa fœdiore cuius veneno Asprenati reo Cassius seuerus accusator obiiciebat interiisse centum triginta conuiuas. si hęc verba vere leguntur, patina illa fictilis du-

Poppeæ cædes.

Popeæ luxus

Collatio Senatus exacta a Nerone Vitellius.

Cœna Vitelliana.

Scarus piscis.

Tripatinũ.

Patina ęsopi.

Patina vitellij.

cētis ſeſtertiis,id eſt nō minoris q̄ quinq; millibus aureorū noſtrorū cōſtitit,propter quod Plinius dixit pluris fictilia cōſtare q̄ Murrina,quorū precia Plinius magna ponit.lib.xxxvii.Sed quonā modo fieri potuerit vt patina fictilis tanti cōſtiterit inire rationē nequeo.nec ipſe Pli. hoc ſignificare mihi videtur cum prius dixerit:ęſopi patinā ſexcētis ſeſtertiis ſtetiſſe.Patinā enim pro ferculo poſuiſſe notū eſt ex loco lib.decimi qui a nobis diligēter(vt ſpero)explicatus eſt de centū auiculis humano ſermone canoris, ſenis millib⁹ emptis.Sed rurſus ſi Plinius de ferculo intellexit.quonā pacto Plinius nō ineptus erit qui poſt ſexcēta ſeſtertia,ducēta ſeſtertia dixit:cum maius aliquid oīno & mirabilius dicere vellet,vt plane quis ex verbis eius intelligere poteſt.Cū hic me ſcrupulus anxiū olim habuiſſet, libros antiquos adii in quibus decē talentis pro ducētis ſeſtertiis legit,quod nec ipſū placuit,vt pote quod ſextā tātum partē ad ducēta ſeſtertia adderet,& alioqui nunq̄ Plinius & antiqui de rebus Romanis per talenta locuti ſunt, licet in antiquis quibuſdā codicibus Plinii mēdoſe ſępe legatur hoc verbum in mētione rerum latinarū.Quare ex vetuſtiſſimo exēplari decies ſeſtertiū lego,quod addit quadringēta ſeſtertia ad patinā æſopi,id eſt aureorum decem millia.Cōdidit autē pro cōmentus eſt & auctor fuit intelligo . Quod autem ſequitur,ſic lego.Propter hanc Mutianus altero cōſulatu ſuo in cōcione exprobrauit patinarū paludes Vitellii memoriæ. Non illa fœdiore cuius veneno Aſprenati reo Caſſius Seuerus & cætera.Hoc ſenſu.vt non ſit fœdior illa patina in qua venenum datum eſt tot cōuiuis.Patinarum autem paludes figurate dictum eſt alluſione pōtinæ paludis,cum patina ipſa etiam fictilis eſſet & lutea.de qua Pli.lib.iii.A circeis palus pontina eſt, quē locū.XXIII.vrbiū fuiſſe Mutianus ter cōſul prodidit.Is eſt autē Mutianus cuius mētio crebra eſt apud Tacitū,qui Veſpaſianū ad capeſſendū imperiū hortatus eſt.quē intelligimus ex verbis Plinii Vitellio ſupplicio affecto, p cōcione aliquādo cōuiciis inceſſiſſe tēpora Vitellii ob luxū pditiſſimū.vel alias cōquerendo exprobraſſe patinę fœditatē,ſi cōqueſtione legatur. Tacitus de luxu Vitellii loquēs lib.xvii.Ipſe abūde ratus ſi pręſentibus frueretur,nec in lōgius cōſultās:nouies millies ſeſtertiū pauciſſimis mēſibus interuertiſſe creditur.Hāc ego ſummā nō minorē ducēties vicies quinquies cētenis millibus eſſe dico.Octauo autē mēſe imperii ſui exercitus ab eo deſciſcere cœperūt.Paucos igit mēſes Tacit⁹,octo mēſes,appellauit.Hic facere non potui quin maioris etiam luxurię exempli vitelliana patina reminiſcerer,tametſi nō quęrerem, id erit ex Trāquil.in Nerone de terrimorum omnium principum facinoroſiſſimo. Quo loco enim de luxu eius epulari loquitur:Indicebat(inquit)& familiaribus cœnas,quarū vnimellita quadragies ſeſtertium cōſtiterunt.Ego mellitorū appellatione mellita dulciora fercula intelligo quæ vltimis menſis apponuntur . vt hodie ſaccharati miſſus epularum a piſtore dulciario,& omnia quę bellariorum nomine cōtinētur.& Saccharei operis ſtrues in adiicialibus cœnis atq; nuptialibus quę in lācibus argenteis ad oſtētationem traducuntur: magis vt delibent interdū q̄ vt eſitent.Hęc ſi cētenis millib⁹ aureorū noſtrorū ęſtimant:quāti cœna ipſa ęſtimari poterit?Huic dicto fidē arroget an deroget

Pli.locus memorabilibus mēdis expurgatus.

Vitellianus luxus. Nouies millies ſeſtertiū.

Inauditus luxus & fidem excedens.

íd quod ſequítur neſcío.Seneca líbro de cõſolatíone ad Albínã matrem ſu am íta ínquít:de Calígula loquens,C.Cęſar Auguſtus quẽ míhí vídetur rerũ natura edídíſſe vt oſtẽderet quíd ſumma vítía,ín ſumma fortuna poſ ſent,cẽties ſeſtertío cœnauít vno díe,& ín hoc omníũ adíutus íngenío:víx tamen ínuenít,quo modo tríum prouínciarum tríbutum vna cœna fíeret. quíbus verbís apparet centíes ſeſtertíum ímmenſam eſſe pecunam,& quę de Cleopatræ vnione díximus ex Plínio non vanítate cõmentítía a nobís aucta,ſed modíce æſtímatum eíus precíum.íd quod ín omnía pene ín hís lí brís prodíta valet.Maíora ſunt íſta omníno noſtræ ætatís captu . Sed de Vítellíí helluatíone íta ínquít Ioſepus líbro quínto de bello Iudaíco.Octo menſes ac díes quínq; potítus ímperío íugulatur ín medía vrbe:quem ſí ví uere díutíus contígíſſet,eíus luxuríæ ſatís eſſe ímperíũ non potuíſſet. Ví tellío ſucceſſít Veſpaſíanus Auguſtus. Qui omíſſa ſub Galba vectígalía reuocauít:noua & grauía addídit,tríbuta etíam auxít,& prouínciís nõnul lís duplícauít:quare eum nonnullí auaríſſímũ eſſe tradíderunt.ſunt contra quí opínentur(ínquit Tranquíllus)ad manubías & rapínas neceſſítate cõ pulſum ſũma ærarií fiſciq; ínopía.De qua teſtíficatus ſit ínítío ſtatím prín cípatus,profeſſus quadríngentíes míllíes opus eſſe vt Reſpub. ſtare poſ ſet.quod & veríſímílíus vídetur,quando male partís optíme vſus eſt, ín o mne genus hominũ líberalíſſímus.Quíppe quí expleuerít cenſum ſenato rium,& Conſulares ínopes quíngenís ſeſtertíũ míllíbus annuís ſuſtentaue rít.Ingenía & artes vel maxíme fouerít, prímusq; e fiſco latínís græcisq; rhetoríbus annua centena conſtítuerít.Cęterũ quadríngentíes míllíes ma íorem ſummã eſſe vídeo q̃ vt Veſpaſíanus ſperauerít quãtauís parſímonía aut tríbutorum exactíone collígí poſſe.quare pro quadríngentíes quadra gíes legendũ eſſe vídetur,& ſic quídem maxíma erít ſumma earũ quas ad huc díximus.íd eſt míllíes centena míllía aureorũ coronatorũ. Vltra ením hanc ſummã ne ludícra quídẽ vota hominũ procedere ſolent.etíam ſí ímmẽ ſum quíd,maíusq; omní auri conceptaculo exoptare contendãt.Sed fortaſ ſe credíbíle hoc faciunt ea quę ín ſecũdo ſcrípſímus.Hęc fere ſunt ex quí bus Romanorũ opes conſícere magís q̃ cognoſcere poſſímus.Relíqua em̃ mo̅hímẽta per auctores ſparſa huíuſmodí ſunt:vt ex íís certũ nullũ argu mentũ ad conſtítutionẽ huíus reí collígere poſſímus.vt quod Plín.líb.vno & vícesímo de gente quadã pontíca dícit.Gens(ínquit)ea cũ cerã ín tríbu ta Romanís pręſtet,mel quoníã exítíale eſt.nõ vendít.Hís dictũ vnũ Plínií addemus,ne íd pręteríiſſe vítío míhí vertatur,Is ením auctor líb.xíí.de fe lícítate Arabię loquẽs íta ínquít.Verũ Arabię etíã nũc felícíus mare eſt. Ex íllo nãq; margarítas míttít.mínímaq; cõputatíone míllíes cẽtena míllía ſeſtertíũ annís omníbus Indía & Seres penínſulaq; ílla ímperío noſtro adí munt,tãto nobis delícię & fœmínę cõſtant.Líb.autẽ ſexto de curſu annuo & nauígatíone ín Indíã loquẽs,íta ínquít.Nec pígebít totũ curſum ab Ae gypto exponere,nunc,prímũ certa notítía pateſcẽte.dígna res: nullo anno mín⁹hic quĩgẽteſímís ímperíí noſtrí exhauríẽte Indía,& merces remíttẽte quę apud nos cẽtuplícato væneãt.Ex horũ locorũ collatíone dícere poſſe mus míllíes ſeſtertíũ Plíníũ quíngenteſímã ímperíí Romaní taxauíſſe,nõ

Calígulę cœna.

Veſpaſianus tríbutís & ve ctígalib⁹ gra uís.

Notãdæ líbe ralítates Veſ paſíaní.Qua dragíes míl líes ſeſtertíũ.

Memorabílis locus Plíníj.

reddítus publící: ſed vníuerſarũ opũ publícarũ priuatarũq; quaſi ín Indíã quotãnís quíngẽteſíma pars pecuníę trãſportaretur ex íís prouínciís quæ Romanę dítioní ſubſunt. Ego autẽ hunc locũ corruptũ eſſe puto. nã ín vetuſtíſſímo exẽplarí, nõ quíngẽteſímís ſed. DL. legímus. & alioquín partícula híc, omníno hoc loco abſurde ſita eſt. Quare ſic Plíníũ ſcrípſiſſe puto: nullo anno mínus Hs. quíngẽtíes ímperíí noſtrí exhauríẽte Indía. lícet líbro duodecímo Plínius míllies ſeſtertíum dixerit gemínata ſumma. Alioquín quonãmodo Plínius ínire ratiõnẽ potuíſſet quíngẽtíſímę ímperíí Ro. non vídeo, ne ſi breuíarium quídẽ cenſuale omníũ prouínciarũ vídíſſet. Hactenus de Romanís opíbus. Redeamus ad Perſícas. Díxímus ſupra quanta eſſent tríbuta Perſarum aurí argẽtíq; Darií Híſtaſpís tẽpore, prętęr cęreras obuẽtíones thurís & aromatum. Prętecturas autẽ Parthorũ (ſic eã poſtea Perſę appellatí ſunt) Plínius decem & octo eſſe díxit hís verbís líb. vi. Regna Parthorũ duodeuígíntí ſunt omnia: ita enim díuídunt prouíncías círca duo (vt díxímus) maría, rubrum a merídíe, Hyrcanũ a ſeptẽtríone. Ex íís. XL. quę ſuperíora dícuntur, íncípíunt a cõfínío Armenię Caſpíísq; líttorí bus, pertínẽt ad Scythas, cum quíbus ex ęquo degunt. Relíqua ſeptem regna ínferíora appellantur. Sed Plínius de tẽpore ſuo loquítur. Herodotus autem líb. íí, Prętecturas vígíntí poſuít ín regno Perſarum vt díxímus. ín quíbus regnũ Lydíum vt pręcípuũ ponít. Ab eo tẽpore ad Darií vltímũ Perſarum Regẽ multí reges fuerunt. Qua tẽporís íntercapedíne Perſarũ regnũ magnís opíbus auctũ eſt. Prímus ílle Darius qui a ſeptẽ Perſis, obtrũcatís Magís, creatus eſt, omníũ homínũ pulcherrímus fuit, excepta brachíorum & cubítorum lõgítudíne qua dehoneſtabatur, vſq; ad genua protentorũ, ob quę Macrochír, íd eſt Lõgímanus appellatus eſt: vt auctor eſt Strabo líb. xv. & ís fuit qui tríbutorum formulas ínſtítuít. τὸν δὲ Δαρεῖον (ínquít ílle) τὰς φόρους διαθεῖναι τὸν μακρόχειρα καὶ κάλλιστον ἀνθρώπων, πλὴν τοῦ μήκους τῶν βραχιόνων καὶ τῶν σκελῶν. ἁπτεται γὰρ καὶ τῶν γονάτων. Huíus ergo Darií tẽpore vígíntí erãt pręfecturæ ſtípendíarię pręter ímmunes & munerarías, ab Helleſponto ad orĩẽtem tendentes ínter duo maría. Ab Helleſponto autem & Aegęo marí manſiones quí ſtathmí grece dícuntur, certís ſpatíís ad Suſa regíã Perſidis míro ordíne díſpoſítas fuíſſe dícit. ἔχει γὰρ ἀμφὶ τὴν ὁδὸν ταύτην οὕτω σταθμοί τε παντοδαποὶ ἐσὶ βασιλήιοι, καὶ καταλύσιες κάλλισται. διὰ δικαιομελίης τε ἡ ὁδὸς ἅπασα καὶ ἀσφαλέος. Sic autem (ínquít) res ſe habet círca víam íllã, mãſiones vbíq; ſunt regię, & díuerſoría elegãtíſſíma. Omnís autẽ vía per habítatã regiõnẽ tutãq; ducít. Deínde Herodotus rem ſingíllatím perſequẽs manſiones per Lydíã & Phrygíã vígíntí numero ponít. Excípít autẽ a Phrygía (ínquít) Halys fluuíus, ín quo portę ſunt quas omníno tranſíre neceſſe eſt. tandem manſiónibus omníbus enarratís vſq; ad Suſa vbí erat regía, ἔστι (ínquít) ὁδὸς πάντες σταθμοί ἐσι ἑνδεκα καὶ ἑκατόν. καταγωγαὶ μὲν νῦν σταθμῶν τοσοῦταί εἰσι ἐκ Σαρδίων ἐς σοῦσα ἀναβαίνοντι. Omnes autem hæ manſiones numero ſunt centum vndecím. tot ſunt manſionum díuerſoría a Sardíbus Suſa tendentí. Qz ſi recte dímenſa vía eſt regía paraſangis, & paraſãga trícena ſtadía valet vt certe valet, a Sardíbus ad regíam quæ Memnonía dícítur, ſtadía ſunt tredecím míllía & quíngenta & paraſangæ quadríngentæ quínquagínta. Centena ígítur

Plínij locus.

Perſarũ opes.

Darius Longímanus.

Via regia Perſarũ Paraſãga

& quinquagena ſtadia quotidie peragranti viatori: cõſumuntur dies ſolidi nonaginta. τριακοντα δε και εκατον σταδια εφ' ἡμέρη ἑκάστη διεξιόντι, ἀναλισκόμενα ἡμέραι ἑκάστῃ ἑβδομήκοντα. Hic fuit ſtatus Perſici regni ſub Dario Macrochire: quibus ſi addãtur quæ ab Ariſtotele aut alio auctore in libro de mundo dicta ſunt, hæc erunt credibilia, Hoc regnũ ab Alexãdro euerſum eſt deuicto Dario, & in plures Alexandri ſucceſſores diuiſum: quoad Parthi denuo inſtaurauerũt cum Romanis ſępe belligerãtes. Maximas autem opes ſub Dario vltimo fuiſſe ex Quinto Curtio & Strabone docebimus. Iaprimũ Curtius lib. iii. de gaza Damaſci loquẽs Alexãdro prodita a prefecto qui eã eduxerat fugę colore quęſito. Iacebãt (inquit) totis cãpis opes regię, illa pecunia ſtipẽdio ingẽti militũ præparata. Ille cultus tot nobiliũ virorũ, tot illuſtriũ fœminarũ, aurea vaſa, aurei frẽni, tabernacula regali magnificẽtia ornata. Vehicula quoq; a ſuis deſtituta ingẽtis opulẽtię plena. facies etiã prędãtibus triſtis, ſiqua res auaritiã moraretur. Quippe tot annorũ incredibili & fidẽ excedẽte fortuna cumulata. & paulo inferius. Sũma pecuniæ ſignatæ fuit talentũ duo milia & ſexcẽta. facile argẽti põdus quingẽta ęquabat. Sic emñ in mãbranaceo legimus. Idem lib. v. de Suſis loquẽs Alexãdro citra oppugnationẽ tradits. Hic Abulites cũ donis regalis opulẽtię occurrit. Dromades camelí inter dona erãt velocitatis eximię. XII. elephanti a Dario ex India accíti. nõ iã terror (vt ſperauerãt) Macedonũ, ſed auxiliũ, opes victi ad victorẽ trãſferẽte fortuna. Vt vero vrbẽ intrauit, incredibilẽ ex theſauris ſummã pecunię egeſſit. qnquaginta millia talẽtũ argẽti, nõ ſignati forma ſed rudi põdere. multi reges tãtas opes lõga ętate cumulauerãt liberis poſterisq;, quas vna hora in externi regis manus intulit. In codicib⁹ ipreſſis millia verbũ deeſt errore librariorũ. Hæc talẽta aut Babylonia fuerũt aut attica. quare hęc ſumma minima cõputatione trecẽties cẽtena millia aureorum noſtrorũ valuit. antea autẽ idem auctor dixerat eodẽ libro: Alexãdro traditur Arbela, regia ſupellectili Dariiq; gaza repleta. quatuor millia talentũ fuere. pręterea precioſæ veſtes, totius (vt ſupra dictũ eſt) exercitus opibus in illam ſedẽ congeſtis. hac ſumma fit acceſſio quater & vicies cẽtenum millium aureorũ, præter gazã Damaſci. Suſa (vt auctor eſt Stephanus) regia eſt Perſarũ quam Memnon cõdidiſſe dicitur. Quare Strabo regiam Memnoniã appellauit. ab hac, Suſiana dicta eſt regio Perſidis citerior. Ab ea vrbe Alexãder Dariũ cedentẽ ſequens Perſepolin veluti ad regni penetralia raptim cõtendit. cui præſto fuerunt quatuor græcorũ milia, mutilis corporibus, quos Perſę quondã bello captos variis ſupplicíorũ generibus affecerant. Quare Alexander impetum cepit vrbis eius excidendæ, quę antiqua regia erat Perſarũ, olim a Cyro cõdita, qui & Perſarũ ipſe regnum cõdiderat. ab ea enim ſede profectos aliquãdo Perſarũ reges Græciæ bellum impium & Europę intuliſſe. Quare Perſepoleos excidio parendum maioribus eſſe cenſuit, quos Perſę variis cladibus traiecto Helleſponto & põtibus etiam iuncto laceſſiuerant. In ea igitur vrbe quãtas opes Alexãder ceperit. verbis ipſius Curtii auctoris terſi atq; elegãtis referem⁹. Multas vrbes (inqt) refertas opulẽtia regia partim expugnauerat, partim in fidẽ acceperat. Sed vrbis huius diuitię vicere ꝑterita. In hãc totius perſi

Euerſum regnum Perſarum.

Darius vltimus.

Theſauri Suſiani.

Suſa, Regia Memnonia.

Perſepolis.

dís opes congeſſerant Barbarí. aurum argentumq; cumulatum erat. veſtís íngens modus. ſupellex non ad vſum modo, ſed ad oſtentatíonem luxus cõparata. & paulo ínfra. Ingens pecuníę captíuæ modus tradítur, prope vt fidem excedat. Cæterum aut de alíís quoq; dubítamus, aut credímus ín huíus vrbís gaza fuíſſe centum & .XX. míllía talenta. ad quę vehenda (nanq; ad vſus bellí ſecum portare decreuerat) íumenta & camelos a Suſis & Babylone contrahí íuſſit. ſic ín vulgatís líbrís legítur. verum obſeruata vetuſta lectíone non centum & vigíntí míllía talenta lego refragante loquendí conſuetudíne doctorum, ſed centum míllía & vigíntí talenta. Hæc ſumma quantí æſtímarí nomíſmate noſtro poſſít, ex præcedentí apparet. Quanta autem fuerít gaza Babylonica Curtíus non addídit. lícet Alexandrum recognouíſſe dícat. Strabo autem líbro decímoquínto Alexandrum aít anguſtías Perſidís & Vxíorum quí Perſis conterminí ſunt, & Perſícas deníq; ípſas portas ſuperaſſe ví bellíca, penetrare feſtínantem ad caput ípſum regní & gazophylacía Perſarum, quæ tot ſeculís congeſta ac recondíta fuerãt. ἃ καὶ αὐτὰ βίᾳ διῆλθεν ἀλέξανδρος καὶ τὰς πύλας κατ' ἄλλους τόπους. διεξιὼν γὰρ χώραν, ἣν κατέβησαν αὐθαίρετα τὰ κυριώτατα μέρη καὶ γαζοφυλάκια ἃ πρόσθεν χρόνοις ἐξεπεπλήρωτο. Et paulo ínferíus de Cyro loquens. omnes autem Perſidís pecunías Suſa exportandas curauít, quæ theſaurís ípſa & ſupellectílí plena erant. nec ídeo tamen íllíc regíam animo deſtínabat, ſed apud Babylonem, quam conſtítuerat etíam ſupellectílí & ínſtrumento regío adornare. etením íllíc quoq; theſauri cõdítí erant. πάντα δὲ τὰ ἐν πέρσαι χρήματα ἐξεσκεύασεν εἰς τὰ σῶσα καὶ ταῦτα θησαυρῶν καὶ καταχθονίας μεσά. ἐδὲ τοῦθ' ἡγεῖτο βασιλέως, ἀλλὰ τὴν Βαβυλῶνα. καὶ διενοεῖτο ταύτην προσκατασκευάζειν. κἀκ ταῦτα δ' ἔκεινε θησαυρόι. Fama eſt (ínquít) prętер eas pecunías, quæ babylone & eas quæ ín caſtrís erant, quæ índe ſumptæ nõ fuerant, ípſa per ſe quę Suſis & ín Perſide erant, quadragínta míllía talentum numerata & recognita fuíſſe. φασὶ δὲ χωρὶς τῶν ἐν Βαβυλῶνι, καὶ τῶν ἐν τῷ παραπέρσῳ τῶν πρὸ ταῦτα μὴ ληφθέντων, αὐτὰ τὰ ἐν σούσοις καὶ τὰ ἐν πέρσαι δ' μυριάδας ταλάντων ἀργυρίου ἀθροῖσαι. ἄλλοι δὲ καὶ πεντε λέγουσι. Hoc non conuenít cum eo quod Curtíus ſcrípſit, quía Suſis & Perſepolí centum & quínquagínta míllía Curtíus ínuẽta díxít. Plutarchus. LX. míllía talentum argentí ínuenta díxít ín regía gaza Suſis, & quínquagínta míllía talentum purpuræ hermionícæ. Sed vídeamus quíd vltra dícat. ἄλλοι δὲ πανταχόθεν συναχθῆναι φασὶ δώκασιν ἐπ' ἐκβάτανα μυριάδας ταλάντων. Alíí autem vníuerſas vndíq; coactas pecunías centum & octogínta talentum míllía dícunt Ecbatana cõportata fuíſſe. hoc confirmarí non poteſt ex Curtío, quía locus ílle líbro quínto mutílatus eſt, lícet eodem líbro ín mẽtione Phílotæ ſignificet Parmenionem maxímæ pecuníę cuſtodem ín Media fuíſſe. Verum ex Arrianí líbro tertío nouímus Alexandrum mãdaſſe Parmenioní, vt pecunìam quæ ex Perſide exportata fuerat Ecbatanís ín arcem conderet, íbíq; ad cuſtodíam ſex míllía Macedonũ cum amícís relínqueret. Tantum hoc refert ꝙ Arrianus tradít Alexandrũ Cyrí theſauros Paſagardís, oppreſſís celerítate cuſtodíbus, reperíſſe. Strabo autem dícit Cyrum Paſagardís regíam quídẽ ſuam ſtatuíſſe, ſed tamen pecunías Suſis cõdí voluíſſe, Curtíus ígítur gazam Perſarum multís ín theſaurís cõdítã, ad centũ & quinquagínta ſeptẽ míllía talentũ ſubduxít

Summa Perſicarum opũ ab Alexãdro captarum.

abſq; Babylonica pecunia. Strabo omnia cõplexus cẽtum & octogínta po ſuít. Hęc ſumma centies & octíes míllíes mílle aureos noſtros valet. ſumma haud dubie multo maíor maxíma omníũ ſummarũ, quas vno tẽpore co actas ín rebus Romanís legerímus. níſi ſi fidẽ habuerímus, íís quæ dícta ſunt ín ſecundo de ærarío Romano ex vetuſto exemplarí, ín quo íudícium meum vix ínterponere auſím propter dubíã fidem exemplaríũ. Pręter hanc ſummã poſt Perſepolím díreptã dírutamq;, cum Alexander íam ín Hyrcaníam veníſſet, vígintí (ínquit Curtíus) & ſex míllía talentũ proxíma pręda redacta erant, e quís. xíí. míllía ín congíarium mílítum abſumpta ſunt: par huíc pecunię ſumma cuſtodum fraude ſubtracta eſt. Tantís opíbus Alexãdrí magnífica facta reſpõdere vídẽtur. Cũ ením ín Perſidẽ ex Indía regreſſus íntellexíſſet mílites ſuos íam veteranos cõſumptís per luxũ oríẽtís ſpolíís ínſuper etíã ęre alíeno obſtrictos eſſe, edíxit vt omnes mílites æs alíenum profiterẽtur, quod cum íllí facere cunctarẽtur tentarí ſeſe ratí quo facílíus Alexander ſumptuoſos notaret, rex ſatís gnarus profeſſíoní ærís alíení pudorẽ non cõtumacíã obſtare menſas totís caſtrís ponί íuſſít & decẽ míllía talẽtum proferrí. Tum demũ fide facta profeſſío eſt, nec amplíus ex tãta pecunía q̃ centũ &. XXX. taléta ſuperfuere, adeo ílle exercítus tot dítíſſímarũ gentíũ víctor, plus tamẽ victorię q̃ prędæ deportauít ex Aſía. Auctores Curtíus líb. íx. & Plutarchus ín Alexandro. Ab eadẽ munificẽtía eſt congíaríũ mílítare de quo ante díxímus. xíí. míllíũ talentũ. ſed ínuſítata eſt ílla ſublímítas anímí: Epheſtíonem charíſſímũ ſíbí, morbo defunctum, decem míllíbus talentũ, íd eſt ſexagíes centenís míllíbus noſtrís funeraſſe, vt auctores ſunt Plutarchus ín Alex. & Arrían us ín ſeptímo. Díodorus líb. xvíí. de hoc loquẽs, íta ínqt τασάνδρω δὲ ταφὴν ἐποιήσατο πρὸς πολὺ τὴν ἐκφορᾶς ἐπιμέλεαν, ὥστε μὴ μόνον τὰς προγεγενημένας παρ' ἀνθρώποις ταφὰς ὑπερβαλέσθαι, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐσομένοις μηδεμίαν ὑπερβεσιν καταλιπεῖν. Tanto autẽ ſtudío contendít ín accurãdo eíus funere, vt non ſolum ſuperíorũ ętatũ omníũq; hominũ funebres apparatus ſuperauerít: ſed ne poſterís quidẽ quicq̃ relíquũ fecerít quod ípſí poſſent ſuperaddere. Deínde apparatu deſcrípto ad extremũ íta narratíonẽ claudít φασὶ τὸ πλῆθος τῆν ἀναλωθέντων χρημάτων γεγονέναι πλεῖον τῆν μυρίων καὶ δισχιλίων ταλάντων. Aíunt numerũ cõſumptæ pecunię maíorẽ duodecím mílíbus talẽtorum fuíſſe. Idem Alexander ín nuptíís Statyrę Darií fílíæ quam Suſís matrímonío ſíbí íunxít, epulũ nouem míllíbus conuíuarũ feciſſe tradítur. & vnícuíq; ad líbamína peragẽda auream phíalã donaſſe, auctore ípſo Plutarcho. Huíus dícti fidem facere poteſt Chares híſtorícus qui Alexandrí geſta ſcrípſit, vt ex Athenæo nouímus. Aít enim poſt Darií mortem Alexandrum nuptías ſíbí amícísq; celebraſſe ſpendídíſſímo apparatu. Síquidẽ ín eodẽ conclauí duos & nonagínta thalamos ſternendos íuſſíſſe. Erat autem cõclaue prægrande cẽtenarií lectíſternií facile capax. In quo ſíngulí lectí toralíbus ſtratí genialíbus erãt ímpenſa vícenum mínarum argentí. Inter quos víſendus erat lectus regíus pedíbus aureís fultus. Epulum autem nuptíale ín aula temporaría factum fuít excítatís tentoríís ſíngularí ſpendore & opulẽtía. Huíus aulę ambítus quatuor ſtadíorũ erat. í. duũ míllíũ & quadríngentorũ pedum, vel paſſuũ quadríngentorum & octogínta. Fír

Epheſtionís funus memorabile.

Chares. Nuptiarum Alexandri magni luxus

mamẽtum autem præſtabant columnæ vicenum cubitorum, partim aureis laminis, partim argẽteis contectę. & inſuper lapillis preciolis diſtinctę. tũ ambitũ ipſum cingebant Babylonica ſtragula aurea textura & beluata diſtincta. Nuptiarũ celebritas diebus quinq; inſtaurata, cum interim & muſici artifices & ſcenici, & omne genus acroamatũ in medium prodirent, ſui quiſq; ſpecimen artificii præbentes. Indeq; primum aſſentatores regis Alexandrocolaces dici cœperũt, qui antea a tyranno Siciliæ Dionyſiocolaces dicebãtur. Omnia ſumma hilaritate Alexandro approbante. Tum ſubdit.

Alexandrocolaces. Dionyſiocolaces.

οἱ δὲ πεμφθέντες φησὶ σέφανοι, ὑπὲρ τῆς πρεσβυτῆς καὶ τῆς λοιπῶν, ταλάντων ἦσαν μυρίων πεντακισχιλίων. Coronę autem a legatis, & aliis in ea celebritate miſſę quindecim millibus talentũ ęſtimabãtur. Quapropter paulo ſuperius ita dixerat. καὶ ἦκεν οἱ πρόπεροι καλούμενοι Διονυσιοκόλακες, ἀλεξανδροκόλακες ἐκλήθησαν διὰ τὰς τῶν δώρων ὑποβολάς ἐφ' οἷς καὶ ἤχθη ὁ ἀλέξανδρος. Proinde qui prius Dionyſiocolaces vocabantur, iam inde Alexandrocolaces dicti ſunt, propter munerum magnificentiam, exhilarato ob id etiã Alexãdro. Quindecim millia talentũ non minus nonagies centenis millibus coronatorũ valuerunt. Hæc autẽ munera intelligimus Alexandro ab Aſia gentibus ſubactis & regibus, & dynaſtis ob honorẽ nuptiarũ miſſa, vt hodie factitari videmus. cum fortaſſe Alexãder literas ad prefectos prouinciarũ ob id miſiſſet, & prẽterea ab ipſis Macedonum primoribus, quos victoriæ alię ſuper alias in immenſum locupletarant. Magnificentiã autem & nitorem inuſitatum Auguſtalis Alexandri Phylarchus his verbis animo concipiendam dedit, vt idem auctor refert.

Auguſtale Alexendri.

τὰς δὲ χρυσᾶς πλατάνους καὶ τὸν χρυσοῦν ἄμπελον, ὑφ' ἧς οἱ πρῶτοι βασιλεῖς ἐχρημάτιζον πολλάκις καὶ δήμους, σμαραγδίνους βότρυς ἐχούσας, καὶ τὴν ἰνδικῶν ἀνθράκων ἄλλων τε παντοδαπῶν λίθων ὑπερβαλλόντων ταῖς πλυπλείαις, ἐλάττω φησὶν ὁ φύλαρχος φαίνεσθαι τὴν καθημέραν ἑκάστοτε γινομένης παρ' ἀλεξάνδρῳ δαπάνης. Nam aureas (inquit) platanos aureamq; vitem ſub qua Perſarum reges ſedentes iura ſæpe reddebant, audiendisq; gentium poſtulatis vacabant, inferiores videri quotidiano ſumptu Alexandrinæ regiæ Phylarchus perhibuit. Etiamſi vitem illam auream ſpectabilem opulentia facerent vuæ in ea dependentes. ex ſmaragdis illæ quidem & carbunculis indicis, atq; gemmis aliis ſummæ taxationis aptæ. Pergit Philarchus in hæc ferme verba. Iamprimũ erat eius prętoriũ caſtrenſe centum lectorum capax, idq; aureæ columnæ octo numero continebant. Supra autẽ colũnas aſſurgentia laquearia opere vermiculato auro aliaq; eximia materia coagmẽtato, ſummam prętorii partem decore faſtigiabant. Ipſi primũ quingenti Perſę, quos illi melophoros vocabãt, id eſt haſtilia ferentes aureis malis prępilata, intrinſecus prętoriũ cingebãt, luteis ac purpureis veſtimentis exculti. Poſt hos mille ſagittarii, partim flammeis indutí veſtibus, partim hyſgino tinctis. non pauci etiam cæruleos amictus habebãt. His quingenti Macedones pręerant argẽteis parmis inſignes, ob id argyraſpides dicti. In auguſtali medio aurea ſella ſolio ſimilis ſtatuebatur. in qua reſidẽs Alexander de iis rebus ſtatuebat, quę regiã ſententiã poſcebant, aut prefectos ad imperia accipiẽda vocabat, cũ interim ſtipatores vndiq; regi apparerẽt. Extrorſus vero elephantorũ agmen ſuis ſtratis contectũ prętorio circũdabatur, & ſimul Macedones mille Macedonico cultu cõſpicui. Ab his rur-

Prætorium caſtrenſe Alexãdri magni.

Argyraſpides.

ſus Perſæ numero decem míllia excubías agebant. Quíbus autẽ purpurã ferre mos erat, quíngentí tantũ erant. íís enim tantũ ex ſupradíctís Alexander purpuream veſtẽ dabat. Cũq; tot eſſent prẽfectí comíteſq; Alexandro & míníſtrí, nullí ad eum accedere non accerſíto ius erat. Huíuſcemodí (ínquít ílle) fuít dígnítas, & auguſta ſpecies Alexandrí ín expedítíone agentís poſt Darĩũ victũ. Sed quod Phylarchus de platanis & aurea vite dixit, vídendũ íd quale ſit. Idẽ ígítur Athenæus círca príncípíũ líb. xíí. de luxu & delícíís loquens íta ínquít. χάρης δὲ ὁ μιτυληναῖος ἐν τῇ πέμπτῃ τῆς περὶ ἀλεξανδρείας ἱστορίας, ὡς τοιοῦτόν φησιν ἦκον τυφῶς ὁι τῶν πρώτων βασιλέως. ὥστε ἔχειν τὸ βασιλικὸν κλινῆς ὑπὲρ κεφαλῆς οἴκημά τι ἐν τάκλινον. ἐν ᾧ χρυσίου πεντακισχίλια διὰ παντὸς ἔκειτο τάλαντα. καὶ πρὸς ποδῶν ἕτερον οἴκημα ξύκλινον. ὃν τάλαντα ξυχίλια ἔκειτο ἀργυρίου. ἡ προσκορεύετο βασιλικὸν ὑποπόδιον, ἦν δὲ ἐν τῷ κοιτῶνι καὶ λιθοκόλλητος ἄμπελος χρυσῆ ὑπὲρ τὸ κλίνης. καὶ τὸν ἄμπελον ταύτην ἀμπώτας φυσὶν ἐν τοῖς σταθμοῖς, καὶ βότρυας ἔχειν ἐκ τῶν πολυτελεστάτων ψήφων σωρηδόν. Chares autẽ Mitylenæus líbro. v. hístoríarũ Alexandrí. Darií regís tempore ín eas íam delícías Perſarum reges prolapſos eſſe ſcríbít, vt ad caput cubílís regíí cõclaue vnũ eſſet pariete vno íntermedío obſtructũ ea magnítudíne quę quínq; lectos caperet, ín quo ſemper eſſent condíta talenta aurí quínq; míllía. hocq; conclaue ceruícal regíũ appellabatur. E regíone vero huíus alíud eſſe cõclaue tríclínũ ad parietẽ eũ excítatũ ad quẽ cubílís pedes vergebant, ín quo argentí talenta numero tría míllía condebãtur: nã etiã ípſum triũ tãtũ lectorũ capax erat, & ſcamnũ ſuppedítaneũ regís eſſe dícebatur. Verũ ín ípſo cubículo, regío vítís erat aurea gẽmís ínſuper íncluſís locupletata. eaq; velut pergula regío cubílí obtẽdebatur. Hanc vítem Amyntas ín líbro de manſionibus regíís prodídít racemos etiã penſíles habuíſſe ex lapíllís exíſtímatíſſímís aptos. Nec procul ab ea craterem aureũ collocarí ſolítũ Theodorí Samíí opífícío nobílem. Quínq; míllía aurí talentũ nõ mínus míllíbus quínquagínta argẽtí valuerũt, quæ nos trecentíes centenís míllíbus coronatorũ æſtímãda eſſe contendímus. Tantí Perſarũ reges ceruícẽ ſuã ínclínandã eſſe cẽſuerũt, & pręcípue Darĩus ílle, quẽ tertío iã pręlío, atq; etiã bello victũ, amícorũ íuratíſſímí aureís cõpedíbus vínctũ, cũ alíquãdíu traxíſſent, ad extremũ equũ cõſcẽdere neganté nefarío ſcelere cõtrucídarũt. Hoc ſíbí fortuna ludíbríũ extremũ ex tãta ſuperbía cõparãte, vt quí tantí caput ſuũ recumbere, & pedes ſubníti voluerat, tãtí etiã manibus pedíbuſq; vínciretur. Sic fert humana cõdítío, vt cum faſtígíum ſuũ longe ſupergreſſa ſit: contínuo cõcídat. Quod vtínam reges ſatís anímaduerterent, animaduerſumq; memíníſſent. Sed vnde íd ín mentem íllís veníat? Darius enim ílle Perſarum regum vltímus líteras etiã græcas ſcíuít, vt auctor eſt Curtíus, nec íd memíníſſe potuít, tum maxime florente philoſophía. Idẽ Curtíus auctor eſt líb. iííí. cũ Alexãder ad Arbela caſtrametatus eſſet, quí vícus eſt Aſſyrię Perſarũ clade, & Alexandrí victoría nobílís, legatos Darií íterũ ad Alexandrũ ad pacẽ petendã veníſſe, & redímendam matrem Darií cũ duabus vírgíníbus: mãdata autem Darií & condítíones huíuſcemodí attulerunt, quę cõdítíones, Darií íncredíbílem opulentíam, latæ, & Alexandrí ínaudítam anímí fiduțiam, atq; celſítudínem nõ acceptę, oſtendere potuerũt. Verba legatorum

Platanus vítiſq; aurea.

Perſarũ regís ceruical.

Scamnũ ſuppedítaneum. Vitis aurea.

Darius atq; reis cõpedíbꝰ vínctus trucídatuſq; ſuperbię abiícię uę regibus exemplũ reliquit.

hęc apud Curtíum leguntur. Quíd opus eſt armís, ínter quos odía ſublata
Darius Alexandro filiã cũ dote opíma obtulit.
ſunt? antea Darius ímperío tuo fínem deſtínabat Halym amnẽ, quí Lydiã
termínat. Nũc quícquíd ínter Helleſpontũ & Euphratẽ eſt ín dotem filiæ
offert quã tíbí tradít. Ochum filiũ quẽ habes pacís & fídeí obſidẽ retíne.
matrẽ & duas vírgínes fílías redde. pro tríbus corporíbus trígínta míllía
talentum aurí precatur accípías. ſíc enim ín antíquo líbro legímus, lícet
ín ímpreſſís trígeſimũ talentum aurí legatur, & ínferíus. Alexander lega
tís excedere tabernaculo íuſſís, quíd placeret ad conſilíũ refert, díu nemo
quíd ſentíret auſus eſt dícere, íncerta regís voluntate. tandẽ Parmenío, an
tea ſuaſiſſe ſe aít vt captíuos apud Damaſcum redímẽtíbus redderet. íngẽ
tem pecunían potuíſſe redígí ex íís quí multí vínctí vírorum fortíũ occu
pauerãt manus, & nũc magnopere cenſere. vt vnã anũ & duas puellas íti
nerũ agmínũq; ímpedímenta. XXX. míllíbus talentũ aurí permutet. In
grata oratío regí fuít, ítaq; vt fínẽ dícẽdí fecít, Et ego (ínquít) pecuníã q̃
gloríã mallem ſí Parmenío eſſem. nunc Alexander de paupertate ſecurus
ſum, & me nõ mercatorẽ memíní eſſe ſed regẽ. Hactenus Curtíus líb. iííí.
Cuíus íllá verba corrupte vulgo legũtur, cũ alías, tũ etiã q. XXX. talẽtís
aurí codíces ímpreſſí habẽt, quod nõ magnũ eſt preciũ, hoc eſt mínus qua
dríngẽtís talentís argẽtí. Plutarchus decẽ míllía talentũ oblata fuíſſe dí
cít, non adiecto aurí vel argẽtí. puto ígítur corruptũ eſſe numerũ etiam ín
antíquo codíce. nullæ enim opes eã ſummã æquare poſſunt. aut certe ar
gentí legẽdũ eſſe nõ aurí. Tametſí talentũ aurí fortaſſe nõ ſexagenarium
erat, vt ínfra vídebímus. Apud Iuſtínũ epítome. xííí. vbí legítur de opíbus
Alexandrí. erãt enim ín theſaurís. C. míl. talentũ. & ín annuo vectígalí, &
tríbuto. CCC. míl. ego non. CCC. ſed. XXX. legẽdũ cẽſeo. nõ em̃ cõuenít
vt. CCC. míl. annua eſſent, & cẽtũ míllía tãtũ ín cõdítís pecuníís. & alío
quín. XXX. míllía annuí reddítus fuíſſe conícere poſſum⁹ ex ſupradictís.
Hæc fere ſunt quę de opíbus Perſarum cõperímus, atq; etiã dící poſſunt.
Quíbus hoc ínſtítutũ fuít (vt díxímus ex Herodoto) vt aurũ, atq; argẽtũ
graue ín theſaurís haberent. Strabo autẽ íta ínquít, de hoc loquens. τὸν δὲ
πλεῖσον χρυσὸν καὶ ἄργυρον ἐν ταῖς παλαισκυναῖς εἶναι. νομίσματα δὲ ἃ πλῶ, πρός τε τὰς ὠνὰς
ἐκεῖνα κεχαρισμένα. νομίζεται μᾶλλον καὶ πρὸς κεφαλίων ἀπόδεσιν. τὸ δὲ νόμισμα ἐν πρὸς τὰς χρείας
ἀρκέσει. ἱκανὸν εἶναι, κόπτειν δὲ πάλιν τὸ πρὸς ἀναλώμασι σύμμετρον. Maximam autem auri
atq; argentí partẽ ín ínſtrumẽto & ſupellectílí eſſe, ín nũmo non multam.
ſíquídẽ íllá elegantíora, & ad munificentíã, & ad theſauros cõdẽdos apud
eos exíſtímarí. Nummí autẽ ſignatí tãtũ ſufficere quãtũ ſatís ſít ad vſum.
ídeoq; ſignarí pro modo ímpẽdíorũ. Hoc ínſtítutũ Perſarũ ígnoraſſe ho
Inſtitutum Perſarũ animaduertẽdũ.
mínes íí míhí vídẽtur, quí cẽſent íntereſſe reíp. vt vaſa aurea & argentea q̃
paucíſſíma ín príuatís ſint cẽſibus, & plurimũ aurũ argentũq; cõfletur ín
offícínís monetalíbus, vt nomíſma ín cõmercíís exuberet. Nec me latet
cẽſura olím dígnũ apud Romanos víſum argẽtũ factũ domí vltra paucu
la põdo habuiſſe: ſed ob alíã cauſam íd ínſtítutũ, & ín pœnuría argẽtí. Ve
rũenĩuero quũ ímperíí noſtrí reddítus cõponerẽ cũ Perſícís, ſubquartã fer
me proportionẽ habere deprehẽdí. Sic enim ratíocínabar, quaſí large an
nua quínadena talentũ míllía Perſarũ reges referre ín accepta potuerint,

Huius ſummę quartã partẽ quadragies cẽtenis millibus francicorũ (hoc enim vocabulo noſtri in ratiociniis principalibus vtuntur) vbere ratione æſtimabã. Quã ſummã acceptã & expẽſam memoria noſtra aliquot annis nouimus. Sic igitur ſtatuebã, ſi tributa quę quotannis ex occaſione gerendarũ rerũ varie & libero principũ arbitratu indicũtur, ad ſtatã fixãq; ſummã & formulam redigerẽtur, poſſe hilari populi conditione ad quinquies & vicies cẽtena millia pueníre. Vectigalia autẽ (de quibus ante dixim⁹) & patrimonium regium, ac diadematicum duodecies minimũ conficere. Reliqua omnia quæ vices ſtatas non habent (qualia ſunt fortuita, & aduentitia, & omnia in fiſcum cedentia) in paginam liberalitatũ ſeponebã, cũ nmueríb⁹ & magiſtratibus & omnibus diſpẽſationibus quæ codicillis conferũtur a rege. his enim rebus prolixe munifici principes eſſe poſſent, ſi certo quodã modo munificẽtiam tẽperare meditarẽtur: nec primo cuiq; aditũ occupanti largiri. Hanc breuiarii principalis cõſtitutionẽ, ſpondere auſim & fortunis omnibus meis cauere, populum gallicũ non modo ferre poſſe, ſi ei iniungatur, ſed etiã beneficii loco depoſciturũ, dũtaxat ea lege, vt ab iniuria militari incolumẽ ſe fore & ſartũ tectũ (vt dicitur) reſtipulari liceat, & ſemel quotannis ea conditione imperatis regiis defuncturũ. Adde, ſi placet, & ſibi bona fide ſpõderi id intelligat, neq; id quidẽ modo, ſed etiã corollarii nomine hoc additurũ, vt ſi de aris & focis dimicãdũ ſit, repetitũ ſe iri vbere aliqua indictione caueat. Semper enim ad incerta bellorũ reges noſtri velut ſanctius ærariũ in populi benignitate obſequioſa reconditũ habuerũt. Qz ſi quis huius anni collationẽ reputet anni ſuperioris collationẽ excipiẽtẽ, atq; in id tẽpus vtrãq; incurrẽtẽ, quo & vis maior ſeu cœli intẽperies calamitatẽ, & vis improbior (quæ militaris eſt petulantia) pauperiẽ lõge lateq; per rura fecere, nullus iã modus ęſtimationis erit. Nã cũ alias fere ea populi imperia accipientis obſequẽtia, & tributa pręſtationeſq; alias imperãtiũ duritia apud nos eſſe ſoleat, quę eſt vinitoris, aut inſciti, aut minime indulgentis, qui pluribus palmitibus vitem q̃ pro ſtirpiũ viribus onerare non veretur. quũ nihilo ſecius imperatas vuas vitis frugifera reddat, tũ ſic actũ eſt hoc biẽnio (quod miremur plebicola príncipe) quaſi poſtremũ tributa atq; ſimul omnia iniungerẽtur, perinde vt cõductores agere iã fere exactis luſtrorũ annis aſſolent, qui prędio non ſuo mox futuro multorũ annorũ fructũ exprimũt improbius. Sed ſcilicet fatali diraq; (vt ego quidẽ arbitror) omniũ prope ordinũ ignauia incuriaq; pari, inſignes anni fuerũt, eo vtiq; tẽpore quo nemo fere gallus indole gallica inuẽtus eſt. Etenim per deũ perq; publicã cõſciẽtiã, quoto cuiq; gloriari licet ſua in rẽpublicã officia conſtitiſſe? Certe nulli vt videtur, eorũ quidẽ certe qui a memoria, aut cõſiliis principi, & ſuper ſanctiora officia fuiſſe dictitantur. Ecquando autẽ poſt hominũ memoriã ſtrenuis magis gnauiſq; ducibus, & loricatis & togatis reſpublica indigere viſa eſt? At vtroſq; eã nũq̃ tantũ deſideraſſe conſtat, quũ populo id vociferãte, oẽs etiã ordines tumultuoſe admurmurarẽt. Heu diſſoluta inertia, plebei gementis voce non commoueri? Nutrici regiæ ac publicæ iam exuctæ atq; aridæ: primores eius alumnos, neutiq̃ condoleſcere? Qz ſi parũ de cõpri-

mẽdo ore fame laboramus, dũ famẽ lõge a noſtris priuatim penatibus arceamus ne deũ quidẽ res humanas credimus deſpectare? Ecquo igitur vnq̃ tẽpore, maior (vt ita dicã) ſeges emerẽdę gratię tũ diuinę tũ humanę fuit? Si iis qui ad limina obſeruabãt, publicę charitatis guttulã paracletus ille ſpiritus ſubinſtillaſſet, qui totũ ſe iã profundere creditur ſimul ac creare põtifices eiſdẽ libitũ eſt. At eñ rex aures ferẽdę veritati nõ habet, nec oppidani homines ſcire poſſumus quid cũ principe in aula interiore agatur. Quot igit eorũ tãdẽ, aut quoties ipſos vidimus (vt ita loquar) excuriatos ob id ꝙ ingenue homines dicerẽt eos eſſe ꝓlocutos, aut vicẽ publicã egregie cõqueſtos? Hęc in pullata forſitan turba admitti excuſatio poteſt, quæ trãs tectoria vultuũ introſpicere prę hebetudine nõ poteſt, inter eos nõ poteſt q aliã opinionẽ habẽt cũ ex vſu ipſam aulico, tũ ex ingenio principis plębicolę & indulgẽtis, eorũq; ipſorũ moribus cõfirmatã. Ego vt credam cauſam populi eos agere qui nihil nõ ſibi ſuiſq; impetrare auferreq; nõ verentur? aut regię charitatis igniculos excitare nõ poſſe, qui beneficentiæ fines gẽtilitate, aut cognatione circũſcribẽtes, ad ſuffragationes, aut pias, aut honeſtas frigidiores eſſe ſalamandra vidẽtur? Quonã autẽ modo exiſtimabo diuinę legis eos rationẽ vllã habere, quos in actu vniuerſitatis ſtipulationes priuatim idẽtidẽ cõcipere notũ eſt? Quid eos deniq; penſi habere credã, quos populo ad extremã inopiã redacto: Craſſianis cẽſibus penates ſuos augere nec piguit nec puduit? Atqui eo iã vẽtũ eſſe video, vt velut in luſu talario populus dãnoſo ſemp iactu miſer, omnia ſua in mediũ cõferre teneat, cũ aulę pauci alumni tãq̃ iactu Venereo fortunati, vniuerſa raptim, aut certe pignora vniuerſorũ auferãt. Nos autẽ ludi fortunæ ſpectatores proculq; ab actu ſummoti, vt immunes, ita exortes, riſum interdũ rebus, interdũ lachrymas ſuſpiriaq; accõmodemus. Hæc eñ nõ tã Democrito ſpectatore q̃ Heraclito indigent. Hac alea dudũ Gallia omnis æui decus gloriãq; perdidit, vt parciſſime loquar. Verũ eniuero eſt in Gręcorũ ꝓuerbio: ſupni Iouis teſſeras nũq̃ nõ cadere cõmode aũt tãdẽ euenire, quo intelligi volũt, deũ quũ reb⁹ humanis lẽtã qdẽ manũ, ſed ieluctabilẽ admouit, eũ euẽtũ cuiq; rei dare ſolere, quę hominũ ꝓmerita, aut ſecus admiſſa poſtulauerint. Quare q luſu ãtedicto imodice creuerũt, cauere (vt opinor) etiã atq; etiã debẽt, ne ſibi ꝓpterea nimiope gratulent. Si eñ de⁹ viciſſim aleã ſuã iecerit, iſti q nũc Venerẽ ſibi cecidiſſe lętant atq; triũphant, verſa vice ludi ſero qdẽ caſu, ſed caniculari cõcidẽt. Siqdẽ nec ipoſtura fieri iudicio diuino põt, nec diuinę iuſtitię ꝑſcribi vllo tẽpore aut titulo. Sui autẽ amor nimius & charitas publica, tã iter ſe diſſidẽt, vt ne glutino qdẽ gerẽ di magiſtrat⁹ vel honoris ſociabilia eẽ poſſint. Tũ demũ igit aula Frãciæ recte cõſtituta eẽ dicet, quũ ii q ſũmã rerũ tenebũt, ſui & lariũ ſuoꝝ obliui ſci tãtiſper videbunt. Nũc aũt ita ad actũ rerũ hoies partim irrepere, ꝓtim irrũpere videm⁹ & ꝓſilire, vt quos tenues & ieiunos viderim⁹ pridie, diſtẽtiores ricinis cernam⁹ poſtridie. En quiſcũ i tenebris micem⁹, vt in vtrãq; aurẽ reges ſecuri ſõno ſopiri poſſint, q huiuſcemodi vicariis atq; adminiſtratorib⁹ habenas rerũ cõcrediderũt. At etiã hoies eximiũ ſe dec⁹ meritos eẽ adeptoſq; cẽſebũt, ſi res dudũ acciſę, benignitate diuina vberiores fieri iã

Adagium gręcum.

cœpere citra puluerís tactū, vt eſt ín ꝓuerbio. Quaſi vero obſcurū ſit ductores ípſos ordínū ímpares grauioríbꝰ curís, cōſertís (vt aíūt) manibꝰ optabū dos, fatís oía regēda ꝓmíſiſſe caſuūqꝫ temerítatí. Quū ítерím populus alienę culpę pœnas pēdēs (vt aſſolet) ínfulas, ac fercula ꝓpíciatoría circūferēs, venía & pacē ſuperū ſupínis ad aras manibus expoſceret atqꝫ exoraret. Nū etiā (ſi díis placet) ꝓuidētiā ſuā populo ıputabūt, íí q auras oēs laxamēti ſecuritatíſqꝫ príuatę captātes, ín pacē tādē genialē fato auſpíce decíderūt? Equidē ſacrílegíí ínſtar eſſe putarē, ſi íd qđ ꝑter hominū opinionē díuínitꝰ fatís ita cōpetētibꝰ euenít, humana prudētía acceptū ſibí ferrí vellet, aut etiā ſineret. Quís autē neſcít q̄ male parati ad occaſiones eramus, q̄ vndíqꝫ deꝑhēſi & ſtupētes, níſi deus nullo noſtro merito ímpetū írę ſuę repreſſíſſet? Gratias ígit' ob id habere & agere clemētię díuínę nō noſtrę gratularí prudētię debemꝰ. Neqꝫ vero ex ílla ıactatíone fœderū anníuerſarıorū ſatis ípſí vídemur ín portū quēdā fixí certíqꝫ cōſílíí reſpexíſſe, nec pígnus certū habemꝰ pacís ſuperū veníęqꝫ ímpetratę. Quíd ní em̄ has ego ſuperū índucías potíus q̄ pacē vocādas eſſe putē cū aſpectū ín cęlū nos referre nō vídeā? ſímul ab íſtís galerípetís metuo (vt aperte loquamur) quí nos ſempę trāquíllo ín æſtū atqꝫ ín ſcopulū auferūt fatalí Francię calamítate. Híc facere nō poſſum, quín ad alíquā tū ſpatíí amœnioris excedā a ꝓpoſito animoqꝫ obſequar opę meo íā fatígato. Nā quū ín mētē míhí earū rerū venít, quas poſt decímū abhínc annū vídímꝰ: míhí vídetur anímaduerſío díuína, velut laníſta quídā ꝓpotens totíus prope occídētís ímperia ínter ſe cōmíſíſſe nēpe vicíſſím vt bella populí propulſantes, & ínferētes íuſtítię ſupernę pœnas pēderēt, ínſolētię, & tāq̄ ſanguínem mítterent opulentię exuberātís. Atqꝫ vt relíquos omittā, nos ín Italía rebus geſtís feroces. Venetís bellū vtcūqꝫ índíxímus, índictūqꝫ ſtrenue geſſímꝰ cū contēptu hoſtíū, atqꝫ íngētí vírīū noſtrarū fidutía. íd etiā míra felícítate vno pręlío, ductu & auſpícíís príncípís pene ꝓflígauímꝰ. Huíus claríſſímę victorię, quū laureā nō ſceptrís noſtrís allígare, ſed ī gremío ſūmí Iouís (vt aíūt) deponere deberemus (ancípití em̄ alea p̄líū cōmíſſum fuíſſe notū eſt, nec íncruēto Marte cōfectū) pro eo vt benígnitatē díuínā ſūmāqꝫ poteſtatē agnoſcerēmꝰ, victoría ípſí feroces, ſubínde gígātea ꝓpe ímanítate theomachíā medítarí ínſtítímꝰ, ín ſuperoſqꝫ velítarí: quū ínterím & a nobís, & ab hoſtíbꝰ ſacroſāctí lítícines bellícū occínerēt. Heu fatalís furor vtrarūqꝫ partíū. Quíd malū? nos maioꝝ noſtroꝝ pietas nō mouebat? íllos heroicoꝝ tēpoꝝ ſanctítatís nō pudebat? An eíꝰ tēporís fortaſſe ín mētē nō veníebat, quū díuꝰ Petrus Pauluſqꝫ & eoꝝ ſequaces eccleſię architectí, nō armorū ſplēdētíū fidutía ínfeſtí ad p̄lía graſſabātur, ſed cruce, ſed ínnocētía frętí, cętera ínermes, ad caſtra CHRISTI tuēda ī tumultu flagrātíſſímę charítatís claſſíco ciebātur. Nunc ínanía tm̄ ípſí nomína, tāto ínteruallo factí, etſí eorū demū maieſtate apud populos ſacroſancta, ſacerdotū ordínes prímarií faſtus ſuos obūbrāt. O dírā portētoſamqꝫ vecordíā ſacroſanctę poteſtatís. Quís em̄ vnq̄ tātū aío cōcepít nefas, vt ſacerdotū culmē, vt cleri magíſter, vt ſacrorū ſūmus opífex, manus ínauguratrices: ab altarís opatu adhuc calētes: ín famílíā domíní armare ſuſtíneret? vt anímo plus q̄ gladíatorío graſſaretur ad Chríſtíaní noís columen mundo ſtupēte delēdū? Et nūc myſtícū íllū enſem cęſím punctímqꝫ

Pax gēnialis dícít, quę cōnubío ínto ıter Frācos & Anglos facta eſt, pronuba díuína prouídentía. Fœdera anniuerſarıe dicūtur, quę quotannis alía & alía feriūtur. Galerípetæ purpurę cādidatí.

Laníſta eſt quo moderāte dígladíantes ſeſe mutuís íctíbꝰ ímpetūt.

Sacroſancti lítícines, eccleſíaſtící príncípes partíū vtrarūqꝫ ductores, díſcordíā alētes.

In Iulíū .II.

De Iulío Secūdo.

irrito(vt credimus)ꝓpoſito vibraret,nũc a Marte ſanguinariã frameã mutu areť,& cõſternatos diris execrationib⁹(q̃ fortaſſe in eũ ipſę verterũt) ad in ternicionẽ quoq; ꝓſequi cõniteretť?En quos pedes,quas manus libẽs exoſcu larere,inde vt os cruẽtũ ac pollutũ referres.Miſerũ vero te tũ Iuli, atq; itẽpe riis actũ,q vſq;adeo irę cęcę indulgẽdũ putaris.Tute vt trãſuerſus & p̃ceps veſana animi cęcitate raperereť?& nec te nec decorũ maieſtatis beatiſſimę prę odio reſpiceresť?ſed ordinẽ ãpliſſimũ,ſed ſenatũ illũ purpuratũ,p̃cipua vene ratiõe inſignẽ,ſed Libani gloriã ſplẽdorẽq; tecũ rapiẽs:inuitũ bona ex ꝓte & muſſitãtẽ, arcis eccleſię ruina nos obruere teq; adeo ip̃m cuperesť?orbẽ etiã pene totum cõcuteres fulminibus ciẽdis intorquẽdiſq; collabefactũ: vt nos odio & inuidia flagranteis igneq; deinde ardẽteis toruis iſtis oculis inſpice res,nec iã recuſares qn in rogũ noſtrũ flãmantẽ voti cõpos inſilíresť?Proh ſu peri imortales, tãtũ ne de ſũmo ſanctuarii vertice licuit maleſuadę noxę:vt œſtro vindictę plusq̃ atritę ꝓcitũ ꝓ fas ageret nefaſq; p̃cipitẽť?vt vel corpus animũq; in buſto inimicox; ꝓperaret ire ꝓditũť?Nõ fuit irę efferatiſſimę ſatis retro nos in fines fulmine perterrefactos egiſſe. Italię ꝓdite nobis adamatę poſſeſſione cedẽtes cũ fremitu ac gemitu, niſi de aris inſup focíſq; dimicare: extremaq; deinde exẽpla timere coegiſſet:quũ ſub ipſo laniſta ſanguinario totus ꝓpemodũ hic orbis nobiſcũ pariter digladiaretur animo infeſtiſſimo. Vbinã erat igiť ille zelus dñi,q̃ eſt ira iuſta lęſę aut iminutæ vindex diuinæ maieſtatiſť?Hoc eñ demũ ſignifero in aciẽ ꝓdire ſacris cohortibus fas eſt,ſi quãdo ꝓdire fas eſt.Nũ tãdẽ igiť ille ex æde charitatis aut fidei ſacello ancy lia prõpſerat,& ſigna cruciatať?Ecqd igiť eũ pudebat ſeruũ dei ſe vocare, cũ Frãciã chriſtianox; decus ſemp & põtificũ olim religioniſq; aſylũ,buſtis ip̃e gallicis inſignire geſtiretť?quũ ſacerdos ſeptuagenari⁹ pacis cõditoris & pa rẽtis legatus,Bellonę ſacris operareť:cui cũ generis humani luculẽto diſpẽ dio litare cõtẽdebat,idq; tũ quũ ꝓfanũ vulgus ad delubra pacis & cõcordiæ miſerabili ſpecie ſupplicationes inibatťEniuero viſendũ ſpectaculũ patrẽ nõ modo ſanctiſſimũ,ſed etiã ſenio & canitie ſpectabilẽ,quaſi ad tumultũ galli cũ e Bellonę fano ſuos euocatos cientẽ,nõ trabea,nõ auguſtis inſignib⁹ vene rãdũ,nõ pontificiis geſtaminibus ſacroſanctũ,ſed paludamẽto & cultu bar barico cõſpicuũ: ſed furiali (vt ita dicã) cõfidẽtia ſuccinctũ, fulminib⁹ illis brutis & inanibus luridũ,eminẽte in trucí vultu cultuq; ſpirituũ atrocitate. Profecto nos vidimus paucis annis multa q̃ prorſus maiora fide poſteris vi debũtur.Hoc turbine,hac procella luxata eccleſiaſticę auctoritatis ac diſci plinę cõpage, quonã modo fides recta niſi clauis trabalibus & æternis fixa, ſacríſq; monimẽtis ſemel affirmata cõſtabilitaq; ſtetiſſetť?Verũ o ſupi boni, q̃ p̃ſto manus ipſa dei affuit:quõdã ipſa eccleſię architectatrix.Q̃ aũt velutí numẽ tragicũ (vt dicit) e machina, necopinato viſa eſt p̃ſentiſſima opitula trix.Nã illo põtifice de medio mox ſublato,hũc mirificis comitiis eadẽ ma nus ſuffecit inteſtini protinus exerniq; belli pacificatorẽ,quí caliginem ſan ctuario domini incubantẽ diſcuſſurus haud dubie exiſtimatur, cæliq; liberũ aſpectũ omnino redditurus:quũ etiã eadẽ manus diuina Iuliũ ip̃m ante mor tem Titanici ſceleris cordolio tetigiſſe crederetur,vt vtar verbo comico in re prorſus tragica. Nos tñ eas pœnas (vt ingenue fatear quod negare non

Alludit ad eũ locũ qui oli Romæ buſta galli ca dictus eſt ob Gallos quõdam ca milli tẽpo re aceruati illic ſepul tos. Bruta olim fulmi na dicebant quæ nihil portendere videbãtur, quaſi inania & nulla ratione natura veniẽtia,vt Plin. inquit. Hic autẽ meta phorice ac cipiũtur & ad interdicta põtificia referuntur quæ contra ius faſq; de creta eẽ cẽ ſebantur.

¶Leonis.x preconiũ.

possum) merito pepẽdimus, ob victorias iã dixi luculentas semper insolescẽtes, ne nõ plane Galli priscorũq; similes Frãci nũc esse videamur. Siqdẽ supradictarũ rerũ religione obstrictis Gallicarũ copiarũ animis (ferre eñ diu piaculi religionẽ viri Christianissimi nequeũt) idẽ q a nostris deus in rebus secũdis nõ agnit⁹ fuerat, ex fauore ille qdẽ in irã versus (si tñ irasci deus põt) lymphatico primũ pauore cõsternatos retro egit in Frãciã: deinde etiã classicis circũsonãtib⁹ pauitãteis, de aris ac laris⁹ dimicare deli cias suas Frãcos, aut certe tergiuersari coegit. Quo tumultu ac dedecore quũ iã multũ pœnarũ videremur supis pepẽdisse, nec ideo vecordiã nostrã expiatã esse putarem⁹: hostes aũt rursus bellũ & tumultũ iferre, nos ꝓpulsare pigeret (neq; eñ satis iã aiorũ nobis p̃sertim, quũ alibi man⁹ nostrę dis tinerent: neq; illis satis copiarũ aut apparatus fuisse dictitatur) factũ est (oĩa moderãte ꝓuidẽtia) vtrisq; vt cõmoda pax esse crederet, fremente tũ Sinone aquilifero, qui libens incendia miscere magno tumultu solebat, & rursus extinguere, in vrãq; ptẽ alternãs, sępe leues ob causas atq; indignissimas. Ita aĩaduersio diuina vt lanista placidus ac clemẽs: duos populos ad internicionẽ iãiã digladiaturos, medio ĩ certamine diremit, cõtẽta (vt spero) ad sanitatẽ & modestiã vtrosq; redegisse. Inuidia eñ apud supos vana vtrinq; flagrabam⁹ ob redũdãteis opes. Iãq; eo vẽtũ putabat, vt illi hausturi ꝓpediẽ de fęce, nos etiã resecturi de viuo videremur. Tãetiã in ea sũ opinione: vt nobis iprouisa tẽpestate iactatis, vna & altera (vt dicit) anchora sicca restaret: si gubernãdi satis gnari ĩ tumultu atq; trepidatiõe fuissem⁹. Qñ eñ Francia oĩb⁹ rebus instructa, deo qdẽ nõ aduerso: vndiq; deprehẽsa est atq; ad incitos redacta: vt est in prouerbio. Ecce autẽ rursus hic mihi vereri subit: ne in geniali fœdere præteritoꝝ nobis obliuio surrepat, & velut rude donatos nos eẽ diuinit⁹ existimemus, quasi iterũ nobis bellũ nõ timẽdũ sit: dũtaxat pro portis populsandũ, ꝓ laribus, ꝓ pignorib⁹. Nã ne nusq̃ belligerem⁹, inquies noster anim⁹ ferre nullo modo potest. Sic opes iã nimias cõteri bello cõtinẽti necesse est, & referre dicũt quorũdã ærarii dispẽsatoꝝ principes a reb⁹ bellicis nũq̃ esse feriatos, ne tranqllo rerũ statu rationes ipsis recognoscere vacet. O beatã futurã Galliã si tã ei cõtigisset heros habere frugi, q̃ bonos habere solet. Nã mãcipia, vt q̃ maxime vn q̃ ꝓuincia dicto habet audiẽtia: etiã si suũ ius seruiẽtib⁹ cõstat ęqtate dñantiũ. Iãprimũ in ea sũmũ Liberi patris cũ Cerere certamen, vt vini nobilitates nõ possis sine nomẽclatoris opa numerare. Mitto tẽperiẽ cęli & clemẽtiã, & ꝓ vtriusq; maris cinctu & cõmercio cõmode comiterq; habitat: soli vbertas tãta est in vniuersũ etiã iter inopes frugũ sterilesq; prouincias: vt quasi annonę p̃fecturã sub cardine nostro gerere existimemur, prsus (absit inuidia verbo) vt ieiunia idicere finitimis, victũq; abstemiũ cũ libuit possim⁹ quũ sumẽ (vt ita dicã) occidẽtis arare videamur, si ĩ vniuersũ fiat ęstimatio. Adde aioꝝ alacritatẽ ad res omneis iceptãdas, tũ dexteritatẽ corporũ ipigrã atq; eximiã ad vices obeũdas: qb⁹ si militaris disciplina cõstãtiã addidisset, nihil esset vtiq; qđ ĩ nobis ab exteris req̃reret. nã nostris qdẽ satis facere nullo modo possum⁹. q nos in ordinẽ nup Barbarorũ coegisse dicũtur, nec disciplinas nobis politicas: nec prudẽtiã, cõcedẽtes. Equidẽ probo

Hic significat Imperatorẽ.

Rude donati gladiatores nõ vltra pugnare cogebantur.

Frãcię bona.

rũ hominũ esse nõ puto ingenitã simplicitatẽ in Frãcis improbare, quę in latebris mẽtis insidias cõdere nõ didicit. Atq nisi Genius Francici diadematis iã inde ab incremẽto sceptrorũ ita ferme semp tulisset: vt oculis & auris⁹ alienis vti decus esse regiũ crederet, ficq; spe fierẽt imperii magni potẽtes semisses, quincũces atq; triẽtes, vt fortuna tulit, homines, q imperãdi vetãdiq; impotẽtes esse in actu rerũ deprehendũtur, qua sumus rerũ omniũ instructi cõmoditate: Persici quodã modo regni nũc instar obtinemus. Cui eñ tãdẽ ꝓuincię itidẽ datũ est: oia vt pacis belliq; subsidia, & sua, & (qđ dicit) in numerato haberet? Ita nobis copię nostrę equestres stato perpetuoq; stipẽdio descriptę in turmasq; cẽtenarias qnquagenariasq; cẽturiatę: nõ dico ꝑsto sunt si ad delectũ edictũq; citentur, sed etiã in ꝓcinctu, & arrectę ad bellicũ exaudiẽdũ: ex quib⁹ cẽturias habemus: cũ ad ꝑsidia regni omni in parte collocatas: tũ vero ad incerta casuũ stationes agẽteis, in quascũq; partes incubuerit tumultus, ꝓtinus coituras. Q; si & alias quoq; succenturiari oporteat: abũde est iuuẽtutis ad sacramẽtũ paratę impiaq; manẽtis. Propter has aliasq; ꝓuincię ꝑstãtias. Francia ab externis inter primas prouinciarũ libẽtissime & visitur & habitatur: quippe visendã eã singulatis ꝑterea hospitalitas facit: incolẽdã autẽ omniũ rerũ expetẽdarũ exteris cõmoditas. Sed etsi milite externo accersitoq; vti libeat: pecunia large supereſt & annona: vnde alere copias & auctorare perenni stipẽdio possimus. q̃q̃ per hosce annos infeliciter id experiri statuimus, vt fere oia agi ꝓpostere cœpta sunt fatali demẽtia. Siquidẽ eo errore quẽ græci Xenomoniam appellãt, id est nimiũ & incõsultũ externorũ studiũ, luculẽta clades illata rusticã plebẽ afflixit. Cernere erat & nostrũ, & externũ militẽ plebeculę penu saginatũ, vltro etiã temulẽtũ illudere quasi victis: quũ interim miselli, & egẽtes & ficci, aliis sup alias collationib⁹ in desidis stipẽdia militis oia corradere atq; eo amplius corrogare cogerẽtur. & (quod sine gemitu meminisse nemo potest) interdũ nexũ inire, vt est formula exigẽdi tributi: si pignora capi nequeãt. Sed sic est visum diri tẽporis interregibus: quib⁹ ipsi placere patriũ nihil potest, quiq; ante pedes positos trãsilientes: in Colchos nobis aut Basternas petẽdos viros putãt. ob qđ eos, nõ dubie biẽnii Epinicia manẽt: ab iis (vt opinor) decãtãda q eos, olim actui supererũt. Sed eñ (o mirã vim numinis) sic libitũ est ꝓuidẽtię: quę res & vires mortaliũ tẽperat: omniaq; a se facta ꝑ potestate moderat: cni⁹ rei ratiõnẽ inire mortales nõ nisi cõfusam aut ambiguã possunt: vt tãtę rerũ nostrarũ cõpetẽtię cõsiliũ perinde publicũ nõ suppeteret. ne si bonis in rebus Frãcię & copiosis, bonã quoq; mẽtẽ reip. circũspectãq; dedisset, finitimos fortasse Gallia lõgissime sũmoueret. Priuatim aũt nostros cõsilio & solertia defici ego certe nõ cẽseo, ac ne eos qdẽ ipsos q in mediũ cõsulere nobis existimari volũt, vt quos in augẽda re priuata & strenue & solerter operãnauare videam⁹. Hinc illi subiti penates imaginũ nouarũ, luminib⁹ nunc officiẽtes antiquissimę cuiusq; dom⁹ & generosissimę. Scilicet hic est ille orbis fatoꝝ scitorũq; ꝓuidẽtię: quo gen⁹ humanũ & digito & nutu dei vertit: in quo emergẽteis alias i solẽ familias, alias sidẽteis i tenebras videm⁹, inuicẽ iter se sursum deorsumq; ꝓpellẽtes & sũmouẽtes. q̃ vicissitudo facit

Xenomania.

Nexũ inirẽ, corpus ipm capi cum pignora nulla sunt quæ capiantur.

vt alterius floreant exolescantq; interiturę tandē stirpes tum priuatę, tum principes. Verū hoc ridiculū q; qui ad centesimū se nepotē animi destinatione propagant, illustrē sibi famā in omne æuū pollicentes, sępe intra primos nepotes stirpitus exolescūt. & tā friuola spe homines certā & diuinitus oblatā atq; expositā mutabūt æternitatē? Cæterū quidnā in causa esse dicemus quāobrē qui suis cōmodis suorūq; consulere bene ac felicīter norūt, iidē rebus ipsi publicis prospicere nō perinde videātur? Nēpe q; aulicis institutis cauetur ne quid e republica esse videatur aut principis, quod nō idem cessurū in rē priuatā paucorūq; manifesto intelligatur: nec rursus aliquid publice turpe, quod priuatim aut honorificū esse possit aut luculēter cōpēdiosum. Non ité vice versa, quicquid publice aut honestū aut vtile sit, id vt ad singulos quoq; eoꝝ pertinere videatur. Nihil em̄ moribus huiꝰ ætatis publicū pręter aerē & pluuiā cēsetur, cętera non tā publica esse, q̄ exposita existimātur, in eorū vtiq; prędā cessura qui anteuertere verecūdis & probis, ac præripere possint. Sic aulica vigilātibus strenuisq; opitulari iura ferūt, virtutisq; pręmia concedere improbe sępenumero procaciterq; occupāti. Proinde nulli iā in Gallia publica cōmoda domū suam auertisse fraudi fuisse foreq; existimat, aut noxā publice quāta sit illa cūq; nocuisse, qui quidē ipse, eiusve amici in libras damni dati vnciolis decidere singulis nō grauetur, & ea sit solertia vt vti foro norit. Quo fit vt tam maxime fere actui summo præpositorū diuitiæ circūfluant, q̄ maxime vires opesq; publicę & priuatorū facultates exhauriūtur. Sicut in ægris corporibus lien & venter pellacia duo membra, tū maxime redūdare dicuntur, quū cætera exucta defectaq; vidētur. Q̄z siquādo nōnulli vt irudines distentę, caput in sorptu popularis sanguinis visi sunt reliquisse, longo iam interuallo redi turū id exēplū nō timetur, pręsertim quādo quod olim capitale cēsebatur, nūc impulsis legibus atq; afflictis, non tā crimino sum ipsum q̄ cōtumelio sum esse cœpit. Cōtumelio sum? immo vero ingenio sum inter istos beatos & fortunatos, atq; etiam palmariū, vtpote inter quos nihil ignominio sius egenti innocentia aut ridiculo sius esse credatur. Simul enim hominū fidē atq; existimatione cū re & censu concidere arbitrantur. Iam vero quū hoc semper habuit Gallia, vt bona sua interdū ipsa nescīret, interdū scire nollet, tū vero illa pręgrauat indignitas & optimū quēq; enecat (si id effari fas est quod nequit nō expectorari, vt eo verbo vtar) q; amplissima familia domini beati & copio si, atrien siū pauco ꝝ regitur arbitratu: qui accepti expensiq; pagīnas luculentas habētes in potestate, in rē priuatā iuxta atq; publicā versa, publicę rei expensare licēter impuneq; vidētur, necessitudini & obsequio gratio se ea tribuētes, quę virtuti officio sę & industriæ debebātur. vnde factū est vt ad sūmū dedecus res nostrę paucis annis nō semel deuenerint. Quid em̄ per deum rerū nostrarū olim fortunatorem, quid inquā nō modo iniquius sed etiā ad speciē maiestatis huius regni indignius ac fœdius esse potest, q̄ q; inertes quidā homines, atq; ab omni actu memorabili feriati, in Prytaneo (vt ita dicā) exuberante sagināturcū suis clientelis tāq̄ de republica aut principe meriti pręclarissime? Quid pernicio sius q̄ q; ii nūc demensum vnicuiq; pro potestate statuūt, qui meritos ab imme-

Alludit ad verbū iurisperitorum.

Irudo est sanguisuga.

Atrienses seruisunt q familię & vicariis prę sunt. Expēsare expēsum ferre.

Prytaneū locus Athenis in quo bene meretis de re pub. publice alebātur. quasi horreū publicū dictū.

ritis, dignos ab indignis, lectores seruos a mediastinis, non magis inter-
noscere didicerunt, q̃ literarum nescii doctos ab imperitis? Qui etiam si id
facere quoquo modo nouerint, tamen frugi bonę homines, aut aliquo arti-
ficio cõmendabiles, nunq̃ vel nequitia præditis aut verberonibus seruis cẽ
seant præferendos, quorum quidem opera non in rebus dominicis, sed pe-
culiaribus arbitratu suo vti possint. Ita domínicum ipsum nomen tantarũ
indignitatum inuidiæ obiiciunt. Omnia enim imperasse dominus dicti-
tatur quæ paucis dispensatorum cõmoda sunt, vel vtcũq; cõplacita. Horũ
præcipue interest (id quod quidam nuper astruxisse dicuntur) solertes
& cordatos in Francia non esse, vt qui hac via grassantibus ad peculiũ au-
gendum vltra modum seruilem fastigiũq; priuatum, perinde conniuẽtiam
non possent, patientiãq; accõmodare. Verum enim ex hoc iam instituto eo
ventum est, vt q̃ optime quisq; de republica meritus est, tã pessime plerũq;
de eo principes mereantur. Quippe aliter fieri non potest, quũ huiusmodi
administri non modo dispensationibus, sed etiam admissionibus in prę-
torio præsint. Q; si pauci interdum ad aulæ penetralia nõ exoratis istis ad-
missionalibus euasere, viri vel doctrina prædíti & solertia, vel grauitate
& probitate laudabiles & eximii, dicere ausim, vel maiorib⁹ eos fatis eo-
usq; euasisse, vel (quod æque rarum est) benigno aliquo fidere insinuatos
vi maioris ingenii fortunam sibi finxisse. Ex ea fere nota vidimus Petrum
Cothardum summæ curiæ Lutetianæ principẽ, & Guidonem a Rupeforti
Cancellarium Franciæ, legum tutorem, morum, ordinumq; Censorem, ac
togatorũ verticem, hoc nomine significamus, quem & pleniore & feliciore
nomine Nomophylacem appellare possemus, si aures hodie nõ respuerẽt.
Horum autem duorum potissimum ideo meminisse me iuuat, q; eorũ no-
minibus appellandis quum in memoria feliciorum temporum acquiescere
mihi videor, inaniq; pręteritorum meditatione recreari, tum vero assenta-
tioni & gratiæ nihil dedisse dicar. vtpote qui nec ab ipsis iam mortuis,
nec ab eorum sequacibus, qui ferme iam nulli sunt, gratiam inire sperem.
Quos autẽ viuos colebamus, omniq; obseruantia dignos esse censebamus,
vtinam memorię perpetuę vel nunc vel in posterum consecrare possemus,
viros quidem illos diuersissimis ingeniis æque de literis ferme literatisq;
meritos. Ille miro lepore studiosos exosculãs, nostros & externos benigne
adiuuabat, festiuus, facetus, beneficus, comitate, iucũditate, & morũ facili-
tate nulli hominũ secũdus, vt vnoverbo absoluã, pręsidiũ subsidiũq; omniũ
qui Mineruæ sacramento dixisse profiterentur: nã & ipse miro lepore inter
ingenios os literatosq; prædítus erat. Hũc illi aduersam per diametrũ ge-
nitura habuisse diceres, vt Democrito Heraclitũ ex aduerso stetisse pro-
dũt, sed sub vultuosa illa facie & prope dixerim truculenta, summa omnia
latebãt etiã ad humanitatẽ pertinẽtia. Nihil autẽ amplius in eo cognoui-
mus (quũ omnia essent amplissima) q̃ q; æquabilem animi pręstãtiam in
aula imperiosa, versabili atq; morosa seruauit ad extremũ, vt in eo trucem
animũ, aut vitæ infensum esse diceres, sed citra ignauiam circũspectum,
& generose cautum, tempori ita cedentem, vt consertis (quod aiunt)
manibus integritatem retentaret. Quo temperamẽto in loco sane lubrico,

Admissionales, sine quorũ beneficio nemo innotescere principi potest.

Cancellarius Guido a Rupeforti.

non ſine optimatiũ plauſu ſtetit, qui mire increbuit: eo de medio ſublato, poſteritatis enim diſſimilitudine deſideriũ eius indies magis ac magis ſen ſimus. Hic adhuc vnus numeros omneis impleſſe gerẽdi tũ ſummi magiſtratus exiſtimatur. Fuit ingenio ſummo, doctrina (vt inter prudẽtes) prę ſtãtiſſima, memoria longe æqualiũ tenaciſſima, animo ſibi ſemper inſtãti, voluptatũ vel neſcius vel contemptor. In illa celebritate ac ſtrepitu aulico hominem apud ſeſe dixiſſes ſemper eſſe. Reprehenſus fuit a multis (ne ab omni eũ culpa videar vindicaſſe) q̃ dicerẽt eũ ad rem paulo auidiorem (vt ſeculo adhuc verecũdiore) fuiſſe, tũ irę pręcipiti non ſatis temperaſſe: & nihilo ſecius omnes probũ fuiſſe eũ virum non negant, ii quidẽ certe qui a vero nõ aberrant priuata ſimultate perciti. Equidẽ vt iram in eo pręcipitẽ expertus ſum, qui cũ eo ſępe negociũ habui in munere publico, ita cõtende re auſim omniũ iracundorũ maleficam ipſum minime habuiſſe iracũdiam. Fuit enim huiuſmodi vt mira animi æquitate verba propemodũ iurgioſa rediraſcentiũ ferret dũtaxat liberaliora, etiã ſi in re præſenti ægre ferre ad modũ videret, videlicet vir ingenui, & Catoniani ſpiritus, nemini fraudi eſſe voluit generoſe libertatẽ in quẽq̃ vſurpaſſe, eorũ quidẽ certe quos male ſibi conſcios nõ eſſe intelligebat: alioquin vero quis negat nemini vnq̃ homini mores vndiq; abſolutos fuiſſe? Atq; haud ſcio an laudi id verti debeat, virũ natura bilioſum, & irę intẽperantẽ, nũq̃ tamen irę ad vindictam vſq; obſecutũ fuiſſe. Eidẽ quũ comitas in ſeueritate triſtioris naturæ culpa defuit, omniũ tamen quos quiſq̃ hodie meminit gratioſus & ſuffragator veraciſſime fuit. Neq; enim vt hodierni homines aut fumos venditare ſolebat, aut ſępius appellari de pollicitatione aut promiſſo ferebat. Nec vt veteratores aulici & flexiloqui ſolent, ancipites poſtulatores & ſuſpenſos ambitu luſtrali tenebat & enecabat. Semel ſuffragium ſuũ aut ſpondebat aut negabat, fronte vt triſti, ita minime aulica & fallaci. Opitulator non modo benignus tẽpore imperioſiſſimo, ſed etiã ſtrenuus & peruicax: tanta animi acrimonia & ſolertia, vt nullũ fere moribus cõmendatũ, tuẽdũ ſuſceperit, quem non & pertulerit ad finem deſtinatũ. Hic (vt ita dicam) Corculus in ſumma talis fuit, vt quũ omneis flexus aulicos occaſiones q; memoria teneret, minime tamen aulicus eſſe voluerit & verſipellis. Eorũ diſſimillimus quos hodie hoc nomine verſari decimo quoq; verbo atq; obſoleſcere in ore vulgi nõ pudet, homines perfrictę frontis, immo planos improbiſſimos, quos impoſturã factitare ore iuuat renidenti, eosq; petitores fruſtrari & ludere, quos aulicę verſutiæ rudimentũ non poſuiſſe ſentiunt. Alios ex Chreſtologorum natione nouimus mellito & medicato ſermone afficiẽtes animos flagitantiũ, vt gaudio perfuſos ab eis diſcedere ſæpe videas, & ſpe bona lactatos & geſtienteis. Sed poſt intellectã tandẽ ludificationẽ diras iiſdẽ imprecanteis, quibus quidã obaudientes (o improbũ ſermonẽ) fortunari ſeſe dictitant. En artes & diſciplinas quas aulica philoſophia profitetur. Quibus prędíti iam nonnulli domeſticis pridẽ inſtitutis clariſſimi, nũc aduerſo rumore inter aulicos agunt, etiã ſi ſe ſuosq; ſecũdis numinibus aulicis euaſiſſe gratulantur. Qui autẽ eius academiæ decretis iam perimbuti fuerũt, eos ad frugẽ aliquã bonã ciuilis & æquabilis vitæ

Venditare fumos eſt falſo gratiã inire: vt quidã iniqui homines faciũt q; ſe ſuffragatos eſſe mẽtiũtur, cũ verbũ nõ fecerint.

Corculus dictus eſt olim Scipio Naſica ob ſummã ſolidamque prudentiam.

Chreſtologi verbo; comitate fruſtrantes poſtulatores.

Aulicastri sũt quos vulgo homines vocãt curialibus moribus prędítos.

redire perq̃ rarum eſt. Huiuſcemodí autẽ apud nos aulícaſtri degentes ín oppídís vocitãtur a populo, quo verbo tã Arístíppeos q̃ Ephectícos velutí philoſophos Sceptícosq; ſignificãt, íllos ſalutígeros & verboꝝ comítate morígeros, hos cũctatores & hęſitatores appellítantes, nullí vel amícitiæ ípſos vel cauſę íta vnq̃ addíctos, quín ſtatím cũ fortuna trãſire parati ſint. Sic enim homines Æolídæ, verſatíles ad omnẽ aulícã aurã animos aiunt ſapientũ eſſe debere. Quo fit vt municípes ínuicẽ admonentes, vulgo eos ín cornu fœnũ ferre dictitent, vt ínquit Poeta lepídíſſímus. At Guído ne ín Ironũ quídẽ conuentu díſſímulator fuíſſe dictus eſt, quod qdẽ ípſi verti a quoq̃ vítío poſſít, alíoquín ingenii & doctrínæ & ſeueritatís maieſtate maiores æqualeísq; longíſſíme ſummouẽs, vt tũ opínío fuit cõſtãs. Cuius vtínã ſublímitas non etiã luminíbus poſteritatís obſtruxíſſe vídeatur. Eã enim formã ſummí honorís íncohauerat, cuius pręſcríptís quí ſuccederet propíusve accederet, nemo adhuc repertus eſt, vt Veneris quondã Coę tabulam iíſdẽ líníamẽtís quí abſolueret, Apellís ſucceſſor nuſq̃ potuit ínueníri. Etenim quí ei proxímus fuit ſextus aut ſeptímus magís q̃ ſecũdus ei fuit. Mortuus autẽ eſt vírtutís cõmendatíone ſera cognítus, quũ tríſtítía & ſeueritate popularís eſſe cœpíſſet. Quare íllí ex aduerſo ac ſucceſſorí cõtígit, neqꝫ emꝫ ípſe vt Phídię ſignũ (quod aiũt) ſtatím aſpectus & probatus eſt, ſed prímore aduentu nec plauſibílís nec gratíoſus, decedẽs tãdẽ omnibus non íníquis deſideríũ ſuí non modícũ relíquit: maiusqꝫ olím fortaſſe ín díes íd futurũ eſt. Alter contra, magna hominũ expectatíone exceptus, pręſumptaq; ex pręterito opínione gratus, ineundo etiã magíſtratu víbrãs ac coruſcans extítit, ſed ílíco a ſeſe deſcíſcẽs, euanído ſplendore etiã ceſſit ín prioris gloríã. Quíppe vt íncluſa ín funda annulí bratteola fulgentem ſuapte ví carbunculũ flagrantíorem reddit: ſic ſucceſſore prouincię longe ínferíore atqꝫ obſcuríore ſubiecto, deceſſoris íllustrís gloría íntenſius reſplendeſcit. Quo maíore cõtentíone animí adnitendũ erit íís quí ín poſterũ eũ honorẽ geſturí ſunt. Heroicę enim vírtutís exuuías geſtare nõ cuíuſuis eſt capítís, etíam prímę notę. Sed ſunt quí a fortuna quouis modo ſublatí, cũ ín dígítos aſſurrexerũt, ſuã ípſí ſtupide mirãtur magnítudínẽ. Vtínam autẽ íllí Herculí Theſeus alíquís me víuo ſuboríatur, quí monſtra Reíp. ab eíus obítu enata, pręſtantíſſímę vírtutís eíus æmulatíone tollat. Eius mors publíce haud dubíe acerba, míhí priuatím quoqꝫ luctuoſa, omnibus íís íncõmodíſſíma fuit quí honeſtarũ rerũ ſtudío fortunã ſibí facturí videbãtur. Quod genus hominũ quũ maxíme placiturũ ín aula ſperaretur, frígere ſtatím vbíqꝫ eo mortuo cœpit. Síquídem tãtũ momentũ ſupremís ín faſcibus eſſe íam notũ eſt, vt quã ín partẽ mores eíus vergãt quí eũ honorẽ gerít, eíuſcemodí bona ex parte primarios ordínes ſortíamur. Nam quũ ín eíus ſodalítío & comítatu velut ſemínaríũ antíſtítũ & magíſtratuũ habere Francía íã cœperít, fit vt ea ín offícína polítos vel víros vel homines vene rari quo íure quaqꝫ íníuría cogamur. Quare ſí díutíus íllí víro ex ſínu (vt íta dícã) probę beneficẽtię edito ínter víuos eſſe ſuperſtítesqꝫ lícuíſſet, & líteratos vtíqꝫ víros, & de melíore nota ín ſcenã productos aulícã, cíuílęqꝫ vídíſſemus. Hoc enim nemo vnq̃ a bonorũ cauſa, quos quídẽ cõperíſſet &

Ephectící philoſophi ſunt qui nihil vnq̃ conſtituũt, ſed ſemp̃ conſultare ſe dicũt, ob id ſceptící dicti.

Æolidę ab Æolo vetoꝝ Rege dicti, q ad omnẽ tpis mutationem vertuntur & mutantur.

Guido a Rupeforti.

exploraſſet, aut firmius aut animoſius ſtetit. q̄q̄ ſibi quidem ipſe certe & gloriæ ſatis ſtudioſis & pudētibus qui productore & cōmendatore ad tyrociniū indigēt, parū, per inquā parū vixit, ipſe vero reipublicę paululum. tā ſalubris enim ſideris occaſu ſęua mox orta tēpeſtas turbinibus rapidis res Gallicas in omneis cœli plagas diuentilare cœpit. Qui duorū hominū ſpiritibus immodicis excitati, quū eorū quoq; obitu conſopiti eſſe viderētur, ingenti ſtupore hominū extiterūt inauditę calamitates, quibus quum par nemo iam in aula ſupereſſet, Gallia tum primū animos deſpōdere viſa eſt, retuſo etiā illo mucrone ſtrenuitatis primoreq; Martis impetu, quo maxime valere Galli exiſtimātur. Simul rei ſummę gubernacula laurea partim excuſſa, partim emarceſcente, omniū ordinum ore rediiſſe ad triarios dictitabātur. Verū ille a Rupe forti fauſtū cognomen ſortitus, eū ſemper animū circa honeſtatis ſtudioſos, modeſtięq; tenaces prędititit (etiam ſi remittere frontē atq; ſupercilio ne iis quidē videretur) vt eius obitus diem atrū & funeſtū ſemper habere debeāt. Qui autē eius inſtitutis inſiſtere noluerūt, iam inde eo viuo virtuti eius infenſi, huiuſmodi fuerunt partim vt priuatis ſtudiis ſummi rerū actus faſtigiū inclinaſſe, magiſtratuūq; cēſurā (vt ita dicā) delumbaſſe videātur, partim vt ex ſuo contubernio literatos & doctos exegiſſe iudicari debeant, eorūq; affines ambitionis, aſſentationisq; neſcios, & ſic quoq; improbi delectu eorū hominū delectari ſeſe dicere cōſueuerūt, vt omnia ferme viri aulici diuerſiſſima actionibus ſuis animiq; ſentētia proloquūtur, impudētia quorūdā tā putida, vt aures defęcatę, harū rerū inſolētes haurire hęc mēdacia citra nauſeā quādā ſtomachoſę indignationis nequeāt. Nihil autē indignius q̄ ꝙ ſic quoq; fallere ſperant ipſi nos intra pomœria & natos & inſtitutos. O ſtultā & ridiculā opinionē ſi qdē ita putāt, impudētē, & capitalē ſermonē ſi nō putāt. Sed illudere proterue atq; improbe eos; patientię gaudēt quibuſcū colloquūtur, qui ne tātulū quidē ipſi cōmouere ſe in illo regni theatro extra numeros poſſunt aut probitatis aut honeſtatis, quin aut riſu ſtatim acriū ſpectatorū, aut aduerſo murmure excipiātur omniū cuneorū. vſqueadeo qui ſuſpici ſe ſupra alios volūt, vel agētes ipſi vel loquētes latere nos nequeūt. Nonne quæ in adytis aulę quaſiq; intra ſcenā ac poſt velū agūtur, quę illic numina, quibuſq; ſacris victimisq; colantur, ſoléne eſt nobis anniuerſariis ludis velut ex proſcenio audire? Satyricisq; actibus ita in rem præſentē perduci ac ſi reducto velo opertanea ſacra introſpicere permitteremur? Qui igitur fieri id poſſe dicamus? Nēpe ꝙ Aius ille (vt ita dicā) Locutius arcanū nihil eſſe ſinit eorū quę in aula geruntur, agūtur aut ſummiſſim dicūtur. Quod enim ad vniuerſos pertinet, id palā quoq; vult & facit omnibus ordinibus eſſe. Sed beatū illud diuerſoriū illi, tātū qui intus ſunt, rimis perlucere neſciūt. Proh ſuperi immortales, num quiſq̄ ſodali & cōtubernali vel etiā familię notior eſſe poteſt, q̄ oēs eorū mores & habitus, omnes ſtatus, nexus, affectiones, motus corporis animiq;, oēs vultuū ſpecies & aſpectuū oibus nobis notę ſunt iſtorū qui ſeſe oēs pulchre latere putāt? Quāta igitur cautione, q̄ circūſpecte, q̄ religioſe in ſuo ſe actu gerere vel alieno inferre debēt, qui acribus oculis theatri ampliſſimi ſeſe circūſpici ſentiūt? Sed quis

Animaduertēdus locus.

Delūbare eſt robur ac virtutē fortitudinis infringere.

Intra pomœria nati ſunt hoies rerū intelligētes, nō ruſtici & ignari ipoſturarū.

Alludit ad mot⁹ hiſtrionū in theatro qui numeris exactis aſtricti erant.

Cuneí eñ loca erāt in qb⁹ plebeii nullo ordine ſedebant.

Proſceniū autem locus eſt ſcenę prominēs in Orcheſtrā vñ Sceni ci ꝓloqbant̄.

Aius Locutius hic famā ſignificat nullo auctore certo emanantē & vera tamē prodentē.

Theatrū hic totū regnum Frācię ſignificat: vñ cōſpici ſunt q̄ in aula ſummæ rerū præfecti ſunt.

eos hoc ſentire credat quibus in re ſibi gerẽda ſatagẽtibus omnibusq; ſenſibus occupatis cõſulere famę nõ vacat? Atqui ſi oculis cuneorũ inſeruire nõ vacabat, aut ſi nõ magnopere id referre exiſtimabãt, vel ordinũ ipſi oculis vel Orcheſtrę certe inſeruire debebãt. Hoc enim meminiſſe oportebat, qui exiſtimationi olim ſuę conſulere neglexerunt, de iis aliquãdo publice grauiter eſſe cõſultũ. verũ hęc iã terricula infantiũ aut nouitiorũ eſſe credũ tur. Periti autẽ rerũ & quos veteratores vocãt aulicos arcẽ ſibi impunitatis nuper pręſtruxiſſe exiſtimantur, cũ immaniũ opũ propugnaculis, tutã, tũ vero validis pręſidiis cõtractarũ affinitatũ neceſſitudinũq; firmatã, quã expugnare nulla vis iudiciorũ, nulla cõſtituẽdę reipublicę formula valeat. Peſſime vero de ſe mereri iã putãtur, qui vel famę detrimẽto cõmodis ſuis nõ cõſulũt interim dũ diſpẽſant. Inane enim & ieiunũ nũc aucupiũ famę eſſe creditur fortunis augẽdis quoquo modo parcere, vt integritatis opinionẽ honeſtatisq; tueãtur. Proinde nõ ita pridẽ qui rerũ potiebãtur, ſcenicorũ figuras verecũdis auribus trãſmittere aut deuorare videbãtur: hãc loquẽdi libertatẽ moribus atq; vſu inolitã tolli nõ poſſe francis iure nõ violato intelligẽtes. Nunc vero aures iſtorũ ſenſim cauillis ita occalluiſſe atq; inſueuiſſe videmus, vt inter theatricas perſonas prodire optabile iã eſſe cœperit quorũdã opinione, qui nõ niſi beatorũ & copioſorũ nomina in argumẽtis Satyricis frequẽtari dictitãt: quãdo illi actores auriti capitii licẽtia atq; impunitate ſummũ fere quodq; caput ſalibus ſuis perfricãt. Vnde eo rẽ tãdẽ videmus euaſiſſe, vt quę olim vitia figurate maximoq; cũ lepore allegoriarũ carpebãtur in ſummis magiſtratibus, quũ vel Satyri cauillabũdi inducerẽtur, vel vitia ipſa ꝓſonata ꝑ proſopopœias ĩ ſcenã ꝓdirẽt, in iis quas vulgo moralitates, nos antiquo vocabulo ethologias appellam⁹: ea nũc Satyrico felle inſulſe, & ſimpliciter ac ſine venuſtate ſchematũ enũciẽtur, videlicet q; licẽtia peccãdi periiſſe frontẽ (vt inquit ille) de rebus arbitrãtur. En quib⁹ ſeuire, quos colere & obſeruare, quorũ volũtati lenocinari, deniq; quibus grauitatis & doctrinę, atq; omniũ ingenii ornamẽtorũ faſceis ſummittere neceſſe eſt: eos quidem qui aliquo in numero haberi in Francia cõcupiuerint, vt mirari iã homines deſinãt, q; rari ſapiẽtes & eruditi in rerũ noſtrarũ adminiſtratione viſant. Nã ii quorũ maxime intereſt res probe adminiſtrari, quũ in ſpeculis eſſe deberẽt, Vcalegontes fere ſub tecto ſecuri rerũ euẽtuũq; dormitãt, ne diſcrimine quidẽ ipſi nuper fumigãte veternũ excutiẽtes. Hic eſt ſtatus fere Francię, qui ſi aliquãdo ipſe recte atq; ordine cõſtitutus fuerit, vt ii vltra in puppi ne imperitẽt, qui vel in trãſttis ſedere, vel inter vectores quouis loco eſſe deberẽt, tã opulẽta, vt opinor, erit Gallia, q̃ priſcis tẽporibus Hiſpania & Perſis fuiſſe perhibentur. Rex quidã Francię Ludouicus (vt opinor) vndecimus, quũ ſermo aliquãdo inter eũ & Legatos magni cuiuſdã principis incidiſſet de prouinciarũ opulẽtia, illiq; magnifice de ſuis ſentire rebus opibusq; viderẽtur, reſpondiſſe ita fertur, vt diceret pratũ ſe & graminoſũ, & late patẽs habere, qđq; toties fieret reſtibile, quoties viſum eſſet fœnificio opus eſſe. Quo dicto ſignificare volebat, nũq̃ nõ imperata tributa populos ſibi ſubditos obœdiẽter cõfeſtimq; pepẽdiſſe. Nos aũt ſic actũ eſſe per hoſce annos cũ populis

Ordines hic nobiliũ multitudinem & eorũ q in magiſtratib⁹ ſũt ſignificant. Orcheſtra ſũmã curiã. in ea em Senat⁹ ſpectabat.

Figuræ Scenicorũ ſunt dicta faceta & allegorica q⁹ bus ſummos magiſtrat⁹ gerẽtes a theatricis taxant, quaſi cauillamẽta velata.

Vcalegon dicitur q inſtãte periculo remiſſus eſt quaſi curam nullã gerens qualis apud Virg. Vcalegõ intelligi debet.

ὐκ ἀλέγων.

Francię ſcimus, vt eodē anno vna & altera acceſſione tributa, modo dimidio, modo altero tāto, nōnūq; etiā ſeſquiplo excreuerint tāta animoꝝ æquitate, vt vicē principis plebē etiā dolētē videres audiresq;, qui tot in curas ipſe rebus gerēdis diſtringeretur. Perinde ac ſi ab eadē ſemēti altera & tertia ſeges demeteret in Frācia, aut ex noualibus ſpicilegiū inſtar iuſtę meſſis exiſteret, vindemiāq; racematio excipiens, noua atq; integra fœtura denuo exuberaret. Verū Rex ille Ludouicus Prato ſuo ampliſſimo florētiq; idētidē gloriabat, ex quo eodē anno fœniſiciū iterū & ſępius cogeret, quātūq; placuiſſet. Erit olim fortaſſe Rex alter breui q chryſomallas oues aureo vellere opimas viſendasq; habere ſe dictitabit, nō illas qdē apud Colchos, aut Iberos, vt in fabulis leguntur quōdā fuiſſe, ſed clemēte cœli tractu luculētis inerrātes latifundiis, toties attōſiles quot res extiterint gerēdæ, vellere ſuccreſcēte perenniter ac mira fœcūditate. Illud vero ſingulare ac nulli æque puincię datū, vt bellis cōtinuis, inteſtinis vel externis exhauſta Frācia, & viris viribusq; ad ſūmā inopiā vſq; defecta, vnius ſtatim aut alterius anni pace & cōmercio recreetur. Et vt Anteū illū gigātē ab Hercule ſublatū poetę fabulātur quātūuis lucta fatigatū ac certamine cōfectū, ſimul atq; terrā matrē cōtigiſſet, integras ilico vires ſolitū recuperare: Ita Francię vires opesq; quātūlibet acciſę, cū primū p pacē aut inducias tellurē aratro mouere licet, quaſi terrę tactu inſtaurari videnť ac reſtitui incredibili celeritate: abſit modo calamitas, nec vitiū obueniſſe ſupne experiamur. O rarā puincię felicitatē, O reges vndiq; beatos, ſi tm̄ pſonā ſuā ſatis noſſe potuiſſent, & in actu ſūmo rerū grauiſſimū qđq; negociū ductu ſuo tranſigi, nō auſpiciis tm̄ ſuis ipſi cōcupiuiſſent, aut certe nō ſine ſua cōſciētia, hoc deus ad cętera Gallię addidiſſet, numeris oīb⁹ cumulata felicitatis eſſet. Nā quū clemētiā i regib⁹, tū libertatē in ciuib⁹ rariſſime deſiderauit. Quātū vtiq; ferre monarchia pōt liberaliter impioſa. Illud eñuero, illđ in quā acreis hoies, rerūq; nō neſcios vrit, angit, enecat, q; puſillis homūculis neceſſe eſt pſępe ſubſeruire, quos vt actores & vicarios principis aulica comitia ceruicib⁹ iniūgūt ſuccollātis populi ac ſucciduę plebis: illos qdē aut fortunę ſuffragio, aut fauoris incōſulti redēptive aut alias pperā renūciatos. Hmōi aūt hoies, quū fata Gallica p poteſtate regāt, quū liberalitates principis munificētiāq; arbitrent, quū cuiuſcūq; noſtratiū externorūq; merita ancipiti trutina arbitrii ſui ppēdāt, & volūtatis ſuę modulis viros magnos puſillosq; metiant, ſurſū deorſūq; (vt aiūt) pmiſcēt oia in Frācia, facile qdē illa principe alioqn oīm puinciarū. Quid eñ p deū imortalē recte atq; ordine adminiſtrare ſemiſſes actores poſſunt, q nullū ius ciuilitatis, atq; iſonomię nouerūt, q̄ eſt ęquabilis honoꝝ bonorūq; diſtributio, p digni tate, ac merito ciuiū tēperanda: qualis eſſe in monarchia pōt. Nā qđ ius a pitis appellat diſtributiuū, id ab Ariſtotele iuris ciuilis eximio cōditore κατ' ἀξίαν dictū eſt, qđ eſt ſecūdū dignationē & pmerita cuiuſq; ciuiū ſtatuēdū. At huiuſcemodi velut interreges iādiu pertulimus fremētib⁹ nequicq; frēdētibusq; oīb⁹ ordinib⁹ ſuppreſſa quodā modo pcerū auctoritate. Hic mihi manū iniicit reputatio fortunę temeritatis, reliſtereq; pauliſp me cogit, ac ſui meminiſſe. Siqdē quū in omni mūdi pte fortuna plurimū polle-

Oues chryſomallę.

Anteus.

Renunciari magiſtratus dicebātur in comitiis dū voce p̄conis deſignati pronūciabantur. creari igitur & renunciari idē ſignificāt.

Iſonomia.

re,& rerũ esse dña dispẽsatrixq; oculis ipsa capta existimaẽ,tũ vero supꝑ oĩa ipsam esse in Frãcia cęcã atq; hallucinatricẽ iudico. Haud ita pridẽ hoies duos vidim⁹ tãta subnixos potẽtia,vt ad reip.officia vix decim⁹ qsq; nõ ex eoꝝ cliẽtelis quasi e seminario quodã magistratuũ ꝓdire videreẽ,quũ etiã ipsi incremẽta sua fortunę ac temeritati bona ex ꝑte deberẽt.Hoꝝ cũ alter tꝑe paulũ prior,& fastigio multũ ãplior,eo ꝓrsus esset igenio,vt q se submittere maxime ei⁹ potẽtię vellẽt,hosce ille maxime cæteris ꝑficere vellet prolixeq; augere: Alter eos ꝑcipue ꝓmoueri cõcupiebat, ornamẽtisq; immodicis crescere & eminere,quos sibi vsui fore sperabat ad potẽtiã vel augẽdã vel tuẽdã:aut iis morib⁹ ꝑditos,vt sibi morigeri esse oñi genere obsequii ministeriiq; sustinerẽt.Nã & ipse impigre morigerando ꝓbatus,in secũdas gerẽdarũ rerũ a maiore adoptatus fuerat,qn & asseclã comitẽq; illi⁹potẽtię nõ sociũ postea semꝑ egit,haud grauate primos sũmosq; fasceis submittẽs,atq; etiã subiiciẽs illius fortunę,cui⁹ tũ nutu oĩa vertebãtur: & meminerat quas in leges quũ sũmũ magistratũ iniret,surdo sacramẽto ipse adactus esset. Quoad illo de medio sublato quũ nutãti iã fortunę videreẽ imminere, alius ex eodẽ ꝓdiit comitatu vir eximius apud ordines aulicos egregie gratiosus,cuius matura iã & adulta auctoritate solertiaq; effectũ est,ne illę primarię auctoritatis aut hęres aut prędo,impotẽtię animi oĩno indulgeret.Cui si spiritus omneis suos ꝓfundere libere licuisset, ne curia qdẽ sũma quãtũuis obnixa substitisset. Quũ hoc rerũ statu fors fortunaq; specimẽ facere potẽtię suę videreẽ,cõtigit (id qđ necesse erat)vt quos casus temerarius in aulã insinuauisset(aula aũt tũ erat fere comitat⁹ ipsoꝝ) quũ vnũ aut alterũ stipẽdiũ iis supparasitãdo fecissent,stati vel magistratu vel antistitio locuplete donati q̃si militię ꝑmio,macti esse virtute obsequii atq; obseruãtię iuberenẽ. Qđ quũ mirificis exẽplis apud omneis innotuisset,eoq; mores incubuisse vulgo dictitarenẽ,vt nulla iã via certi⁹ ad magistratus,ad honores,ad virtutis decora & diuitias ferret,q̃ ambitio & assentatio &(vt plane loquar) corporis animiq; fœda vẽditatio.Cõtraq; cũ honestarũ artiũ studiosi, aut veritatis tenaces,oẽsq; q sese eximere fortis fortunę ditione cupiebant, vel quos extra ꝑscriptũ decori & honesti pudebat prosilire,seseq; venditare,male de se suisq; mereri viderenẽ, qui vel studio literarũ miseri intabescerẽt,vel inania & obsoleta iã nomina honestatis & virtutis tãtopere amplecterenẽ,vel deniq; in iis reb⁹ fouẽdis cõsenescerẽt, quę nihil ad id tẽpus ꝓtinere cernerenẽ.Quũ ea inquã fere esset cõditio tẽporis,certatim eo aduolãteis, atq; etiã migrãteis videbamus vbi cõtuberniũ esse fortunę videbaẽ,largitionisq; eius prõptuariũ:quũ interim paucis illis qui cõstantia & pudore ducebãtur,domi agere feriatos ab omni actu publico necesse esset,qui quidẽ adiũctũ compẽdiũ cũ honore haberet. Sic paucis annis factum,vt inuersis ordinibus patricii ad plebem,& plebei ad patricios plausibiliter traducerẽtur,quum velut somno beatos redeunteis videremus,quarto vel quinto,atq; etiam decimo iam equite nonnullos commitatiores factos,imagin⁹ nouis insignes,quę gẽtilitiis & troiugenarũ stẽmatibus nũc claritate pręstant.Ita duorũ hominũ potentatu, repagulis pudoris & reuerẽtię legũ, atq; existimationis bonorũ & grauiũ refractis,

retuſaq; acie iudiciorũ ſeueritatis, eo iã inſolẽtię & licẽtię ventũ erat, vt ac cepta expẽſaq; oñia nõ fortunę (qđ ęquo aĩo ferres) ſed fortunatoribus hominũ referrẽtur, quos priceps eius indignitatis neſcius pręfecerat (vt aſſolet) hominũ delectui. Qua potẽtia ipſi freti, quũ diuinos iã ſibi honores poſcíſſent, nec defuiſſent hoĩes primarii, q ſe eorũ cultus ingeſſiſſent antiſtites, oraculorũq; interpretes, ab altaribus interim dñi nõ pauci emãſitantes, iã mortaliũ ſenſu inaudítę rei miraculo ſtupẽte, ꝓuidẽtia vtiq; rerũ humanarũ curã abiecíſſe, aut certe interim poſuiſſe a multis putabaꝫ. Et alioqn vſqueeo publica mẽs ſucceſſu rerũ elata aberrauerat, vt Martis & Bellonę numina inſtar propemodũ haberẽt oñis diuinitatis. Quib⁹ rebus Frãcia Chriſtianarũ partiũ ſignifera (me míſerũ qui hęc meminíſſe cogor) quũ cognomẽ illud ipſa ſuũ & ęternũ impiauiſſet: ibi tũ ibi verũ & vnicũ numẽ rapida noſtri orbis vertigine terribile, diuinitatis ſuę maieſtatẽ aſſerere iſtitit mirifice, editis i ſupbos quoſdã inſolẽtesq; exẽplis oĩs memorię clariſſimis oĩmq; gẽtiũ, ſi rerũ diuinarũ itellígẽtię docíles ipſi animos haberemus. Sed nos (o cęcę mẽtes humanę) monita diuina perinde ac fulmina terrifica, celeri trãſmittere obliuione gaudemus, tãtiſꝑ modo in cęlũ ſuſpectãtes, quoad orbis cõcuſſu fragoreq; cõtremíſcimus: ſerenitate aũt reddita, vel ſubſtillo adhuc cęlo, ne turbinũ qdẽ recẽtiũ veſtigiis admonemur, alías quoq; ꝓcellas ſęuiores impẽdere fortaſſe. Quęro ecquo vnq̃ ſęculo dñs in noſtros, vel in ſuos potius atq; peculiares rapidiorẽ irę ſuę terrorẽ, micãtiorẽq; diſtrinxiſſe viſus eſt? Diſtrinxiſſe dico? immo etiã vibraſſe, & cõtorſiſſe: tãetſi contremefactas delicias ſuas Frãcos ꝓſeq; pępcerit. Hoc quũ heri & nudiuſtertius factũ ſit, qs iã ſatis meminiſſe diceꝫ, ſi qdẽ mẽs publica ex habitu, & fidutia ſingulorũ æſtimeꝫ? Síccine fomẽto vno (pręcalido fortaſſe) e re nata appoſito, doloris ſtati & diſcriminis Frãci obliuiſcunꝫ, vt vulnere ꝓcurato? Proh ſuprema & ęterna dei ꝓuidẽtia, vſqueadeo ne dẽſa ſęculo noſtro erroris ĩpii offuſa eſt caligo, vt ne fulminãte qdẽ deo ſurſum aſpicere poſſim⁹? Qui ſi cęlũ ſuſpicere obliuiſcimur, qn igiꝫ oĩa intẽte circũſpectam⁹, vt ſenſu ſaltẽ humano Gallia niteretꝫ? nũc vero nec dextrorſum ipſi nec ſiniſtrorſũ intuemur, nec retrorſum reſpectamus, ac ne id qdẽ qđ porro eſt videre cõtẽdimus. Id demũ qđ oculis admotũ eſt, aut etiã ad qđ idẽtidẽ offenſamus, aĩaduerſione dignũ eſſe cẽſemus. Vt mirari nũc ſubeat eorũ vel inertiã, vel amẽtiã, quorũ oculis priceps ꝓ cõſpiciliis ſolet vti. Qui quũ coemũdis poſſeſſionibus, exędificãdis penatibus gẽtilitiis nomíníb⁹ ſuis ꝓdẽdis lõgiſſime ꝓſpectare, & ad pronepotũ vſq; atnepotes porroq; etiã videãtur, exiſtimationi tamẽ populari nõ ſeruiãt ad poſteros manaturę, etiã ſi ꝓpetuo ipſi tenore felicitatis (quod rariſſime euenit) vitã trãſegerint lõgiorẽ. Qq̃ qd felicitatẽ iſtorũ voco? quorũ nulli ſecurũ ſui poſſeſſorẽ eſſe licet, ex quo ciuilis, & municipalis vitę trãquillitatẽ aulicę potẽtię ſemel emãciparũt. Nã qui acqeſcere intra natalium modum, exigui eſſe animi aut degeneris arbitrãtur, ii q̃ altiſſime volẽtes emicare, eo abripiũtur ſępe, & efferũtur, vnde ſine pręcipitio in vitã deſcẽdere trãquillíorẽ nequeãt. Atq huiuſmodi eſt fere eorũ cõditio, qui ius in caput hoĩm, atq; in fortunas habere, aut dec⁹ opimũ eſſe putãt, aut culmẽ felicitatis. Quos equidẽ (vt nũc ſunt humana) cre

Hic epiſcopi taxanturauli ca munera obeuntes, & ſacerdotalis fũctionis immunes.

Fomentum hic ſignifiaare videtur cõ iugiũ Ludouici & Mariæ, quod luculento vulneri Galliæ ſanando appoſitũ eſſe dictitabaꝫ. Prælidũ dicit quod vulneratum vritdum præpropere & inexplorate adhibetur. Fomentum autem nõ ſanandi cauſa vulneris, ſed mulcendi admouetur.

díderím potíus gradū ad æteruum prę̄cipitíū factítare,q̄ ad verā beatítudí nem,vel tantulū ꝓficere.Quí em̄ ſenſus omneís ſuos díuino deſpōſos amo rí,cultuiq; religionís aſcríptos,humano obſequío & faſtuí ſæculari,ita mā cípauerít, vt ne animā quidē receperit cœleſtí ſodalítío natam atq; creatā: quæ ín manū ípſa deí mancípíūq; tum conuenít,quū ín mílítíæ Chriſtíanæ tyrocínío quíſq; noſtrū ſacramento primū dominico díxít nomēq; dedít luſtralí rore reſperſus, quonā modo ís nō perfidus & trāſſuga eſt,quí a deo ín cuíus verba ſanctíſſíme adactus eſt,ad eū mūdí faſtū deſcíſcít,cuíus ípſe ob ſequíum rogatus eíurauít?Etem̄ anima vſqueadeo aulícę potētíæ amore ca pta,quíd aliud q̄ a ſpōſo ſuo eodemq; dño díuertēs, res ſuas ſibí habere eū íubet,ac cū dote ſua lícet profectítía dñica atq; paterna trāſit ad amorē ím píetatís?Sed deus ípſe íſta víderít,cuíus eſt prouidētíæ quícquíd recte atq; ordíne ín cōmune cōſulítur, vt eíus eſt cōníuētię deſtínare quícqd nūc po pulus perpetíť.Cęterū(vt ad rem redeā)ſí per hoſce alíquot annos íſtí ho mínū merita ín díſpēſandís honoribus,& officíís publícis expēſa & pōdera ta quoquomodo fuíſſe cōtenderínt,ſunt quí auſint affírmare, raro líbrípen díbus ípſis eorū lancē cōpetítorū ííſſe peſſum,quí merítís quālíbet amplís vel aurum,vel neceſſítudínē,vel alíud quíppíā cōmendatítíū nō addíderínt, qđ vírtutē doctrínāq; prę̄grauaret & famā q̄uis íllustrē.Ita víros exímios, quí aut íngenií ornamētis,aut prærogatíua natalíū,aut ínnocētię & doctrí næ ſuffragío renunciarí ſperent,& ſua creſcere índuſtría,obſtrictos íís eſſe grauí quopíā auctoramēto neceſſe eſt,quí officínæ íllíus beatrícís atq; for tunatrícís víderí mācípes gaudēt atq; magíſtrí,quorū vt quíſq; maxíme vel obſcurís vel exíguís natalíb⁹ ortus eſt,ita plerūq; eſſe ſolet pleníſſímus tu morís ac faſtídíí.Vnū tamen eorū genus ſemp exítíabíle fuít,quí díuturno graſſatí obſeqo,ín omníūq; potentíū obſeruantíā cōpoſítí:oris tandē probí tate obrepſerūt,íís quí ſuper admíſſíones erāt.Hoc genus & flexíloquū,& ad omnē rerū ínclínatíonē aut fortunæ celerem euarıatíonē Chamęleontea quoq; ípſum mutatíone alíud atq; alíud eſſe ſolet.Víſí ſunt ſępe Onocepha lí q numerū augerēt,vt ín omní ordíne fere hominū ſunt quos fortunę tan tum eſſe ludíbría ıudíces.Quí nec íngenío prędítí,nec arte vlla cíuílí íntín ctí ſunt,nec natura aut lepídí,ſed fruges tantū cōſumere prytaneí noſtrí na tí.Illí enímuero nos vrunt aulící veteranı vel verıus veteratores, quí manu bíís popularíb⁹ beatí,proceresq; obęratos verſurís auctorātes,eos proceſ ſíbus ſuís ípſorū ínímícos putāt eſſe,& aduerſos quí íís ſtudíís íncumbunt quæ quęſtū non factítāt.Hos ſtípatos manípulís aſſeclarū vídere eſt,quos velut tyrocínío deducūt ín officínā Dítís, vt íllíc argētarıā factítent. Í au tem íllorū pedíſſequí vt líterarū írríſores ímprobulí,ſíc ærarıí arroſores mínutulí,a vulgo dictítātur:ad íd tamen ſuccēturıatí ab íllís,vt vberrímū quodq; munus per man⁹ traditū ſuſcípíāt.quod quídē eſſe poſſít ín aulę cō mercío.Ex manubíís ením popularıbus ſuppedítātur ıuuenes beatulí, quæ líteratís & doctís ſacroſanctę ſolēt eſſe. Huíuſcemodí autē ſtationarıís or dínum ductores ín ſua verba adactís,firmíſſímū quodq; tenent Reip.præſí díum:ne quando ſumma poteſtas & arbítrıum æraríæ reí præſertím íncli natíone rerum ex ſínu ſuo excídat,Et nos conſílíum publícum tantís hacte-

Anima humana in baptiſmate in dei manū & poteſtatē mācipat quotempore eiurat obſequiū dæmonis .i. dæmoni renunciat obſequiū. Dícere ſacramēto eſt mílítē fierí iureiurando adactū. Res tuas tibi habe.erāt verba díuortíum facientium.

Onocephali homines ſūt aſínino capíte deformes. Verſuris auctorare obęratos eſt mutua pecunía ingenti data obſtrictos ſibi debitores efficere. Prytaneum domus erat Athenis publica,ı qua bene de Repu. meríti alebātur ſūptu publico. Alludit autē hīc ad dictum Horatí,nos numerus ſumus & fruges conſumere nati.

nus copiis Galliæ non ſuppetiiſſe miramur? Quis enim iam referre, vel honeſtatis, vel vtilitatis publicæ putat q̃ quibus anteponãtur? Nec vero Gallia q̃libet latis finibus patẽs, multis magiſtratibus atq; honorib⁹ inſtructa multiplicíterq; deſcriptis, propinquis & neceſſariis iſtorũ cum numero p̃ multis, tum vero cupiditate deuorantibus vberrimum quodq; munus, iam eſſe ſatis poteſt. Quare quũ magnæ ipſorum cognatiões, etiam affinitates dudũ coiuiſſe viſę ſint, quæ nulla vi vel legitima, vel aduerſarum factionũ frangi poſſint aut diſſui, quid illis tandẽ ſperãdũ eſt, qui ſuffragatores vel ſequeſtres intra ſepta nõ habent? nam meritorũ quidem ſurdas prẽces inaneſq; nihil prodeſſe ſcimus, quũ alioquin oĩa in poteſtate ii teneant, q̃ dies & horas ſoli comitialeis nouerũt. quidni enim comitia vel differre poſſint, vel auferre, qui etiã iuſtitium edicunt, quũ libuit & remittũt? Sed quid nominis appellemus, aut quid hominũ potius eos eſſe dicamus, quorum haud ita pridẽ ſilentium plus regno noſtro nouimus incõmodaſſe, q̃ omnium potuere concionãntiũ vociferationes prodeſſe? Sirach ille philoſophus Iudęorum ſecundũ Solomonẽ ſapientiſſimus triceſimo capite ſui libri ita inquit. Effuſa bona in ore cõpreſſo. fercula epularũ oppoſita ſepulcro. O fœdiſſimã culpã, quũ is animus in rerum nõ exhibetur actu, quem vel mores, vel anteacta vita ſpõdere, vel frons deniq; impoſtricula videbatur præferre. ſilentiũ dico? Vtinã hactenus argui poſſent. Heu mores huius ætatis. Quonam tandẽ gentium germana virtus abiit? cedo nunc Ariſtidẽ vnum, vnũ Fabritiũ, aut Naſicam, quicũ in tenebris micem, & ego Alcyonem vidiſſe me gloriabor. Cedo Catonem, aut alium quemuis liberi ſpiritus virũ, qui & reipublicæ charitate ducatur, & precarium ſe honorẽ habere non memineſſe velit. Cedo qui in actu publico plæraq; in priuatas rationes non referat, nec velut fortunæ largiẽti publica, pãdendum eſſe priuatum ſinum putet, exemplo Luculliano atq; etiam Gabiniano. Cedo deniq; qui ſimplici innocentia & integritate, quam multiplici lorica opum & propinquitatum aliarumq; neceſſitudinum tectus eſſe malit, non modo aduerſus vim aulicam & improbam, ſed etiam aduerſus legitimam & ciuilem. Poſtremo oſtẽde vnum ex iſtis vultuoſis & perſonatis, qui aliquando omnibus integumentis ſimulationum euolutum ſe vel amico & propinquo cognoſcẽdum dederit. Ita ne vero iſti a cõſpectu noſtro rapti, quum eos exceperint munia grãdiora, iubeãt non modo nos, ſed etiã honeſtatem, ac veritatem valere: quaſi vt in alienos mores (o maleficam vim Vertumni) ſic in aulicos immigrarit? & primos vitæ actus, quaſi obſides hominũ exiſtimationi datos, ætate iam vergẽte perfide deſtituãt? videãt quęſo etiam atq; etiã, ne id perinde eſſe credatur, atq; ſi maturam ſegetem laudũ ſuarũ, tædio ipſi vitæ cõpoſitæ tandem capti repẽte (vt ſic loquar) inarare, vertereq; dicerẽtur. Atqui tales alii quando inuentos eſſe conſtat, qui dignitate vultus populo imponerent & oris probitate: vt nuces intus marcidæ ſpecioſo ſępe fallunt legentes putamine. Rurſus idẽ Sirah. cap. tertio & triceſimo. Pabulũ (inquit) & virga & ſarcinæ aſello, panis & inſtitutio & opus mancipio. Quorſum (inquis) hęc philoſophi dicta? nẽpe vt intelligatur virum ſapientẽ priore loco eorum ſocordiã figurate cõpellaſſe, qui ſibi ac propinquis impigri & deſerti (vt cla-

Proceſſib⁹ ſuis inimic⁹ hoc modi, q̃ eas artes negligit q̃bus hoĩes locupletãtur & creſcũt. Officinã ditis intelligẽdam arbitror eorũ hominũ ordinẽ q̃ iis muneribus funguntur q̃ ad rẽ ærariã p̃tinẽt quorũ illa eſt functio vt ærariũ diſpenſent: ex ea eñ officina repẽte diuites p̃deũt q̃q̃ ẽt alludere videt ad orcũ, videlicet taxãs idiſtitutum vitę q̃d plęrũq; ad orcũ deducere credit. Sacroſanctas aũt ęrarii pecunias (q̃ſmanubias quaſi pullatæ plebis ſpolia vocat) ideo ſacroſctas litera tis eſſe dicit, q̃a illas tãgere literatis nõ licet cum ſint i manu ipitorũ & i ptãte q̃ſturas facientiũ. Seq̃ſtres itra ſepta, ſũt p̃xenetæ & internũcii emẽdorũ officiorũ q̃ intra aulę cãcellos igrediẽtes tesquaſi intra comitia pecunias p̃ amicis p̃mittũt ſuffragatorib⁹ & nũerant nundinantibus,

díderím potíus gradū ad æteruum prę̄cipitiū factítare,q̄ ad verā beatítudí nem,vel tantulū ꝓficere.Quí eñ ſenſus omneis ſuos díuino deſpōſos amo rí,cultuiq; religionís aſcríptos,humano obſequío & faſtuí fæculari,ita mā cípauerít, vt ne anímā quídē receperit cœleſtí ſodalítío natam atq; creatā: quæ ín manū ípſa deí mancípiūq; tum conuenít,quū ín mílítiæ Chriſtíanæ tyrocínío quíſq; noſtrū ſacramento prímū dominico díxit nomēq; dedít lu ſtralí rore reſperſus, quonā modo ís nō perfídus & trāſſuga eſt,quí a deo ín cuíus verba ſanctíſſíme adactus eſt,ad eū mūdí faſtū deſcíſcít,cuíus ípſe ob ſequíum rogatus eíurauít?Etem̄ anima vſqueadeo aulicę potētiæ amore ca pta,quíd aliud q̄ a ſpōſo ſuo eodemq; dño díuertēs, res ſuas ſibí habere eū íubet,ac cū dote ſua licet profectítía dñica atq; paterna trāſít ad amorē ím pietatís?Sed deus ípſe íſta víderít,cuíus eſt prouidētiæ quícquíd recte atq; ordíne ín cōmune cōſulítur, vt eíus eſt cōníuētię deſtínare quícqd nūc po pulus perpetít.Cęterū(vt ad rem redeā)ſí per hoſce alíquot annos íſtí ho mínū merita ín díſpēſandís honoribus,& officíís publícis expēſa & pōdera ta quoquomodo fuíſſe cōtenderint,ſunt quí auſint affírmare, raro líbripen díbus ípſis eorū lancē cōpetítorū ííſſe peſſum,quí merítis quālíbet amplís vel aurum,vel neceſſítudínē,vel aliud quíppiā cōmendatítíū nō addíderint, qđ vírtutē doctrínāq; prægrauaret & famā q̄uis íllustrē.Ita víros exímios, quí aut íngenií ornamētís,aut prærogatíua natalíū,aut ínnocētię & doctrí næ ſuffragío renunciarí ſperent,& ſua creſcere índuſtría,obſtrictos íís eſſe grauí quopíā auctoramēto neceſſe eſt,quí officínæ íllíus beatrícís atq; for tunatrícís víderí mācipes gaudēt atq; magíſtrí,quorū vt quíſq; maxíme vel obſcurís vel exíguís natalíb⁹ ortus eſt,ita plerūq; eſſe ſolet pleníſſímus tu moris ac faſtídíí.Vnū tamen eorū genus ſemp exítíabíle fuit,quí díuturno graſſatí obſeqo,ín omníūq; potentíū obſeruantíā cōpoſítí:oris tandē probí tate obrepſerūt,íís quí ſuper admíſſíones erāt.Hoc genus & flexíloquū,& ad omnē rerū ínclinatíonē aut fortunæ celerem euarıatíonē Chamęleontea quoq; ípſum mutatíone alíud atq; alíud eſſe ſolet.Víſí ſunt ſępe Onocepha lí q numerū augerēt,vt ín omní ordíne fere hominū ſunt quos fortunę tan tum eſſe ludíbría íudíces.Quí nec íngenío prędítí,nec arte vlla cíuílí íntín cti ſunt,nec natura aut lepídí,ſed fruges tantū cōſumere prytaneí noſtrí na tí.Illí enímuero nos vrunt aulící veteraní vel verius veteratores, quí manu bíís popularíb⁹ beatí,proceresq; obęratos verſurís auctorātes,eos proceſ ſibus ſuís ípſorū ínímícos putāt eſſe,& aduerſos quí íís ſtudíís íncumbunt quæ quęſtū non factítāt.Hos ſtípatos manípulís aſſeclarū vídere eſt,quos velut tyrocínío deducūt ín officínā Dítís, vt íllíc argētarıā factítent. Ií au tem íllorū pedíſſequí vt líterarū írrísores ímprobulí,ſíc ærarıí arroſores mínutulí,a vulgo dictítātur:ad íd tamen ſuccēturíatí ab íllís,vt vberrímū quodq; munus per man⁹ traditū ſuſcípíāt.quod quídē eſſe poſſit ín aulę cō mercío.Ex manubíís enim popularıbus ſuppedítātur íuuenes beatulí, quæ líteratís & doctís ſacroſanctę ſolēt eſſe. Huíuſcemodí autē ſtatíonarıís or dínum ductores ín ſua verba adactís,firmíſſímū quodq; tenent Reip.præſí díum:ne quando ſumma poteſtas & arbítrium æraríæ reí præſertím íncli natíone rerum ex ſínu ſuo excídat,Et nos conſílíum publícum tantís hacte-

Anima humana in baptiſmate in dei manū & poteſtatē mācipat quotempore eíurat obſequiū dæmonis .í. dæmoni renunciat obſequiū. Dícere ſacramēto eſt mílitē fierí iureiurando adactū. Res tuas tibi habe.erāt verba díuortíum facientium.

Onocephalí homines ſūt aſínino capitē deformes. Verſuris auctorare obęratos eſt mutua pecunía ingentí data obſtrictos ſibí debitores efficere. Prytaneum domus erat Athenis publica,i qua bene de Repu. meriti alebātur ſūptu publico. Alludit autē hīc ad dictum Horatí,nos numerus ſumus & fruges conſumere natí.

nus copiis Galliæ non ſuppetiiſſe miramur? Quis enim iam referre, vel honeſtatis, vel vtilitatis publicæ putat q quibus anteponãtur? Nec vero Gallia q̃libet latis finibus patẽs, multis magiſtratibus atq; honorib⁹ inſtructa multiplicíterq; deſcriptis, propinquis & neceſſariis iſtorũ cum numero p̃multis, tum vero cupiditate deuorantibus vberrimum quodq; munus, iam eſſe ſatis poteſt. Quare quũ magnæ ipſorum cognatiões, etiam affinitates dudũ coiuiſſe viſę ſint, quæ nulla ví vel legítima, vel aduerſarum factionũ frangí poſſint aut diſſui, quid illis tandẽ ſperãdũ eſt, quí ſuffragatores vel ſequeſtres intra ſepta nõ habent? nam meritorũ quidem ſurdas prẽces inaneſq; nihil prodeſſe ſcimus, quũ alioquin oia in poteſtate íí teneant, q dies & horas ſolí comitialeis nouerũt. quidni enim comitia vel differre poſſint, vel auferre, quí etiã iuſtitium edicunt, quũ libuit & remittũt? Sed quid nominis appellemus, aut quid hominũ potius eos eſſe dicamus, quorum haud ita pridẽ ſilentium plus regno noſtro nouimus incõmodaſſe, q̃ omnium potuere concionãntiũ vociferationes prodeſſe? Sirach ille philoſophus Iudęorum ſecundũ Solomonẽ ſapientiſſimus triceſimo capite ſuí libri ita inquit. Effuſa bona in ore cõpreſſo. fercula epularũ oppoſita ſepulcro. O fœdiſſimã culpã, quũ is animus in rerum nõ exhibetur actu, quem vel mores, vel anteacta vita ſpõdere, vel frons deniq; impoſtricula videbatur præferre. ſilentiũ dico? Vtinã hactenus arguí poſſent. Heu mores huius ætatis. Quonam tandẽ gentium germana virtus abiit? cedo nunc Ariſtidẽ vnum, vnũ Fabritiũ, aut Naſicam, quicũ in tenebris micem, & ego Alcyonem vidiſſe me gloriabor. Cedo Catonem, aut alium quemuis liberí ſpiritus virũ, quí & reipublicæ charitate ducatur, & precarium ſe honorẽ habere non memíniſſe velit. Cedo quí in actu publico plæraq; in priuatas rationes non referat, nec velut fortunæ largiẽti publica, pãdendum eſſe priuatum ſinum putet, exemplo Lucullíano atq; etiam Gabiniano. Cedo deniq; quí ſimplicí innocentia & integritate, quam multiplicí lorica opum & propinquitatum aliarumq; neceſſitudinum tectus eſſe malit, non modo aduerſus vim aulícam & improbam, ſed etiam aduerſus legitimam & ciuilem. Poſtremo oſtẽde vnum ex iſtis vultuoſis & perſonatis, quí aliquando omnibus integumentis ſimulationum euolutum ſe vel amico & propinquo cognoſcẽdum dederit. Ita ne vero iſti a cõſpectu noſtro rapti, quum eos exceperint munia grãdiora, iubeãt non modo nos, ſed etiã honeſtatem, ac veritatem valere: quaſi vt in alienos mores (o maleficam vim Vertumni) ſic in aulicos immigrarit? & primos vitæ actus, quaſi obſides hominũ exiſtimationi datos, ætate iam vergẽte perfide deſtituãt? videãt quęſo etiam atq; etiã, ne id perinde eſſe credatur, atq; ſi maturam ſegetem laudũ ſuarũ, tædio ipſi vitæ cõpoſitæ tandem capti rępẽte (vt ſic loquar) inarare, vertereq; dicerẽtur. Atqui tales alí quando inuentos eſſe conſtat, quí dignitate vultus populo imponerent & oris probitate: vt nuces intus marcidæ ſpecioſo ſępe fallunt legentes putamine. Rurſus idẽ Sirah. cap. tertio & triceſimo. Pabulũ (inquit) & virga & ſarcinæ aſello, panis & inſtitutio & opus mancipio. Quorſum (inquis) hęc philoſophi dicta? nẽpe vt intelligatur virum ſapientẽ priore loco eorum ſocordiã figurate cõpellaſſe, quí ſibi ac propinquis impigrí & deſerti (vt cla-

Proceſſib⁹ ſuis inimic⁹ hoc modi, q eas artes negligit qbus hoies lo cupletãtur & creſcũt. Officinã ditis intelligẽdam arbitror eorũ hominũ ordinẽ q iis muneríb⁹ funguntur q̃ ad rẽ ærariã p tinẽt quorũ illa eſt functio vt ærariũ diſpenſent: ex ea cm̃ officina repẽte diuites p deũt q̃q̃ ẽt alludere videt ad orcũ, videlicet taxãs idiſtitutum vitę qđ plęrũq; ad orcũ deducere credit. Sacroſanctas aũt ęrarii pecunias (q̃smanubias quaſi pullatæ plebis ſpolia vocat) ideo ſacroſctas litera tis eſſe dicit, qa illas tãgere literatis nõ licet cum ſint i manu ipitorũ & iptãte q̃ſturas facientiũ. Seq̃ſtres itra ſepta, ſũt pxenetæ & internũciie medoq; officiorũ q intra aulę cãcellos igrediẽtes tesquaſi intra comitia pecunias p amicis ꝓmittũt ſuffragatorib⁹ & nũerant nundinantibus.

Dies comitiales sũt ea tẽporis momẽta quibus magistratus cõferũtur a principe.

rís innotuit exemplís)in causa tamen populari inuenti sunt infantes ac remissi,idq; eo tempore quũ eos gnauos esse,& facundos rerũ summæ interesset.Quibus aliquãdo ipsis eorumq; collegis, aut successoribus eam mentem darí velim,vt vel pulpito facessant(vt dicitur) vel dicenda inculcandaq; in tempore proloquantur. Alterum illud symbolum ad regum eruditionem proditũ esse censeo,vt crassis ac pigris ingeniis sordida ipsi munera reipub.& velut clitellas publicas iniungerent,exigua quoq; salaria geometrica proportione statuentes,vt Aristoteles docuit ratione pulcherrima eximios autem viros,quorũ industria solertiaq; rebus in arduis vti possent, primario vt pane alitos ad ingenua munia transcriberẽt, ingenuis ipsos artibus institutos,nec eos vitam agere sinerent ignobiles & abditos, qui ornamento reipub.& vsui esse possent.Ecquod est enim per superos immortales aut vtilius regni administrandi,aut splendidius instrumentum ad finitimas etiam & longinquas nationes refulgens,q̃ doctorum hominum multitudo,partim in comitatu regis agens,partim per varia reip.munia,distributa?Huiuscemodi enim scrinia(vt dicitur)pectoralia, optimos & potentissimos circunferre necesse est:quibus in ipsis ius,fas,& æquitatem omneq; genus ciuilis humaniorisq; doctrinæ condita ad vsum quotidianum habeant.At nunc is est reip.nostræ status,vt clitellæ generosis equis,instrataq; speciosa imponantur asinis.Proinde quum nec oculi,nec aures regis officium suum nunc agnoscant,& homines quidam in rebus suis acres, in republica & principis aut languidi,aut hebetes,nec deligere ipsi idoneos viros,nec hominum famam secundam aut incommodam satis explorare nouerint,quid causæ est tandem quin omnium in republ. perperam factorum crimina ad eos pertineant? & q; Francia male nunc audit atq; ignominiose ob doctorum sapientumq; penuriam,id iis in crimen verti debeat,per quos hic tales multos esse non licet? Quid si etiam eorum nõnulli prorsus docti & bonos, eorũq; dissimiles nouere, sed procul eos gubernaculis summouẽt,ne vel eorũ acta ad man? ipsi aspiciãt,aut in puppim fortasse admitti tandẽ velint?Manauit enim hæc opinio in omneis iam ordines:cordatiores ideo homines istos suspectos esse,q; prælucentem ipsi facem propius ad moueri rebus gerẽdis nolint.Certe vidimus huiusmodi non admissos in cõsortiũ,quũ vox id publica vociferatu summo,sed cõfuso flagitaret. Aut sgitur hoc fateãtur necesse est,amussim se albam in lapide albo esse, qui inter gnaros ignarosq; discerniculũ nesciant,aut nosse se quidẽ notę melioris homines,sed non tã scenæ & populo,aut etiã veritati se ꝓbare,q̃ potẽtię suę & cõmodis inseruire cõstituisse, principisq; senectuti aut infirmæ valetudini hactenus illusisse atq; imposuisse. Vtrumuis autem fateantur, paris erit impudẽtiæ.Etenim q satis secundas partes implere nequeũt,qua (malũ)fronte primas tenere cõtendũt? præsertim quũ tot egregios actores iter cuneos inerteis exactosq; sedere videamus,& decus scenæ proceres lõgissime submotos?eorũ si sagacitatem requirere nunc vacaret, aut id interesse rerũ magnopere arbitraremur, q̃ facile esset docere Franciã non modo oculis & auribus nostro caruisse tẽpore, sed(quod instar est monstri) ne olfactus quidem sensorium habuisse.Quam enim tandẽ cladem odorari ante potuimus

Precarius honor ẽ qui ad arbitriũ eius admittiturq; donauit.

Cõfusum vociferatum dicit,qa cũ oẽs hoc dicerẽt, nemo tñ palam actorẽ se libertatis ferre visus est.

Scenæ & populo seruire est rationem publicęfamę habere,& captare gratiã populi.

Inter cuneos sedere ẽ iter priuatos esse & honoribus non fungi.

In cuneis ẽm plebs promiscue sedebat & spectabat;

Decus scenę

aduentãtẽ,q̃ ab ea oppreſſi? quid ante prouidere,q̃ in oculos incurrit? Quẽ rumorẽ belli prius auſcultatu captare,q̃ oñia claſſicis perſonare viſa ſunt? Hunc ſtatum rerũ in Gallia vidimus,quo ſtatu res geſtas ſi quis olim memoriæ mandare ſtatuerit, eorum quidem quis lotis manib⁹ ſtilũ capeſſere ducereq; licebit: luculẽtum ſane argumentũ ſcribendi,copioſumq; habebit, & ex eo poſteritas intelliget,q̃ magnifice ſeſe nonnulli in rerum adminiſtratione geſſerint. Quis enim amans patrię,quũ paulo acriorem animũ ad hęc ſcribenda applicauerit,non hoc pręcipue docere contendat, & perſuadere: quod Francorum natio inuidia prius rerum in Italia proſperrime geſtarũ, deinde etiam odio & contemptu laborauit ob immutatũ rerum ſtatum euẽtu prope interneciuo,non id vitium gentis fuiſſe,quę tot ſeculis documentum ſtrenuitatis ſuæ dedit,comis & innoxię,vt quidem ſunt iura belli? ſed temporis fatalis,ſed ambitionis paucorum pręcipitis atq; inertis. Quã vniuerſę gentis ignominia expiari oportuit,vt exemplum ſęculis in poſterum proderetur,ſed quidlibet potius q̃ vniuerſæ gentis vel ſcelus vel erratum. Hę (vt arbitror) ſunt cauſæ quamobrem Francia latius atq; auguſtius imperium non habet,ne mirum ſit reputantibus cum amplum ei & magnificũ late imperitandi inſtrumentum ſemper fuerit, rerum tamen geſtarũ rationem & gloriã haud quaq̃ pro portione conſtare. Quare ſi moribus iam noſtris qui rerum ſummam tenent,tenebuntq; in poſterum, in diſquiſitionem conuentuũ aliquando principe pręſide vocarentur,nonnulli ſæpe qui naſutos ſeſe videri volunt,haud dubie (quod aiunt) apprime ſimi atq; ea parte deformes ab omnibus cernerentur. Proinde qui illorum ſunt adhuc ſuperſtites,ii maximopere laborare debent,vt præteriti temporis damna ſarciẽtes,publici etiam dedecoris diſcutiãt ſuggillata, vt quidẽ diſcuti poſſunt. Sic enim fiet vt vulgatæ opinionis & per omneis ordines peruagatæ ſentẽtia inducenda,a qua vix prouocare quiſq̃ poteſt: publicæ etiam ipſi famæ tympana ſonitu hilariore ac feſtiuiore pulſent. Ad hoc autem ideo alacrio re animo,ac ſpe meliore comparare ſe poſſunt,q; rebus geſtis genialis huius anni anſam ipſis deus retinendi gubernacula dedit,etiam cum laude nõ vulgari,qua occaſione vtinam & probe & ſolerter ipſi tantiſper dum licet & vacat vtantur,vt nobis aliquando argumentum palinodiæ detur. Multa alia reſtabãt eodem pertinẽtia. Sed me medios hęc actus intercinere memini. Sed hacten⁹ Hercules & Liber pater,vt eſt in prouerbio: vlterius etiã fortaſſe libertati Franciæ aqua fluere non videretur. Proinde velut animo iam recreato & inſtaurato regeſta indignitate, ipſe reuertar ad viam inſtitutam,quę adhuc magna reſtat. Romanarum Perſicarumq; opum commentationem excipiet Iudæorum mentio,quorum Reges Dauid & Solomon immanes diuitias poſſediſſe leguntur: quas eo magis leuiter excutiendas eſſe duxi,ne præuaricationis arguerer,q̃ q; explicandi de iis aliquid & ſtatuendi fidutiam cõceperim. Iuuabat & alioquin in eas res inquirere,quæ (vt vulgi eſt opinio) ſola ſacrorum ſcriptorũ auctoritate ſubnixa eſſe creduntur. Iã primũ igitur prioris Paralip. capii. & viceſimo Dauid ita loquẽs ad Solomonẽ inducit. Cõfortare & virilit̃er age,ne timeas, neq; paueas,ecce ego in paupertatula mea pręparaui impẽſas domus dñi,auri taleta cẽtũ

Conuentus Galliæ ſunt quos vulgo tres ſtatus vocant.

Inducere ſententiã eſt delere,& irritã facere.

Tympana publicę famæ pulſare eſt ita ſe in rerũ actu gerere,vt laudem & famam cõmodam mereantur.

Significat cõfugium regiũ De Iudæorũ opulentia.

míllia,& argentí mílle míllía talentū.Et ſecundí Regum.vííí.Et percuſſit Dauíd Adadezer Regem Soba,quādo profectus eſt,vt dominaretur ſuper flumen Euphratem.Venít quoq; Syría Damaſcí vt præſidium ferret Adadezer.Et percuſſít Dauíd de Syría.XXII.míllía Syrorum.facta eſt Syría Dauíd ſeruiens ſub tríbuto,& tulít Dauíd arma aurea quę habebant ſerui Adadezer,& detulít ea ín Híeruſalem.Líbro autē tertío Regū cap.x. Nō erat argentū,nec alícuíus precíí putabatur ín díebus Solomonís,quía claſſis Regís per mare cū claſſe Híram ſemel per tres annos íbat ín Tharſeís, deferens índe aurum & argentum. Et paulo ínferíus, Fecítq; vt tanta eſſet abundantía aurí & argentí ín Híeruſalem quanta & lapídū.Hac hyperbole ímmenſa aurí argētíq; vís fuíſſe ſignificatur ín theſaurís Solomonís.Vídímus ſupra ſummas Perſarum opes centum & octogínta míllía talentum fuíſſe poſt Darīū victum , quíbus oportet ſeptē míllía addere quæ Darius Ecbatanís fugiens ſecum ín tumultu rapuít,vt auctor eſt Arrianus , & íís rurſus coníectura addere ſumptū eíus belli.Híſtoría autem Regum dícit Dauíd habuíſſe argēti mílle míllía talentum,íd eſt decíes centena míllía, & aurí centum míllía, quæ mínima computatíone mílle míllía talentum argentí valent.Ita fit vt decíes maíores fuerínt Dauíd opes q̄ Darii.Exíſtímo autem & Perſicum talentum & Hebraícum ídem cum Babylonío fuíſſe talento:qua ratíone ſumma,ſexta parte augetur.Quare fídem res íllа habítura nō vídetur hominum quídem ſenſu,etíam ſi auctorítatí ſacroſanctæ íd creditur.Quanq̄ etíam magís íllud hyperbolícum vídetur quod Cteſías de Sardanapalo ſcrípſit,quí ducentís círcíter annís Solomonís ætatem ſecutus,morte ſua regnum Ayſſrıorū fíníuít. Aít enim eum Regem ab Arbace Medo obſeſſum fractís íam aduerſa pugna vírıbus,& victorię ſpe abſcíſſa,pyram ín regía ſtruxíſſe altítudíne pedum quadríngentorum,ín qua cubílía centum & quínquagínta poſuít aurea, totídemq; ex auro menſas. In medío autem pyræ contabulatíonem extruxít pedum quoquouerſus centenum.ín quo lectícas conſternandas cum curauíſſet,ſuperíorem contabulatíonís partem trabalí matería contexít, & latera crebrís valídísq; tígnís cínxít,íta vt exítus non pateret. Quo facto ípſe & vxor, & pallacæ varíís ín lectícís íacuerunt ín eo ędífício concluſi.In quod etíam ípſum aurí centíes centena míllía,argentí vero decíes tantundem congeſſit, íd eſt míllíes centena míllía talentum,quod ípſe myríadem myríadum appellat,íd eſt decíes míllena ín ſeſe multíplícata,vt antea dictum eſt:cum prętер eam ſummam líberís,quos ad Nínī Regem belli ínítıo míſerat,aurí talenta numero tría míllía dedíſſet.Super hís operíbus cum ínſtrumento regío multíplící,ac copioſa varietate díſtíncto,quum ípſe íta cum vxore & pellícíbus eíus recubuíſſet , pyram íllí ædífício círcundatam accendí per eunuchos, íd eſt amícorum íuratíſſímos iuſſit. Eos enim ſolos conſcíos conſilíorum extremorum fecerat.Quo facto ípſe cum íllís opíbus díebus quíndecím cō flagrauít,ſtupentíbus alíís prætер conſcíos.Fumus enim ín ſublíme conuolutus íngentís cuíuſdam ſacrífícíí opínionem faciebat, apud eos quídem quí extra regíam erant,

Sardanapalí pyra & opes.

Sardanapalí exítus.

ἐπισέγασι δὲ τὸ οἴκημα δοκοῖς μεγάλαις τε καὶ παχέαις,ἔπειτα ᾧ κύκλῳ πηξέσθαι πολλὰ ξύλα ἡμῆ παχέα ὥστε μὴ εἶναι ἔξοδον.ἔνθαῦτα πηξέσθαι μὲν χρυσίου μυριάδας

χιλίας, ἀργυρίου δὲ μυριάδας ταλάντων. νῦν ἱμάτια καὶ ποικίλας παντοδαπάς, ἕτερα ὑφάψαι ἐκέλευε τὴν πυρά. καὶ ἐκαίετο πεντεκαίδεκα ἡμέρας. οἱ δὲ ἐθαύμαζον ὁρῶντες τὴν καπνόν, νῦν ἐν ὄκνῳ αὐτὸν θυσίας ἐπιτελεῖν, ταῦτα δὲ μόνοι ἤδεσαν οἱ ἐωυτῶν. Redeamus ad Dauidem. Ioſepus libro ſeptimo Antiquitatum de eo loquens ita inquit, Reliquit autem Dauid diuitias tantas quantas nemo alius Regũ nec Hebræorum, nec aliarum gentium, κατέλιπε δὲ πλοῦτον ὅσον ἐκ ἄλλου βασιλεὺς ἐπ ἐξαί ων ἐπ ἄλλων ἐθνῶν. Ingentes autem pecunias in ſepulcro eius conditas fuiſſe dicit, & in Regum loculis qui magna arte conditi ita erant, vt non facile inueniri poſſent. Euſebius libro nono de præparatione euangelica auctor eſt Eupolemum ita ſcriptum reliquiſſe. Dauid Regem Syros & Phœnices vſq; ad Euphratẽ domuiſſe, Idumæos etiam & Ammonitas, Ituræos, Moabitas, Nabatæos, Nabdæos, Suronemq; Tyri ac Phœnicię Regem, bello ſubactos tributa Iudæis pependiſſe. Dauidq; petenti diuinitus locum fuiſſe demonſtratum quo loco ædificaturus eſſet templum. Sed cum ſanguine hoſtium & multis cædibus per bella varia impiatus, hoc facere non potuiſſet, q̃ maximum potuit apparatum feciſſe. Itaq; comparaſſe eum æris argenti, auri talenta non pauca, lapides etiam & ligna cupreſſi & cedri: nauesq; eum coegiſſe Melanis Arabiæ ciuitate, miſiſſeq; in inſulam Vrphen in Rubro mari ſitam metallis auri ſcatentem: vnde in Iudæam innumerabilia pene auri pondo delata fuiſſe. Dauid autem morientem regnum Solomoni filio tradidiſſe. Qui cum templum ædificaturus eſſet deo ita volente, literas ad Vaphren Aegypti Regem ſcripſiſſe hoc exemplo. Rex Solomõ Vaphri Aegypti Regi amico paterno ſalutem. Scito me a deo magno Dauid patris mei regnum accepiſſe. Cumq; mihi pater mandauerit templum deo condere, cœli & terræ conditori: vt etiam ad te ſcriberem addidit: peto igitur abs te vt artifices atq; fabros ad ædificandum templum dei mittere velis. Vaphrem autem inter alia hoc reſcripſiſſe. Ad ædificandum templũ dei fabros atq; miniſtros octuaginta millia hominum ad te deſtinaui. Dabis igitur operam vt recte atq; ordine viuant, & rebus neceſſariis non careant, temploq; dei condito incolumes ad nos redeant. Itidem cum Solomon ad Suronem Tyri Regem ſcripſiſſet, ſimile tulit reſponſum, & eundem numerum operariorum impetrauit. Et prẽterea architectum Tyrium matre Iudæa natum, virum in architectura ſummum. Congruit hoc cum eo quod dicitur tertio Regum, capite quinto, Vbi Rex Tyrius non Suron ſed Hiram appellatur. Ioſepus libro octauo Antiquitatum epiſtolam Regis Hiram (quem Iromum a Tyriis vocitatum eſſe dicit) & epiſtolam Solomonis ad eum, ad ſuam ætatem aſſeruatas eſſe affirmat, non modo apud Iudæos ſed etiam apud Tyrios. Libro autem primo contra Apionem gramma. Sunt inquit, apud Tyrios annorum multorum acta, quæ publica cura diligenter aſſeruantur, in quibus inter cætera hoc quoq; perſcriptum eſt, ꝙ Hieroſolymis templum a Solomone exædificatum eſt annis centum & quadraginta priuſq; Tyrii Carthaginem coloniam ædificarunt. Apparatus etiam conſtruendi templi in ea acta relatus eſt. Iromus enim Tyriorũ Rex amicus erat Regis noſtri Solomonis, ἀνεγράφη δὲ παρ ἐκείνοις ὁ τοῦ ναοῦ κατασκευὴ τοῦ παρ ἡμῖν. ἔρωμος γὰρ ὁ τῶν τυρίων βασιλεὺς φίλος ἦν τοῦ βασιλέως ἡμῶν σολομῶντος.

Dauid ditiſſimus Regũ omnium fuiſſe videtur.

Epiſtola Solomonis ad Vaphrẽ Aegypti Regẽ. Vaphris reſponſio.

Iromus Rex Tyri.

Pergit Eupolemus & rurſum ita inquit, Totum autem aurum quod in tem plo columnis & vaſis templi fuit conſumptum, quadragies ſexies centena millia fuiſſe: argenti vero ad clauos & alia inſtrumenta mille ducenta tri ginta duo talenta: æris vero in columnis, fornicibus ac cæteris, talenta de cem & octo millia: remiſiſſeq; omnes in regiones ſuas Phœnices ſimul & Aegyptios, decem auri talenta ſingulis data. Talentū autem dico (inquit) quod ſiclum appellat. Et Aegyptiorum quidem Regi oleum & mel ma gna quantitate miſiſſe: Suroni autem columnā aureā quę Tyri in tēplo Io uis cōſpicitur. Hæc interpretatio poteſt rem facere credibilem. Sed quod dicitur quadragies ſexies cētena millia non adiecto ſiclorū vel talētum, ne ſcio an librariorū ſit vitium. Grecū enim exemplar non vidi. Siclus inquit Hieronymus Ezechielis. iii. ſtater eſt hoc eſt drachmę quatuor. Exod. xxx. cap. ita legitur. Siclus. xx. obolos habet, media pars ſicli offeretur domino. Quod declarās Ioſepus lib. iii. Antiquitatū, Siclus (inqt) Hebræorū nomi ſma quatuor drachmas Atticas habet. Hac ratione ſi ſingulis operariis q centum & ſexaginta millia erant, deni ſicli dati ſunt, hoc eſt quadragenæ drachmæ, fiunt quater & ſexagies centena millia drachmarum. Ex quibus quatuor & ſexaginta millia pondo fiunt, eo numero per centenariū diuiſo. Fiunt hęc mille ſexaginta ſex talenta & quadraginta auri pondo, quæ æſti matione noſtra (in ſingulas enim libras centenos & duodenos aureos ſola tos & ſemiſſem numeramus) bis & ſeptuagies centena millia ſolatorū va lent: cum fuerit illud aurum nullo alio metallo concretū. Quæ ſumma ſi in opficū mercedē impenſa eſt præter ſumptus cibariorū, quo euaſurā æſtima tionem operis cum inſtrumēto ſacrificali & ornamentis templi putamus? Nempe ad infinitū viſum iri neceſſe eſt, ſi quis apud Ioſepū vaſa templi le gerit. Quod ſi ita ponamus ſummam ſuperiorē vt quadragies ſexies cente na millia ſiclorū fuerint in templo conſumpta, hęc ſumma iam paulominus quadruplicato creſcet. Sedecies enim centena millia ſiclorū operariis data ſunt, quę ſexaginta quatuor millia pondo efficiunt. Quę ſi ternario multi plicentur fiunt duodequinquagies centena millia ſiclorū, quæ in ornatū & ſupellectilē cedunt. Cum Eupolemus ſcripſerit ſex & quadraginta millia ſi clorum auri, in templi inſtrumentū ornamentumq; abſumpta fuiſſe, quibus nos ducēta millia addidimus, vt ſūma quadruplicato creſceret. Quod ſi uni uerſam ſummā exacte collegeris, bis & ſexagies centena millia ſiclorum in duobus iis capitibus inuenies. Quæ ducenties quadragies octies centena millia drachmarum valent. Hæc ſi centenario partiantur, ducenta quadra ginta octo millia pondo auri in ſumma efficiuntur. Quæ vt in ſingula pon do aureos centenos ſtatuamus, ducenties quadragies octies centena millia aureorū valent. Sed quoniā aurum fuit obryzum vt diximus, ſi in ſingula pondo rurſus duodenos aureos & ſemiſſem addamus: fient in ſumma ducen ties ſeptuagieſnouies centena ſolatorū millia. Quibus addere oportet mil le ac ducentorum talentum argēti eſtimationē. Forāſſe expeditior erit cal culus hoc modo. Ducenta quadraginta octo millia pōdo auri, quatuor mil lia centū & triginta tria talenta efficiunt, & viginti auri pondo. quę duo decies totidem argenti talenta valent, id eſt vndequinquaginta millia &

Talentū pro ſiclo.

Siclus.

Templū Solomonis incredibili ſumptu extructū inſtructumq;

ſexcenta talenta.Hęc ducenties nonagieſſepties centenis &.LX. millibus aureorum coronatorũ valent.Et hęc ſumma ſuperiori conueniet,ſi ad ſolatorum millia reducatur.Addit Eupolemus mille aurea ſcuta a Solomone fuiſſe facta.In.iii.autem Regũ cap.x.ita legitur.Fecit quoq; Rex Solomõ ducenta ſcuta de auro puriſſimo.ſexcentos auri ſiclos dedit in lamina ſcuti vnius,& trecentas peltas ex auro probato,trecentęq; minæ auri vnam peltam veſtiebãt,poſuitq; eas Rex in domo ſaltus libani.Per hoc intelligimus in ornatũ templi ſcuta aurea non ceſſiſſe & accedere ad quantitatẽ auri ab Eupolemo poſitã.Peltam autẽ ſcutũ eſſe breue nemo eſt qui ignoret Virgilio dicẽte,Ducit Amazonidũ lunatis agmina peltis.Aut hic locus igitur mẽdoſe legitur,aut Ioſep⁹ & Hieronymus nõ recte ſiclũ interpretati ſunt. Deinde trecẽtę minę Atticę paulo plus ducentis vigintiquinq; libris noſtris zygoſtaticis valent,tantũ autem pondus vix gigas ſiniſtra manu verſaret.Plinius inter miracula roboris refert Fuſiũ Saluiũ duo pondera centenaria pedibus,totidẽ manibus,& ducenaria duobus humeris contra ſcalas tuliſſe.At libra noſtra quadrãte maior eſt Romana.Hodie iuſtum pondus baiularium centum & ſexaginta pondo eſſe dicunt.Poſtremo nec ſcuta nec peltæ ſolido auro conſtabãt:ſed intus ligno,quod laminæ aureæ conueſtiebant:apud Ioſepum lib.octauo,non trecentę minę ſed tres leguntur.Capite autem prędicto tertii Regum ita legitur, Egrediebatur autẽ quadriga ex Aegypto ſexcentis ſiclis argenti,& equus centum quinquaginta. Atq; in hunc modũ cuncti Reges Syriæ equos vęnundabãt,cẽtenos quinquagenos ſiclos in ſingulos equos preciũ ſtatuit ſeu ſexcenas drachmas,id eſt nũmo noſtro ſexagenos aureos coronatos,quo fit vt quadrigæ, id eſt quaterni equi iugales quatuor & viginti libris conſtiterint, quę ducentis & quadraginta coronatis æſtimari poſſunt.Ex precio hodierno intelligimus probabile id precium fuiſſe , vt negociatores Solomonis equos in Aegypto & in Syria ſexagenis coronatis emerint.Sępe enim(vt teſtatus ſum)per anticipationẽ loquor quaſi iam tunc aurei noſtri fuerint,vt expeditius defungar eo quod inſtituí.Liuius lib.primo,Ita pedeſtri exercitu ornato diſtributoq; equitũ ex primoribus ciuitatis duodecim ſcripſit centurias, ad equos emendos dena millia æris ex publico data, & quibus equos alerent viduæ attributę,quę bina millia æris in annos ſingulos penderent.Hoc dictũ ita accipio ac ſi centenos illic coronatos dixiſſet, & hic vicenos. Exiſtimo autem vnũquenq; equitẽ binos equos habuiſſe. Dixit enim Liuius ad equos emendos dena millia,quibus verbis ſignificat vnũquenq; equitẽ equos habuiſſe non equum tantummodo.Ita precium equi quinquaginta aurei coronati fuerũt priſco illo ſeculo,& ſumptus annuus decẽ aureis ęſtimatus.Syriã autẽ equis abundaſſe ex Strabone intelligimus libro decimoſexto. Tradit enim Pellam vrbẽ Syrię fuiſſe a ſucceſſoribus Alexandri appellatã de nomine Pellæ quę patria fuit Alexãdri.Poſtea aũt Apamia dicta eſt.Iuxta eam locũ eſſe cãpeſtrem quem Orontes fluuius cum lacu quodã cherronẽſum efficit.Ibi locũ fuiſſe recenſendo exercituí. & Hippothrophiũ pulcherrimũ hoc eſt locũ equitio alendo deſtinatũ.In eo fuiſſe equas regias numero ſupra.XXX. millia . admiſſarios autẽ equos trecẽtos, ibidẽ & equiſo-

Pelta.

Hippothrophiũ memorabile.

ſuperíus cítato. Quę duo exempla índícant antíquum loquẽdí morem, qua-
lis eſt etíam hodíe apud nos, cum dícimus mílle míllía aurí. Vt ením hac
locutíone mílle míllia aureum íntellígímus, ſic íllí mílle míllía ſíclorum
aurí ſígnificabãt, vídelícet quod ſícli pódere apud eos nũmus aureus percu
retur vt apud Athenieñ. & Macedones ſtaterís. í. quaternarũ drachmarũ.
Quo factũ eſt vt ſtater pro aureo accíperetur, vt etíam apud Perſas. Huíus
opínionís argumentũ ducítur ex verbís quę ſequũtur, Argentí (ínquit) ad
clauos & alía ínſtrumenta mílle ducẽta trígínta duo talenta. ærís vero de-
cem & octo míllía. ſic ſíngulís opíficibus dena talẽta data, íd eſt denı ſíclí
Talentum nummariũ. vt ípſe ínquit. Talentũ ergo nummarıũ Hebræorũ tetradrachmũ erat. A-
Talentum põderale. thenienſíum vero duodenarıũ erat, íd eſt ternorũ ſtaterum. Síc apud nos ín
Libra aurí ar gentiq; terdum líbra nummaría eſt vígíntí ſolídorũ. Síc ín volumínibus íurís non
vbíq; aurí argẽtíq; líbra eodẽ modo exaudíenda. Círca Iuſtíaní Auguſtí tẽ
pora líbram aurí ſtaterẽ aureũ fuíſſe exíſtímo, nõ magní põderís, ín. l. Quo
níã íudíces, ſub título de appellatí, Síquís (ínqt ídẽ Auguſt.) magíſtratus
appellatíonem ſuſcípere recuſauerít, trígínta pondo aurí cogatur largítío
nibus noſtrís ínferre, trígínta alía eí⁹ offícío ítídẽ ſoluturo. Et ſub título
de fundís patrímonialíbus líbro vndecímo eíuſdẽ Codícís. Theodoſíí lex
íta ınquít, Huíus legís temeratores quínquagínta líbrarum aurí pœna co
hercentes: tam vídelícet petítorem q̃ offícíum quod petítíonẽ concedít ad-
Stater. mítti. Officiũ eíus magíſtratus τῶν τάξιν vocat, hoc eſt apparítores, ſcríbas,
& quoſcunq; mínıſtros publícos. Híc ſtater autem nunc pondo, nunc líbra
dícítur, vt ín. l. Ordínem, ſub título de Conſulíbus líbro duodecímo, & ín
. l. Omnes de metalís, cẽtum líbrarum aurí mulcta. At líbro prímo de mo
do mulctarum, íta legítur, Illuſtres víros præfectos prætorío cum pecca-
tum grauíſſímũ erít vſq; ad quínquagínta líbrarũ aurí mulctam peruenírę
fínímus. At eodem ſub título, Arcadíus & Honoríus íta ſancíũt, Eos q or-
dínarío íure prouíncías moderãtur, vltra duarum vncíarum aurí mulctam
condemnare non patímur: Proconſularem vero poteſtatem, ſí mulctandí ne
ceſſítas ímmínebít, ſenarum vncíarum aurí ſumma cohíbebít. Híc dubítes
fortaſſe vtro modo líbras aurí quínquagínta íntellígere debeamus. Símílí
ter líbra argentí vel nomíſma fuít, vel paucarum drachmarũ æſtímatío ín
. l. Ab executíone, quorum appell. non recípíuntur. Sciant autem, ínquít,
prouocatores, ſí eos perperam íntẽtíonem cognítoris ſuſpẽdíſſe claruerít,
quínquagínta líbrarum argentí anímaduerſíone mulctandos. Et ítídem ín
. l. ſequentí: rurſus ín lege vníca de grege domínico líb. x. Líbra aurí pro
duodecím vncíís accípítur, & ín capíte Prævaricatíonís, ſub título de prę
uaricatoríbus ín Pandectís. Ponderale vero & líbrale Hebræorum talen-
tum, Babylonítum fuíſſe puto, vel potíus Aegyptíum, qualía erant aurí ta-
Tharſeis ín- ſula. lenta quæ ex Ophír ínſula afferebantur, quam Vrphen Eupolemus Græ-
cus auctor appellat. Tharſeís ſunt apud Græcos qui Indícam gentem fuíſ
ſe putent. Alíí Carthagínem ſic appellatam ab Eſaía putant. Quod de vr-
be ípſa a Dídone ædíficata íntellígí non poteſt: cum Ioſepus dícat poſt
Solomonem centum & quadragínta annís condítam eſſe a Tyrís Cartha-
Regina Saba. gínem. Saba autem regío fuít Aethíopíæ. Regína autem quæ ad Solo-

monem venit,& Aegypto & Aethiopiæ imperauit, vt Ioſepus tradidit. Sabæi populi ſunt Arabiæ felicis. Sunt & oppidani Sabæi, a Sabis oppido magno dicti, vt auctores ſunt Strabo,& Stephanus de vrbibus. Eſt prę terea Saba portus in Aethiopia. Strabo libro decimoſexto, ἔστα λιμὴν σαβά, ἢ κωμήγιον ἐλεφάντων ὁμώνυμον αὐτῷ. ἔστ ὧν βάθα τούτων χώρα τετεσὶς λέγεται. ἔχουσι δ' ἀνατολὴ δὲ ἧς ἅμμιτίχυ φυγάδες αἰγυπτίων, βασιλεύονται δὲ ὑπὲς γυναικός, ὑφ' ἣν ὄζει καὶ ἡ μερόη πολισίον τῶν τόπων τούτων ὧν τῷ νέλῳ ὅσα νῆσος, Poſtea portus Saba, & venatio elephantorum, locus a re ipſa appellatus. Poſt hæc regio interior quæ Teneſis dicitur, quam obtinent exules qui quondam a Pſammitícho Rege Aegypti aufugerunt, imperio parent fœminæ, quæ regina eſt Meroes inſulæ non longe abhinc ſitæ, in Nilo flumine. in cuius ditione alia eſt inſula non longe ab iis locis ſita in eodem flumine, & ab exulibus habitata. Ex his verbis planum fit vnde fuerit regina quæ Solomonis fama excitata in Paleſtinen venit. Meroe inſula eſt quam Nilus efficit, vt inquit Plinius, & vrbs eodem nomine quam Aethiopicam eſſe Stephanus dicit, & Strabo libro decimoſeptimo, regiam eſſe Aethiopiæ, ἔστι δὲ τὸ μέγιστον τῆς αἰθιοπίας βασίλειον ἡ μερόη πόλις ὁμώνυμον τῇ νήσῳ, Eſt autem maxima Aethiopiæ regia Meroe vrbs eodem nomine quo inſula. Locorum autem vocabula quæ in literis ſacris leguntur, apud hiſtoricos non agnoſci in cauſa eſt, q̃ ſcriptores Græci ab idiomate Hebraico verba deflexerunt, vt ſermoni ſuo accommodarent. Deinde Plinius libro ſexto de nauigatione ab Alexandria in Indiam loquens, ita inquit, Quæ omnia gentium portuumve, aut oppidorum nomina apud neminem priorum inueniũtur, quo apparet mutari locorum ſtatus. Ingentes vero tunc opes in orbe fuiſſe argumento eſſe mihi videtur aurei ſæculi appellatio ſub Saturno. Saturnus autem in Italia ante Troianum bellum centum ferme annis regnauit. Et Dauid in Iudęa poſt Troiam captam totidem prope annorum ſpatio, vt colligimus ex Chronicis Euſebii. Lactantius tamen libro primo, Belum qui ab Aſſyriis colebatur, trecentis annis bellum Troianum præceſſiſſe contendit: & ei æqualem fuiſſe Saturnum. Cui congruit illud quod libro quinto dicit, Poſt Saturni tempora cultum ſimulacrorum inſtitutum, ideoq; tunc iuſtitiam veram fuiſſe, cum Deus verus & vnus coleretur. Porro regnum Aſſyriorum antiquiſſimum omnium regnorum fuiſſe conſtat. Cuius quadringenteſimo & ſecundo anno Belucho Rege octauo regnante Moſes populum domínicum eduxit ex Aegypto. Auctor Euſebius libro decimo, de præparatione euangelica. Libro autem nono, Alexãdrum Polyhiſtora cognomine, id eſt multiſcium dictum in libro quem de Iudaica hiſtoria conſcripſit: auctorem eſſe affirmat, temporibus Ioachim Regis Hieremiam vaticinio functum eſſe, & propter cultum Baal Iudæis cladem prædixiſſe, & q̃ ad Tigrin & Euphratem ab Aſſyriis capti opera eſſent facturi. Quod cum Nabuchodonoſor Rex Babyloniorum audiuiſſet, Stibare Medorum Rege in auxilium accerſito, centum & octuaginta peditum, equitum centum & viginti millia, & decem millia curruum duxiſſe in Iudæam. Samaritanas primum omnes vrbes, Galilæam Scytopolim & Galatidem euertiſſe, deinde Hieroſolyma, Ioachimq; Iudæorum Regem viuum cepiſſe, aurumq; argentum & æs, cę-

Meroe.

Vocabula locorum in literis ſacris ex aliis ſcriptoribus nõ agnoſcuntur.

Aureum ſæculum.

Belus.

Regnũ Aſſyriorum.

Alexander Polyhiſtor.

Nabuchodonosor.

teraq; omnia quę in templo erant ornamenta arca excepta & tabulis, Babylonẽ abstulisse. Postea cum Nabuchodonosor mœnia Babylonię ædificare cœpisset: morbo correptus diem obiit. Cui filius successit qui propter morum nequitiã a sororis suę viro insidiis exceptus, altero anno regni sui sublatus est. Cui rursus cũ filius successisset, nono mẽse iisdem insidiis petitus Nabonidam successorem habuit, qui Babylonię muros secundum amnem latere ac bitumine extruxit. quem Cyrus aliquanto post Babylone capta cepit. Alpheũ autem de Assyriis & Nabuchodonosore hoc modo scripsisse dicit, Nabuchodonosorẽ Hercule robustiorẽ fuisse, vniuersamq; Libyã, Asiamq; vsq; ad Armenios subegisse. Quem Chaldęi dicunt cum in regnũ rediisset, furore diuinitus captum magna voce exclamasse, O Babylonii futuram vobis calamitatem prænuncio, quam nec Belus ipse nec vis vlla deorum auertet. Veniet Perses semiasinus, id est mulus, qui vobis afferet seruitutem, quibus dictis repente e medio excessit. Hęc est summa historię Alexandreę de Nabuchodonosore, quã Eusebius pluribus verbis refert. Quarti Regum. xxiiii. legimus Nabuchodonosorem Babyloniorũ Regem direptis Hierosolymis Regem ipsum Ioachim & familiã regiam cum thesauris & apparatu instrumẽtoq; templi aureo a Solomone cõparato & fabrefacto, secum in Babylonẽ abstulisse. Astipulatur & Iosepus in libro decimo Antiquitatum, Videamus nunc de Cyro, & audiamus pręconium Talthybii summi Regis, id est Esaiæ vatis, quo nullum potest esse maius testimonium. Hęc dicit dominus Christo meo Cyro cuius apprehendi dexteram, vt subiiciam ante faciem eius gentes, & dorsa Regum vertam, & aperiam coram eo ianuas, & portę non claudẽtur. Ego ante te ibo, & glorioſos terrę humiliabo: & dabo tibi thesauros absconditos, & arcana secretorũ, vt scias quia ego dominus accinxi te, & non cognouisti me, & reliqua. Hoc Esaias cap. xlv. quod autem de Babylone intellexerit, cap. xlvii. planũ facit. Sed tace, & intra in tenebras filia Chaldæorum, quia non vocaberis vltra filia regnorum. Iratus sum super populum meum, contaminaui hæreditatem meam, & dedi eos in manu tua. Non posuisti eis misericordias: dixisti, In sempiternum ero domina: & reliqua ad eundem sensum effata a fatidico illo viro & entheo, id est spiritu diuino perfuso. Herodotus libro primo expeditiones Cyri scribens Nitocrin reginam aggerem circa Euphratem duxisse dicit, & crepidinem superstruxisse, timentem ne aliquando vrbs a Medis caperetur, quos imperio Asiæ imminere intelligebat. Cyrus autẽ (inquit) cõtra filium eius nomine Labynitum expeditionem suscepit, qui matri in regnum Assyriorum successerat, ὁ δὲ δὴ κῦρος ἐπὶ ταύτης τῆ γυναικὶ ἐν παῖδα ἐσγατόκιτον, ἔχοντά πε τὸ πατρὸς τὸ ἑωυτοῦ τὸ οὔνομα λαβυνίτου, καὶ τὴν ἀσσυρίων ἀρχήν. Hũc autem Cyrum Herodotus Regẽ magnũ appellat, a quo Reges Persarũ Megalos basileas, id est Reges magnos appellari se voluerunt, vt mirum non sit magnũ eum Regẽ esse factum cuius dominus dexterã recturũ se prædixerat. Verũ & Assyrię & Medię regna ī Persas esse victoria Cyri, translata nemo ignorare potest qui Herodotũ aut Iustini breuiariũ legerit. Hęc testimonium perhibẽt dicto Pliniano lib. xxxiii. Equidẽ (inquit) miror populũ Romanum victis gentibus in tributo semper argẽtum imperasse non aurum,

Talthybius domini.

Talthybius Agamennonis caduceator, a quo Talthybiadæ apud Herodotum, eius posteri.

Magni Regis Persarũ.

ſicut Carthaginí cum Annibale victę. Nec poteſt víderí penuría mundí íd eueníſſe. nam Mídas & Crœſus ínfinítum poſſederant. Iam Cyrus deuícta Aſia pondo. XXXIIII. míllía ínuenerat, præter vaſa aurea aurumq; factum, & ín eo folia ac platanum vítemq;. Qua victoría argentí quíngenta míllía talentorum reportauít, & craterē Semíramídís, cuíus pondus. XV. talenta collígebat. Talentum autem Aegyptíum pondo octogínta capere Varro tradít. Iam regnauerat ín Colchís Galauces & Eſubopes, quí terrā vírgínem nactus plurímum argentí auríq; eruíſſe dícítur ín Suauorū gente, & alíoquín velleríbus aureís ínclyto regno, ſed & íllíus aureæ camerę & argenteæ trabes narrantur, & columnæ atq; paraſtatícæ, víctο Seſoſtrí Rege tam ſuperbo, vt prodatur annís quíbuſq; forte Reges ſíngulos e ſubiectís íungere ad currum ſolítus, ſicq; tríumphare. Hís verbís apparet Cyrum maíores multo opes relíquíſſe q̄ quæ legantur ínuentæ ab Alexādro. Nec mírum cum & Lydíorum opes & Iudæorum habuerít, quas Chaldæí e templo abſtulerant. quod de Nabuchodonoſore díxímus ex Alexandro Polyhíſtore confírmat Ioſepus líbro prímo contra Apíonem hís verbís, περὶ τούτων γὰρ συμφωνεῖ φιλόστρατος ἐν ταῖς ἱστορίαις, μεμνημένος ἐπὶ τύρου πολιορκίας, καὶ μεγαθένης ἐν τῇ πατρίᾳ τῶν ἰνδικῶν. φησὶ δὲ καὶ ἡρακλέα παρεῖναι τὸν περσικὸν βασιλέα τὸν βαβυλώνιον ἡρακλέους ἀνδρείας καὶ μεγέθει διαφέροντα. καταστρέφεσθαι γὰρ αὐτὸν φησι καὶ λιβύης τὴν πολλὴν καὶ ἰβηρίαν. Hís ígítur aſtípulatur Philoſtratus ín híſtoríís, quo ín loco Tyrí obſídíonís memínít. Et Megaſthenes ín quarto volumíne Indícarum rerum, vbí oſtendere contendít prædíctum Babylonium Regem & fortítudíne Herculem & magnítudíne præſtítíſſe: quíppe quí Líbyæ bonam partem ſubegerít & Iberíam. Relíqua autem omnía pene eadem ííſdemq; nomíníbus relata quæ apud Alexandrum. Strabo líbro decímoquínto círca príncípíum Nabocodroſorum vocat eum Regem. Huíc dícto (ínquít) Megaſthenes conſentít dícens antíquís Indorum híſtoríís fídem nullam habendam. Nec ením ab Indís vnq̄ emíſſam expedítíonem, nec ín Indíam quenq̄ alíunde cum exercítu penetraſſe víctorem: præter Herculem, Líberum patrem & nuper Macedonas. Nam Seſoſtrím Aegyptíum & Thearchonem Aethíopem vſq; ín Europam progreſſos aít. Nabocodroſorum autem quí a Chaldęís ſupra Herculem cōmendatur, vſq; ad columnas exercítum admouíſſe. ναβοκοδρόσορον δὲ τὸν πρὸ χαλδαίοις δυσκιμήσαντα ἡρακλέους μᾶλλον, καὶ ἕως στηλῶν ἐλάσαι. Tantas ígítur opes Dauíd & Solomon cumulaſſe dícuntur quantas alius nullus Regum. Legímus autem cap. vííí. & .x. ſecūdí líbrí Regū, Dauíd Syros oēs ſubegíſſe vſq; ad fluuíum Euphratē, & arma aurea ſpolíaq; opíma eís ablata Hieroſolyma comportaſſe, tríbutaq; Syrís íníunxíſſe. Magnítudíní autem Iudaící ímperíí conſentanea eſt reí mílítarís cōſtítutío ín duodecím phalangas vel cohortes menſtruas díſtríbuta, quæ ſíngulę cohortes vícena quaterna míllía mílítum habebant: quarum deſcríptío legítur líbro altero Paralípo. cap. xxvíí. Quanta autem fuerit Syría Plíníus hís verbís docet líbro quínto de Arabía loquens, Iuxta Syría líttus occupat, quondam terrarū maxíma & pluríbus díſtíncta nomíníbus. nanq; Palęſtína vocatur, qua contíngít Arabas, & Iudæa & Cæle: deín Phœníce: & qua recedít íntus, Damaſcena: ac magís etíamnum merídíana, Babylonía:

Seſoſtris Rex ſuperbus.

Nabocodroſorus.

Opes Dauid & Solomonis & eorum ímperium.

Syría terrarū maxíma.

& eadem Mesopotamía ínter Euphratem & Tígrin: quaqꝫ tranſit Taurum Sophene: citra vero etiã Comagene: & vltra Armeniã Adíabene, Aſſyría ante dícta: & vbí Cílícíam attíngít, Antíochía. Quí ſubtílíus díuídũt circũ Euphratẽ, Syríam Phœnícen volũt: & eſſe orã maritímã Syríę, cuíus pars ſit Idumęa & Iudęa: deínde Phœnícen: deínde Syríã: íd quod præíacet, mare totum Phœnícíum appellatur. Ipſa gens Phœnícum ín gloría magna líterarum ínuentíonís & ſíderum, naualíumqꝫ ac bellícarũ artíum. Síc ín exemplarıbus legítur luculento vno errore. Cuíus a vetuſto líbro admonítus ſum: quí ením fíerí poteſt, vt círca Euphratẽ Syría Phœníce vocítetur? Síc ígítur hunc locum lego, quí ſubtílíus díuídunt círcunfundí Syría Phœnícen volunt, vel círcũfundí Syríam Phœníce volunt, hoc ſenſu, vt Phœnícía vndiqꝫ círcunſcríbatur Syría. eſſe ením primum oram maritímã Syríæ ab Arabía, cuíus pars ſit Idumæa & Iudæa: deínde Phœnícen: deínde rurſus Syríam, qua ſcílícet vergít ad Antíochíam: íntrorſus autem Syría Damaſcí claudí Phœnícen. Strabo líb. xvi. Syrorũ, ínquít, nomen tendere vídetur a Babylonía vſqꝫ ad Iſſícum ſínum, & ab hoc olím vſqꝫ ad Euxínum. Et paulo ínferíus, Quí de Syrorum ímperío ſcríbunt, cum Medos a Perſis euerſos dícunt, Syros autem a Medís, nullos alíos Syros íntellígunt q̃ quí Babylonem, ac Nínum regní caput effecerunt. De bonítate autem ſolí terrę Iudęæ Ioſepus líbro prímo contra Apíonem íta ínquít, Hecatæus vír Abderítes philoſophus ſímul, & círca vítæ actíones índuſtríus, Alexandrí Magní æqualís cum quo etíam floruít, & poſtea cum Ptolemæo Lagí conuerſatus eſt. Híc líbrum de Iudæís accurate conſcrípſit. Cuíus ſummam collígens Ioſepus, Híc ídem (ínquít) magnítudínem regíonís quam íncolímus & pulchrítudínem prodídít. Síquídem ad trícíes centena míllía arurarum optímí & feracíſſímí ſolí íncolunt íllí, ínquít. hís ením fínibus Iudæa patet, ὁ δὲ λυπὸς ἔτος ἀπὸ ἡλὶ τὸ μέγεθος φησὶ χώρας ἣν κατοικοῦμεν, ἡλὶ τὸ κάλλος ἱσόρκεμ. τριακοσίας γὰρ μυριάδας ἀροτρῶν σχεδόν φησὶ ἀρίστης καὶ πολυφορωτάτης χώρας νέμονται φησὶ. ἡ γὰρ ἰουδαία τοσούτη πολλαπλάσιός ἐστιν. Arura menſura eſt apud Græcos quínquagínta pedes capíens, vt ínquít Suídas, íd eſt octo vlnas & triẽtem, vel paſſus decem. íta vt vlnam pro ſenís pedíbus, & paſſum pro quínís accípíamus. De vrbe autem ípſa íta ínquít, Sunt autem Iudæorũ caſtella multa & vící per regíonem ſparſí. Vna autẽ vrbs munita, ambítu ferme quínquagínta ſtadíorum, quam íncolunt hominum círcíter centum & vígíntí míllía, Híeroſolyma vocant, ἔστι γὰρ ἰουδαίων τὰ μὲν πολλὰ ὀχυρώματα κατὰ πολὺ χώραν ἡλὶ κῶμαι. μία δὲ πόλις ὀχυρὰ πεντήκοντα μάλιστα σταδίων πολὺ περίμετρον. ἣν οἰκοῦσιν ἀνθρώπων περὶ δώδεκα μυριάδες, καλοῦσι δ' αὐτὸν ἱεροσόλυμα. Verba ſunt non Ioſepí, ſed Hecataeí, vt neſcías an ídem Ioſepus ſenſerít. Strabo líbro decímoſexto Moſen refert ex Aegypto multítudínem ſecum hominum numeroſam eduxíſſe, cũ eís perſuaſiſſet Aegyptíos ſacerdotes nõ recte de díuínítate ſentíre, & colendum eſſe Deum vnum ſub nulla effígíe, & relíqua eodẽ pertínentía. Deínde íta ínfert, ποιαῦτα λέγων ἔπεισεν ὀλιγώμονας ἄνδρας ἐκ ὀλίγου, ἡλὶ ἀπάγαγεν ἐπὶ τὸν τόπον τοῦτον ὅπου νῦν ἐστὶ τὸ ὑπ' αὐτῶν τῆς ἱεροσολύμοις κτίσμα. κατέχει δὲ ταδίως ἐκ ἐπίφθονον τὸ χωρίον, διὸ ὑπὲρ ἐ ἐπολεμησάμενοι μαχέσαντο. ἔστι δὲ περιῳκισμένον, ἔυυδρον, πολὺ δὲ κύκλῳ χώραν ἔχων λιπαρὰν ἡλὶ ἄυυδρον, πλὴν δ' ὅσης ἑξήκοντα σταδίων ἡλὶ ὑπόπεδον. Hæc autem (ínquít) cum dí-

Plíníí locus.

Solum terræ Iudeæ.

Artura.

Hieroſolyma

ceret homines bona mente non ſane paucos facile in ſuã ſententiã adduxit, vt ſe in eum locũ ſequerentur, vbi nũc condita ſunt Hieroſolyma. Quippe locum facile obtinuit, quem inuidere ei nemo iure deberet, nec cuius gratia certamen magnopere excitari poſſet: vtpote qui petroſus ſit, & aquis ſcatens, cum omnis in circuitu regio ieiuna ſit & ſiticuloſa: intus ad ſexaginta ferme ſtadia lapidoſa. Et rurſus inferius, Primus pro ſacerdote Regem ſe fecit Alexãder: cuius filios Hyrcanum & Ariſtobulum Pompeius ſuſtulit, atq; eorum munitiones ſubuertit, ipſaq; in primis Hieroſolyma vi capta ſunt. Ea munitio petroſa erat ac bene ſepta. interius aquis abundans, exterius prorſus arida, foſſam habebat in ſaxo exciſam ſexagenũ pedum altitudine, latitudine ducenum & quinquagenum. Pompeius vrbem cepit obſeruato ieiunii die, cum Iudæi omni opere feriati eſſent. Completa enim foſſa ſcalas muris admouit, καπλάβετο δ' ὥς φασι τηρήσας τὴν τῶν νηστείας ἡμέραν ἡνίκα ἀπέχονται οἱ Ἰουδαῖοι πάντος ἔργου, πληρώσας τὸν τάφρον, καὶ ἐπιβαλὼν τὰς διαβάσεις. Hæc verba Strabonis conſentanea non ſunt iis quæ ex Hecatæo Ioſepus dixit. Neq; vero magnopere mirandum res geſtas Hebræorum, eorum mirificas opes, nec Græcis nec Latinis ſcriptoribus teſtatas eſſe. In cauſa enim multa eſſe potuerunt. Primum q; Iudæorum res geſtę, & Græcorum hiſtoriæ in idem tempus non inccurrunt. A tẽpore enim Moſis ad Troianum bellum octingentos amplius annos intereſſe Euſebius auctor eſt: laudato etiam auctore Porphyrio, Homerum vero & Heſiodum multo recẽtiores Troiano bello fuiſſe conſtat. Linus autem & Orpheus, Muſæus, Phemius & Ariſteas Proconneſius, vt ante Homerum ſcripſerunt, ſic eorũ antiquiſſimus vna aut ſummũ altera generatione Troianum bellum præceſſit. pleriq; Troiani belli æquales fuerunt, omnes hi poetæ. Ioſepus tamen nullum ſcriptum opus apud Græcos extare dicit, quod quidem in cõfeſſo ſit vetuſtius Homeri poeſi eſſe. Cyri autem temporibus, cuius auſpiciis templum reſtitutum eſt euerſo Chaldæorum regno, ſeptem Græcorum ſapientes fuerunt, vt auctor eſt Euſebius libro decimo, de pręparatione, quo tempore velut incunabula orientis philoſophię fuerũt. Herodotus autem trecenteſimo anno vrbis Romæ conditæ hiſtoriam condidit Thuriis in Italia, vt auctor eſt Plinius libro duodecimo. Cuius ſcripta Strabo non hiſtoriam ſed mythiſtoriam, hoc eſt hiſtoriam fabularem exiſtimari voluit de eo ſic loquens libro vltimo, πολλὰ δ' ἡρόδοτός τε καὶ ἄλλοι φλυαροῦσιν, ὥσπερ μέλος ἢ ῥυθμὸν ἢ κῶμα ἢ τῷ λόγῳ τὴν πρατέαν προσφέροντες. Multa vero Herodotus, & alii quidã nugarum plena ſcripſerũt, velut cantus illecebras, & modulamenta, vel condimentum quoddam hiſtoriæ monſtrificam fabulationem adhibentes. Et libro ſecundo, Sed nec Perſarum (inquit) res geſtæ, nec Medorum, nec Syrorũ propter fabularũ ſtudiũ multũ fidei ſunt aſſecutæ. cum enim earum rerum ſcriptores viderẽt magnopere poetas probari qui aperte fabulas conſcriberent, arbitrati ſunt ſua quoq; ſcripta ſuauiora fore ſi hiſtoriæ forma ea dicerent, quæ nec vidiſſent ipſi, nec audiuiſſent ab iis quidem qui ſcirent. quo fit vt facilius Homero & Heſiodo de heroicis rebus credatur, q̃ Teſiæ & Herodoto & Hellanico, & cæteris eius generis ſcriptoribus, quoniam res huiuſcemodi libenter audiuntur. Ioſepus

Iudęi & eorũ opes Græcis & Latinis incogniti fuerunt.

Poetæ Græcorum antiquiſſimi.

Mythiſtoria.

Herodotus & alii antiquiſſimi ſcriptores

Manethon historicus.

Herodotum non consulto mẽdacio, sed ignorantia falsa scripsisse videtur existimasse. Manethon (inquit) historicus genere Aegyptius fuit, sed qui Greçã eruditionẽ assecutus sit, vt facile est iudicare, vtpote qui Aegyptia cam historiã Græca voce scripserit ex sacerdotũ annalibus interpretatus, vt ipse inquit. Hic Herodotũ in multis conuincit de rebus Aegyptiacis per ignorantiã mentitum. γέγραφε γὰρ ἑλλάδι φωνῇ τὴν πάτριον ἱστορίαν, ἐκ τῶν ἱερέων ὡς φησιν αὐτὸς μεταφράζας. καὶ πολλὰ τὸν ἡρόδοτον ἐλέγχει τῆς ἀιγυπτιακῶν ὑπ' ἀγνοίας ἐψευσμένου. Assignari etiam alia causa potest, cur res gestę Hebreorũ nobis ab historia non innotuerint. Quam ex eodem Iosepo sumemus, qui iis respondens qui Iudæorum historię auctoritatem eo præcipue eleuabant, ꝙ testimonia Græcorum nulla extarent. Nos (inquit) neq; regionem maritimam habi tamus, nec negociationibus libentes vtimur, nec omnino earũ causa, alia rum gẽtium commerciis assuescimus. Sed sunt vrbes nostrę longe a mari reductæ. Regionem autem bonã incolentes, eius cultu acquiescimus. ἡμεῖς γοῦν οὔτε χώραν οἰκοῦμεν παράλιον, οὔτ' ἐμπορίαις χαίρομεν, οὐδὲ ταῖς παρ' ἄλλους διὰ τόπων ἐπιμιξίαις. ἀλλ' ἐσμὲν μὲν ἡμῶν αἱ πόλεις μακραὶ ἀπὸ θαλάσσης ἀπῳκισμέναι. χώραν δὲ ἀγαθὴν νεμόμενοι, ταύτην ἐκπονοῦμεν. Phœnices autem & Aegyptios propterea cognitos a Græcis ait, ꝙ ab Aegyptiis multa exportarentur ad alias gentes. Phœnicum autem qui maritimam oram accolunt quæstui studentes, negociationes exercebant. a quo vitæ genere cum Iudæi abhorrerent, peculiaribus institutis, ac cultu diuinitatis gaudentes factum est, vt sero fama eorum ad Græcos peruenerit, προσόδους τοιαύτας τοῖς ἐγκωμίοις ἡμῖν φέρει πρὸς τὸν βίον ἡμῶν ἰδιότητος, οὐδὲν ἂν ᾤμην πάλαι τοῖς χρόνοις τὸ πλοῦτον πρὸς τοὺς ἕλληνας ἡμῖν ἐπιμιξίαν, ὥσπερ ἀιγυπτίοις μὲν τὰ παρ' αὐτῶν ἐξαγόμενα, τοῖς δὲ πάλαι φοίνικες καπηλεύσιν ἢ πρὸς τὰς κατασκευὰς σπουδὴ διὰ τὸ φιλοχρηματεῖν. Hoc idem (inquit) & iis contigit qui in Europa habitant. de Romanis enim qui in tantã potentiã iam inde olim crescere sensim cœperunt, nec Herodotus nec Thucydides quoquo modo memi nerunt, nec omnino alius eorum æqualis scriptor: sed sero eorum nomen in Græcia auditum. Gallorum autem & Hispanorum res vsqueadeo igno tæ iis fuerunt qui exactissimi & accuratissimi scriptores fuisse videntur, vt vnus eorum Ephorus Hispanos qui Iberi ab eo dicuntur vnam esse ci uitatem existimauerit, cum tam late fines eorum pateant. In vniuersum au tem ritus eorum qui nec fuerunt nec fuisse vnq̃ dicti sunt, scribere tanq̃ ita illis vterentur, non dubitarunt, περὶ μὲν γὰρ γαλατῶν τε καὶ ἰβήρων, οὕτως ἠγνόησαν οἱ δοκιμώτατοι ἀκριβέσατοι συγγραφεῖς. ὧν ἔστιν ἔφορος, ὥστε πόλιν οἴεται μίαν εἶναι τὸ ἔθνος, τὸσοῦτον μέρος οὕτω κατανοήσας, καὶ τὰ μὴ γνώμενα παρ' αὐτοῖς ἔθη μή τε λεγόμενα, γράφῃ ὡς ἑκάνων αὐτῶν χρωμένων ἐτόλμησαν. Causa vero (inquit) earum quidẽ rerum ignorantię fuit, ꝙ illi secum ipsi viuerent, commercia aliaruu gentium auersantes. scriptorum vero mendacii, ꝙ volebant illi quippiã vltra alios memoriæ mandasse videri, ἄλλο δὲ τοῦτο μὴ γινώσκειν τἀληθὲς, τὸ λίαν ἀνεπιμικτον, τοῦ δὲ γράφειν ψεύδη. τὸ βούλεσθαί τι δοκεῖν πλέον τῆς ἄλλων ἱστορίας. Illud etiam non inter postrema assignari causę potest quod Eusebius libro decimo de præparatione inquit, ostendere volens literas primum ab Hebræis inuentas esse, quarum inuentum Phœnicibus gloriæ ducitur. Primus (inquit) qui literas Greçis dedit, Cadmus ex Phœnicia erat. Multi Syros literas pri-

Iudęi cõmerciorũ ignari atque ideo ignoti.

Galli & Hispani priscis historicis ignotissimi.

mum comperíſſe aſſerunt. Syríi autem etíam Hebræí ſunt. nam Iudæa ín Syría ſemper a ſcríptoríbus habíta eſt, & Phœnícíam etíam apud príſcos appellatã eſſe conſtat, quę nũc Palęſtíne Syríę dícítur. Ex hoc Euſebíí loco conſíciendũ relínquítur, multa Hebręorum geſta alíarũ gẽtíũ nomíne poſterítatí eſſe tradíta. Super omnía eſt aũt quod Ioſepus hís verbís díxít, τῆ δ' εἰς ἡμᾶς ἐλασφημιῶν ἤρξαντο μὴ ἀιγυπτίοι. βουλόμενοι δ' ἐκείνοις ἅνες χαρίζεσθαι, πᾶσα τραγῳδίαν ἐπεκάρησαν τοῖς ἀληθέσιν, οὔτε τοῖς εἰς ἄιγυπτον ἄφιξιν ὡς ἐγένετο τῶν ὑμετέρων προγόνων ὁμολογοῦντες, οὔτε τοῖς ἔξοδον ἀληθῆ λέγουσι. αἰτίας δὲ πλείστας ἔλαβον τοῦ μίσους καὶ φθονεῖν. τὸ μὲν γὰρ χαλεπώτατον, ὅτι τοῖς χώραν αὐτῶν ἐνοικήσασαν ἡμῶν οἱ πρόγονοι, κακῶς ἀπαλλαγέντες ὑπὸ τοῖς δικαίοις, πάλιν δουλωσάμενοι. Quæ vero probra & maledícta ín noſtrates íactata ſunt, íís cauſam & orígínem Aegyptíí præbuerunt: quorum gratíæ nonnulli ſcríptores ínſeruíre cupíentes, verítatem rerum geſtarum peruertere aggreſſí ſunt, nec maíorum noſtrorum aduentum ín Aegyptum, vt re vera fuít, íngenue fatentes, nec índe egreſſum bona fíde commemorantes. Cauſas autem multas Aegyptíí odíí & ínuidíæ habuerunt, queís ín noſtrã gẽtem extímulatí ſunt: ſamprímum ꝙ noſtrí olím rerum ín patría eorum potítí ſunt: deínde ꝙ íllínc digreſſí, ín propría patría ſecunda omnía nactí ſunt: poſtremo rítuum díſſenſío íngens eís odíum ín nos accendít. tantum relígíone noſtra & recto díuínorum cultu, ab ea quam ípſí veram píetatem putant díffere nte, quantum díuína natura brutís animalibus præſtat, ἅπερ ἡ τῶν ὑπενανλίοτης πρὸς αὐτὴν ᾠκειότητα ἔχθραν, τοσοῦτον οἱ ἡμετέρας διαφθορὰς δυσεβείας πρὸς τοὺς ὑπ' ἐκείνων νενομισμένους, ὅσον θεῖ φύσις ζώων ἀλόγων διέστηκεν. Item ín príncípío ſtatím operís, docere volens non a Græcís antíquarũ rerũ híſtoríam requírendã eſſe, ſed ab Aegyptíís & Chaldęís, quorũ fuít ínſtítutũ, vt eorũ ſacerdotes & philoſophí círca ſcríbendã hiſtorĩã verſarentur, mírarí ſeſe ĩuquít, eos quí tantũ Græcís tríbuũt ín hiſtoría, cũ ípſe docere paratus ſít Græcos non modo adulto íam mũdo (vt íta dicã) ſed etiam propemodum ſeneſcente natos, eorũq; ínuenta omnía eſſe recentía. ἃ δὲ δεῖ μὴ ταῖς παλαίαις δόξαις ἐπακολουθεῖν, ἀλλ' ἐξ αὐτῶν τὸ δίκαιον λαμβάνειν τῶν πραγμάτων, τὰ μὲν πρὸ τῆς ἐλλησιν, ἅπαντα νέα καὶ χθὲς καὶ πρώην, ὡς ἂν εἴπει τις, εὑρεῖν γεγονότα, λέγω δὲ τὰς κτίσεις τῶν πόλεων καὶ τὰ περὶ τὰς ἐπινοίας τῶν τεχνῶν, καὶ τὰ περὶ τὰς τῶν νόμων ἀναγραφάς. Quod ſi non vanís (ínquít) opínionibus accommodare aſſenſum volumus, ſed ab ípſís rebus verítatem ſumere, vníuerſa quídem apud Græcos, recentía ínuenímus, herí (vt dícítur) acta, aut nudíuſtertíus. vrbes (ínquam) condítas, artíum cõmẽtatíones, & leges populís ſcríptas. Proínde quí vetuſtæ hiſtorię verítatem noſſe cupíat, hũc oportere dícit ab Aegyptíís, Tyríís, Chaldęís exquírere. ex quíbus auctorĩbus Ioſepus míra dílígentía ſacræ hiſtoríæ auctorítatẽ confirmauít: ín duobus íllís líbrís quí περὶ ἀρχαιότητος Ἰουδαίων ἀναίρησις καὶ πρὸς ἀπίωνα γραμματικὸν ínſcríptí ſunt, íd eſt de antíquítate Iudæorum refutatorií contra Apíonem grammatícũ, quos Latíne íta verſos legímus, vt præſtabílíus fuerít nunq; fuíſſe edítos. adeo & corruptí ſunt líbrarĩorum vítío & ínterpretís ígnorantía. Inter Chaldęos magnum honorem habuít Beroſſus, quí Græco ſermone hiſtoríam conſcrípſít. cuíus loca quædam ín eo opere cítat ſacræ hiſtoríæ conſentanea. Ex Tyríorum autem annalíbus cítat teſtímonía de centum & vígíntí talentís aurí ab

Hebręorũ ínuenta gẽtib⁹ alíís aſſígnata ſunt.

Ægyptíí Iudęos exoſí ve ritatẽ híſtoríę puerterũt

Veritas hiſtoríę ab Ægyptíís & Chaldęis reqrẽda. Recẽtia Græcorũ ſcripta.

Antiqſſimæ hiſtoríæ a Græcís non repetendę. Librí duo refutatorii de antíquitate Iudęorum.

Beroſſus.

Iromus Solomoni amicitia iũctus.

Iromo Solomoni datis ad ornatũ templi, redonatũq; eũ a Solomone terra Zabulon in Galilea docet. Amicitię autẽ inter eos cauſam fuiſſe cõmune ſapiẽtię ſtudiũ. Inuicẽ eñ problemata diſſoluẽda miſſitare ſolitos, in quibus fere Solomon pręualebat. Huius rei (inquit) teſtẽ Dionẽ citabo auctorẽ in Phœnicũ hiſtoria probatiſſimũ. Cuius hæc ſunt verba, Ababylo moriente filius eius Iromus regnauit. Hic partes vrbis orientales aggere cinxit, & pomœria protulit, aſcẽdésq; in Libanũ materiẽ incidit ad fanorũ extructionẽ. Regẽ autẽ Hieroſolymorũ Solomonem ad eũ aiũt ænigmata miſiſſe, & ab eo alia repopoſciſſe: ea lege vt qui diſſoluere non poſſet, diſſoluenti, mulctę nomine, pecunias penderet. Quã conditionem cũ Iromus accepiſſet, nec reſoluere ambages potuiſſet, mulctã ingentẽ pecuniariam pepẽdiſſe. Poſt Tyrium quẽdã hominẽ nomine Abdemonum extitiſſe, qui problemata ambigua ſolueret, aliaq; inuicẽ proponeret. Quę cũ Solomon non reſoluiſſet, pecunias multas inſuper repẽdiſſe, ἄλλα δή τινα ἀβδημόνου ἕνα τύριον ἄνδρα τὰ προπεθέντα λῦσαι. ἡχὴ ἀυτὴν ἄλλα προβαλεῖν, ἃ μὴ λύσαντα τὴν σολομῶνα, πολλὰ τῷ ἀρχαίῳ προσαρτῆσαι χρήματα. Idem Ioſepus Menandrum Epheſiũ hiſtoricũ fuiſſe dicit, qui ex vernaculis cuiuſq; prouincię vel gentis actis, regum ſinguloq; tempore res geſtas apud Gręcos Barbarosq; memorię mandabat. γέγραφε δὲ ὅπως τὰς ἐφ' ἑκάστου τῶν βασιλέων πράξεις ἁπὰ τῶν ἐθνῶν καὶ βαρβάρων, ἐκ τῶν παρ' ἐκείνοις ἐπιχωρίων γραμμάτων μεταδιώξας τὴν ἱστορίαν μαθεῖν. Is igitur de Iromo Rege Tyrilo quens, qui Iram in libris Regum dicitur, ita inquit, ἐπὶ τούτου δέ φησιν ἀβδήμονος παῖς νεώτερος, ὃς ἐνίκα τὰ προβλήματα ἃ ἐπέτασεν σολομῶν ἱεροσολύμων βασιλεύς. Huius regis tempore extitit Abdemonus puer iunior, qui vincebat omnia problemata, a Solomone Hieroſolymorum Rege iniuncta. Hoc congruit cũ eo quod dicitur in tertio Regum de Regina Saba, quę fama Salomonis excitata, venit Hieroſolyma vt eius ſapiẽtiam quæſtionibus ambagioſis excuteret. Salomonemq; nunq̃ non ex ſententia animi Reginæ ſatiſfeciſſe. Hic ridere ſubit Plinii ſecũdi vanitatem, qui libro. xxx. de auctoribus Magicæ artis loquens, Eſt & alia (inqt) magicę factio a Moſe etiamnũ & Lotope ac Iudæis pendens, ſed multis millibus annorum poſt Zoroaſtrem, tanto recentior eſt Cypria. Sic enim in antiquis legitur, niſi q̃ muſæ & in aliis muſa non Moſe ſcriptũ eſt. Diximus ſupra Euſebio auctore, regnũ Aſſyriorum vetuſtiſſimũ omniũ regnorum fuiſſe, & anno eius quadringentesimo ſecũdo Belucho octauo Rege Moſen populum Iudaicũ ex Aegypto abduxiſſe. De Zoroaſtre ita legitur apud Suidã Zoroaſtres aſtronomus fuit Nini Regis Aſſyrię tempore, Ζωροάστρης ἀστρονόμος ἐπὶ νίνου βασιλέως ἀσσυρίων. Euſebi⁹ in Bactris regnaſſe dicit Nini æqualẽ & Abrahami. Apion autẽ grãmaticus genere Aegyptius qui etiã Polyhiſtor dictus eſt a Gellio ob hiſtorię ſcribendę diligentiã, in quarto hiſtoriarũ libro, aduerſus Iudæos; Inacho (inquit) regnante apud Argiuos, & Amaſide apud Aegyptios, Iudæi duce Moſe ab Aegyptiis defecerũt, auctor Euſebius. Ioſepus tamen Techmoſin Regẽ appellat Pharaonem non Amaſin ex Manethone hiſtoriographo Aegyptio qui Græce ſcripſit. Porphyrii autẽ cõputatione Moſes etiã Semiramidis æqualis recipitur. Iuſtinus martyr in Parenetico, ὧν γὰρ τοῖς χρόνοις ὠγύγα τε καὶ ἰνάχα οὐδὲ μνήμην ἔνεστιν εὑρεῖν τῶν παρ' ὑμῖν ὑπολήψασι γε γεγονέναι

Antiqſſima ſecula æni⁹matis vtebantur.

Abdemonus Tyrius.

Abdemonus puer.

Zoroaſtres.

Apion Polyhiſtor.

Pharao a Moſe vexatur.

μωυσέως ἀι τῶν Ἑλλήνων μέμνηνται ἱστορίαι, ὡς ἡγεμόνος τινὸς καὶ ἄρχοντος τοῦ τῶν Ἰουδαίων γένους. οὕτω γὰρ πλέμων τε ἐν τῇ πρώτῃ τῶν Ἑλληνικῶν μέμνηται, καὶ Ἀπίων ὁ Ποσειδωνίου. Temporibus (inquit) Ogygis & Inachi quos terra natos quidam ex veſtris exiſtimauere, Moyſis hiſtoriæ meminerunt vt ductoris & principis Iudæorum gentis. Sic enim Polemon in primo Hellenicon meminit, & Appion Poſidonii in libro quem contra Iudæos ſcripſit, & Ptolemæus Mendeſius qui Aegyptiaca ſcripſit, cũ iis conuenit. Et multi item alii quos nominatim citat. Hic eſt Iuſtinus qui oratione cõtra gentiles pro Chriſtianis ſcriptã Antonino Pio porrexit. in qua cũ Alexandriæ eſſet in Pharo ſe vidiſſe veſtigia ſeptuaginta domuncularũ affirmat ad id tẽpus incolumia, Iuſtinus martyr. Septuaginta cellulę in Ægypto.

ἀλλ' αὐτοὶ ἐν τῇ ἀλεξανδρείᾳ γενόμενοι, καὶ τὰ ἴχνη τῶν οἰκίσκων ἐν τῇ φάρῳ ἐωρακότες ἔτι σωζόμενα, καὶ παρὰ τῶν ἐκεῖ ὡς τὰ πάτρια παραλαβόντων ἀκηκοότες, ταῦτα ἀπαγγέλομεν ὑμῖν καὶ παρ' ἑτέρων ἔξεστιν ὑμῖν μανθάνειν. Nos vero cum Alexandrię eſſemus veſtigia cubiculorũ adhuc aſſeruata in Pharí arce conſpicati, & ab incolis qui hoc a maioribus per manus traditũ ſeſe habere dicunt, percunctati, hęc vobis cõmemoramus, quę etiam ab aliis diſcere facile poteritis ſi id cordi vobis eſt. Quod dictũ Hieronymus ignoraſſe videtur qui Euſebio & Auguſtino in eo inficiãdo aduerſatur in præfatione Geneſeos. Quonam modo igitur Moſes multis millibus annorũ poſt Zoroaſtrem fuit, qui tot teſtimoniis proximus ſeculo æqualiũ Zoroaſtris fuit? Sed videlicet illa eſt ignorantia priſcorũ qui mundum æternũ eſſe crediderunt. a qua opinione profecta eſt illa vanitas Genethliacorum, qui quadringẽta & ſeptuaginta annorũ millia monumẽtis cõprehenſa cõtinere ſeſe ingenti fiducia mẽtiebantur, vt auctor Cicero in primo de Diuinatione. Strabo Moſen non magum fuiſſe dixit, ſed oraculis deditũ. quales fuiſſe Amphiaraus & Orpheus & Muſęus legũtur. Iuſtinus hiſtoricꝰ Ioſeph in Aegypto magicas artes edoctũ, cito inſinuatum apud Regem fuiſſe dicit. Cuius auctoris epitomen triceſimã ſextam qui legerit, & Cornelii Tacíti librum vnũ & viceſimũ, facillime intelliget ſemina quędam veritatis per totũ orbẽ diſſeminata fuiſſe, ſed præimbuta mẽdaciis Aegyptiorũ. Quo factũ eſt vt hiſtorici Græci & Latini vaniſſimi interdũ a nobis fuiſſe deprehẽdãtur, qui ſacram hiſtoriã & incorruptã habemus. In quo profecto eorũ vicẽ dolere deberemus, niſi in pleriſq; eorũ improbã mentẽ cerneremus, blandiente ſemper ipſis in Iudęos maledicẽtia ob vnius dei cultũ. Sed inuidia vęcors aduerſus Chriſtianũ nomen Tacito, Suetonio & Plinio iuniori fuit. q̃q̃ cũ fuerint illi æquales maledicta eorũ ſacrilega, ac nefaria etiam inuicem colliduntur. Tranquil. in Ner. Afflicti ſupplicíis Chriſtiani genus hominũ ſupeſtitionis nouę ac maleficę. Tacitꝰ xv. de incẽdio vrbis loquẽs per Neronem excitato, Ergo abolendo rumori Nero ſubdidit reos, & exquiſitiſſimis pœnis affecit. quos propter flagitia inuiſos vulgus Chriſtianos appellat. auctor nominis eius Chriſtus, qui Tyberio imperitãte per procuratorẽ Pontium Pilatum ſupplicio affectus erat. Repreſſaq; in pręſens exitiabilis ſuperſtitio rurſus erumpebat, nõ modo per Iudęam originẽ eius mali, ſed per vrbem etiam. Et poſt aliquot verſus enumeratis cruciatuũ generibus, Vnde q̃q̃ aduerſus ſontes (inquit) & nouiſſima exempla meritos, miſeratio oriebatur. Hominẽ nefariũ Tacitũ,

Priſci Græci & Latini in magna ignorãtia verſati.

Maleuolẽtia quorundam hiſtoricorũ.

Trãq. de chriſtianis.

Tacitus ſcriptorũ vęcordiſſimus.

aduerſisq; placitis prouidentiæ genitũ, qui æqualiũ ſuorũ ſenſui ſeruiens, non ſuo iudicio, prodere hoc exemplũ nefarię mentis non veritus ſit. Au-

Plini⁹ Iunior de Chriſtianis.

diamus Plíniũ ad Traianũ ſcribentẽ cum Aſiæ præeſſet prouinciæ, quum velutí elogium Chriſtianorum mitteret, de pœna reorũ (vt aſſolebat) ad príncipem referẽs. Affirmabãt autẽ (inquit) hãc fuiſſe ſummã, vel culpę ſuæ vel erroris, q; eſſent ſolití ſtato díe ante lucẽ cõuenire, carmẽq; Chriſto quaſi deo dícere ſecũ ínuicẽ, ſeq; ſacramento non ín ſcelus alíquod obſtrín gere, ſed ne furta, ne latrocínia, ne adulteria cõmítterent, ne fidem fallerẽt, ne depoſitũ appellatí abnegarent: quíbus peractís morem ſibí díſcedendí fuíſſe, rurſusq; coeundí ad capiendũ cibum, promíſcuũ tamẽ & ínnoxium. Quod ípſum facere deſiíſſe poſt edictũ meũ, quo ſecũdum mãdata tua hetęrías eſſe vetuerã. ſic enim legí debet pro ſodalítatíbus. Quíd ſimíle habẽt hæc obiecta Plíníana cũ crimínibus Tacití extrema exẽpla ſupplícioq; merítis? Eodem enim tempore hęc a Plínío & Tacíto dícta ſunt. Verum Plínius ad príncipem ſcríbens (quod ad res humanas attínet optímũ, ſed ímbutũ errore Domitianí, cuí ſublato ſtatím Nerua ſucceſſerat) mentírí aut noluít, aut non auſus eſt. Tacítus Domítianí beneficío ad dígnítates prouectus, vt ípſe fatetur ín princípío ſtatím líbrí decimíſeptímí, quod no men ílle prínceps ſceleratíſſímus ſęuítię pugíone cõficere nixus erat írrito propoſito, íd íſte ſceleratíore híſtorię ſtílo, toxíco mẽdacíí oblíto, repetere inſtítit, vęcordíum omníũ ſcríptorũ perdítiſſímus, ſí recte verba eíus æſtímentur. Nam Tranquíllo cũ ídem eſſet obſequendí tẽpori propoſitũ, q̃ potuít tamen ípſe breuíſſíme defunctus eſt, Chríſtíanumq; nomen vno verbo reſpuit, ne amplectí víderetur. Plínius ín fine epíſtolæ ex animí ſui ſentẽtía locutus, cũ príncipẽ conſuleret, & mendacío locus non eſſet, ín príncípío íta vera falſís tẽperauít, vt acta ſua príncípí ſeuero & perſpícací approbauerít. In quo preciũ eſt operę vím veritatís animaduertere, quæ nõnũq; ínuítís erumpít, íta fallens ínter mendacia, vt ab audiẽtíbus demũ agnoſcatur, cũ ínterim loquẽtes adhuc habere ſe ín poteſtate eã putent. Suppliciũ (ínquít) mínatus perſeuerantes duci iuſſí, neq; enim dubítabã qualecũq; íd eſſet quod fateręrtur, pertínacíã certe & ínflexíbílem obſtínatíonẽ debere punírí. O míſerũ te Plíní, & ímprobe príncípalí gratíæ ínſeruientẽ, quí veritate oppugnãda dílígentíã tuã príncípí approbare voluíſtí. Hoc acrí vír ingenío Traíanus intellígẽs, ne damnare ímprudentię pręſidem vide-

Improbũ ſilẽtiũ de rebus Chriſtianis apud auctores.

retur alioquín ſibí gratũ, & nomíní tũc ínuíſo patrocíníũ præbere edícto ſuo non auſus, Cõquírẽdí (ínquít) non ſunt Chríſtíaní, ſí deferãtur & arguantur puníẽdí ſunt. Alioquín autẽ ín omníbus ſcríptoríbus mírũ ſilentíum vel ímprobũ potíus de rebus Chríſtíanís agnoſcas velutí cõíuratorũ atq; ex cõpacto ſcribentíũ, íís etíã temporíbus cũ res ínſígnes ac memorabíles auſpícíís Chríſtí geſtę ſunt. Id adeo ex re vnica quã ín mediũ afferam íudícare quíuis poterít. Macrobíus líbro ſecũdo Saturn. de íocís Auguſti Cæſarís loquens, Cum audíſſet (ínquít) ínter pueros quos ín Syría Herodes Rex ludęorum intra bímatũ iuſſít interfící, fílíũ quoq; eíus occíſum, aít, Melíus eſt Herodís porcũ eſſe q̃ fílíum. Ecquís vnq̃ hoc memorię tradídít dũtaxat Ethnícorum, quod Macrobíus ín tranſítu tãq̃ rem notã per-

Locus Macrobii animaduertendus.

ſtrinxit? Mirari igitur deſinamus cur nulla apud Plíniũ & alíos rerum mí-
racula relata, ſcríptorum ſacrorum temporíbus competant, & cum ortho-
doxa rerum conſcríptione congruant, & malignitatí ſcribentíũ aut metuí
potíus tríbuamus opinioní príncípum & populí blandientíum. Tertullía-
nus ín Apolog. ad Romanos loquens de morte Chríſtí, Nã ſpíritũ (inqt)
cum verbo ſponte dímíſit prẽuento carnificís officío, eodem momẽto díes
medíum orbem ſignante ſole ſubducta eſt. Deliquíũ vtíq; putauerunt quí
id quoq; ſuper Chríſto prædícatum non ſcíerunt, & tamen eum mundí ca-
ſum relatum ín archíuís veſtrís habetís. Et paulo ínferíus, Ea omnía ſuper Memorabilis locus Tertulliani.
Chríſto Pílatus & ipſe íam pro ſua conſcientía Chríſtíanus, Cæſarí tunc
Tyberío nuncíauit. Euſebíus ín Chronícís de anno decímooctauo príncí-
patus Tyberíí loquens, Solís facta defectío & tenebræ ſuper vníuerſam
terrã. Bíthynía terrę motu concuſſa, & ín vrbe Nícena ædes plurímę cor-
ruerunt. Quæ omnía íís congruũt quæ ín paſſíone domíní accíderũt: tum
ad hoc probandum Phlegonta citat auctorem exactũ Olympíadum adno-
tatorem. Cuíus vt híſtorící & Olympíadum ſcríptorís memínit Suídas,
Trallíanũq; fuiſſe dícit, Adríaní líbertũ vel Auguſtí vt alíí putauerunt. Is
ígitur huíus reí locupletíſſím⁹ eſſe teſtís poteſt ín Aſía genítus vbí ís ter-
rę motus accídit. De eo motu Plíníũ locutum eſſe non dubíto, cum ínquít
líbro ſecũdo, Maxímus terræ memoría mortalíum extítít motus Tyberíí
Cæſarís príncípatu. XII. vrbíbus Aſię vna nocte proſtratís. Solís autẽ de-
líquíũ Plínius ígnorare nõ potuít ſi ín archíuís Romanís perſcríptũ fuít,
vt quí acta Romana dílígẽter percẽſuíſſe íntellígatur: ſed Plínius íd díce-
re noluít, quod occultũ príncípes eſſe volebãt. Parũ eñ plauſíbile dogma Chríſtí dogma.
Chríſtí apud homínes ſuperbos & voluptaríos eſſe oportuít, quod elatos
anímos, & corpora ſíbí índulgẽtía maxíme execratur. Tãetſí charítas íllа
íuſtítíæ parens & díuítíarũ contẽptus & abdícatío, magís ab humanís pla
cítís abhorrebãt, vtpote quę ne hodíe quídẽ ſatís feſta fronte excípíantur
ab íís etíã quos ſequaces Chríſtí maxíme eſſe cõueníebat. Eodem pertínet
quod ídẽ Plínius líbro. xxx. dícit de arte Magíca loquens, Hæc (ínquít)
vmbrarũ ınferorũq; colloquía promíttít, quę omnía ætate noſtra príncepſ
Nero vana falſaq; cõperít: quíppe non cítharę tragícíq; cantus líbído íllí
maíor fuít, fortuna rerum humanarũ ſumma geſtíente ín profundís anímí
vítíís, prímũq; ímperare díís cõcupíuít. nec qcq̃ generoſí⁹ voluít. Nemo
vnq̃ vllí artíũ valídíus fauít. Hoc dictũ Plínií fídẽ facít, íís quę a Tertul-
líano, Euſebío & Suída ſcrípta ſunt de Símone Mago Samarítano, q apud
Neronem gratía valuíſſe dícítur, & cum díuo Petro coram cõmíſſus eſſe.
Satís autẽ nobís eſſe debet q̃ compertũ habemus locupletíſſímís teſtímo
níís veritatem ín vtroq; religíonís noſtræ ínſtrumẽto pleníſſíme cõprehẽ- Veritas apud Iudęos ſedem habuit ante aduẽtũ dñi.
ſam, ín poteſtate ſemper cultorum verí dei fuíſſe: manaſſe tamen ad alíos
ínterdũ veritatem, non germanam íllam & íncorruptã, ſed ín Aegyptí prí
mũ officínís adulteratam, Athenís autem poſtea ín portícu, Academía &
Lyceo, nunc ſedentaría nunc obambulatríce philoſophía varíe ínterpola- Philoſophi obambulatores ſunt Peripatetici.
tam: nec ante ſíbí reddítam q̃ domínus noſter ín Iudæa, íd eſt ín veritatís
ípſíus íncunabulís, ad manũ etíam víſendam homínibus porrexít: deínde

& Græcis hominibus & Latinis barbarisq; intelligendam, missis quoquo gentiũ interpretibus, dedit. Cæterũ admirari subit temporũ nostrorũ felicitatẽ, qui mũdo iam vergente nati, tamẽ longissime prorsum retrorsumq; cernimus (vt Maronianus ille Proteus) quę sint quæ fuerint quę mox vẽtura trahantur. cũ prisci illi Græci Latiniq; auctores, sese in eo admirarẽtur quasi in historiæ campo expatiantes, omnia oculis subiicerent quæ a condito æuo gesta sunt, quos ne admota quidẽ & proxima vidisse deprehẽdimus. Sed vtinã tam consertis manibus compertã cõprehẽsamq; veritatẽ semel retinere possemus, q̃ protinus agnitã festiuis oculis hilares exoscularemur. Hæc enim velut fastidiosa est vel hospita vel amica. Cui cum secularium rerũ amorẽ quasi æmulũ quẽdã superinduximus, sensim ipsa a fluxis abhorrens ex mẽte nostra quasi ex cõtubernio facessit, animũq; nostrũ suas res habere sibi iubet clã remisso nũcio, cũ interim æternitatis securi alias res agamus. Verũ vt ad rem redeamus, nos hoc tenere conuenit quod cap. nono libri secũdi Paralip. dicitur, Solomonem Regem imperitasse ab Euphrate ad Palęstinen & vsq; ad limites Aegypti, gloriaq; & diuitiis circũfluentibus omnes Reges nõ modo æquales, sed cuiuscũq; etiã ætatis haud dubie superasse. Quod Græcos Latinosq; historicos tacuisse non magis mirum est, q̃ sophiam eius, id est germanam sapiẽtiã apud philosophos viros id est sophiæ indagatores inauditã fuisse, cũ eam tãdiu tãtaq; indagine, sed irrita inuestigarint. Id quod in dubium venire vtiq; non potest, cum eius hodie monumenta in manibus versemus. Quę si satis animo comprehensa haberemus, omnẽ antiquã philosophiã (quod ad mores attinet, & iustitutionẽ animi) nugas meras esse iudicaremus. Hactenus de rebus Hebręorũ dictum sit. In quibus talenti & sicli appellatio promiscue posita, impedimento fuit ne inire rationẽ crassa saltem æstimatione tantarũ opũ possemus. Vbi tamen talentũ auri proprie accipi probabile est, qualia erãt sexcenta & sexaginta sex quæ ei quotannis a prouinciis finitimis offerebãtur vt decimo cap. iii. Regũ dicitur, & octauo libro Iosepi, & ea talenta quæ Regina Sabarum obtulit, & Rex Hiram. Ibi ego talentum (vt minimũ) septuagenariũ intelligi debere censeo. Qua ratione vt aurum ad argẽtum vndecuplex tãtũ fuerit, talentũ septem millibus & septingentis aureis nostris coronatis valuit. Ex quo supputari summa quotannis poterit, si quis animi causa id facere, & reddituũ eius colligere voluerit. Eorũ autẽ quę supra diximus eũdẽ ipsum Solomonẽ postremo loco auctorẽ citabimus. Sic enim inquit ca. altero sui Ecclesiastę, σωμήγαγον μοι καὶ γε ἀργύριον καὶ γε χρυσίον, καὶ περιουσιασμὸς βασιλέων & χωρῶν. Congessi mihi tũ argentũ tum aurũ & facultates regũ ac prouinciarũ. Sed iis quæ de sicli diximus refragari videtur id quod apud Plinium legitur lib. xviii. vbi de pondere tritici loquens, ita inquit, Nunc ex iis generibus quæ Romam inuehũtur, leuissimũ est Gallicum atq; e Cherroneso aduectũ. Quippe non excedũt in modium vicenas libras si quis granũ ipsum põderet. Adiicit Sardiũ sex libras vel selibras. Alexandrinũ & trientes, hoc est & sicli pondus. Triens nõ quatuor drachmas hic significat, sed quatuor vncias. Sed antiqua exẽplaria & pridem impressa non sicli sed siculi habẽt, hoc est frumẽti ex Sicilia: hoc enim verbũ

Verit as antiquis ignota.

Alias res agere est animũ rei quę geritẽ & instat, non aduertere. Solomonis philosophia,

Talentum Hebraicũ.

Siclus apud Plin.

Hebraicum eſt, vt auctor eſt Suidas & Ioſepus, vt dixímus, quo nec Grę-
cí nec Latíní vſi ſunt. etiam ſi apud Plínium errore emendatorum ſæpe le-
gatur, vt líbro.xvíí.ín príncípío. Fuít & arborũ cura legíbus príſcís, cau-
tumq; eſt. XII. tabulís, vt quí íníuría cecídíſſet alíenas, lueret ín ſíngulas
ſíclos ærís.XXV.vbí antíqua omía habẽt. Lueret ín ſíngulas ærís.XXV.
Et líbro duodecímo, Itaq; optímí thurís líbra ſíclorum.XVI.precíum ha-
bet ſecũda.XII. In antíquís.optímí thurís líbra.XVI.precíũ habet ſecũda
XV. Quo magís míror Hermolaum Barbarũ líbro.xvííí.cap.ví.hoc ver-
bum agnouíſſe quod nunq̃ Romaní agnouerunt: eo ením ín loco antíqua
exemplaría míl.ſeſter.habent, non mílle ſíclum. Pręter ea autem quæ díxí-
mus & Aegyptíorum opes famigeratas ſcímus, cum Plín.líbro.xxxví.de
pyramídíbus Aegyptí loquens íta díxerít. Dícãtur obíter & pyramídes
ín eadem Aegypto regum pecunía ocíoſa ac ſtulta oſtentatío. Et líbro.v.
Aegyptus ſuper cæteram antíquítatís gloríam.XX.míllíbus vrbíum, íbí
Amaſe regnante habítata præfert. Strabo líbro vltímo ad Thebas ſupra
Memnonium Regum Aegyptí ſepulcra eſſe tradídit, eaq; ſe vídíſſe cum
ín comítatu Aelíí Gallí eſſet ín Thebaíde, condítoría autem eſſe círcíter
XL.mírífica ſpecíe ſtructurę víſenda, ín ſpecubus ſaxo excíſo. Intra autem
condítoría obelíſcos quoſdam eſſe líterís ínſcríptos opulentíam regũ quí
tunc erant declarantíbus, & eorum dítíonem velut vſq; ín Scythas & Ba-
ctríos & Indos, & quę nũc Ionía dícítur ímperítãtíum, ad hęc tríbutorum
magnítudínem, & copíarum mílítaríum ad decíes centena míllía homínũ,
ὧν δὲ τὰῖς θήκαις, ἐπὶ ζυῶν ὀβελίσκων ἀναγραφαὶ δηλοῦσι τὸν πλοῦτον τότε βασιλέων, καὶ τὴν
ἐπικράτειαν ὅσης μέχρι σκυθῶν καὶ βακτρίων καὶ ἰνδῶν ⊙ φόρων τῶν
νῦν ἰωνίας διατάναντων, καὶ φόρου πλῆ-
θος, καὶ στρατιᾶς περὶ μυριάδας. Conuenít hoc cum dícto Plíníano quod ſupra re-
tulímus de Seſoſtrí Aegyptí Rege ſuperbíſſímo, quí íunctís ad currum Seſoſtrís.
regíbus tríumphare ſolítus erat. Huíus regís memínít Herodotus ín ſecũ
do, eum dícens prímũ omníũ regum lor⁊is nauíbus Arabícum ſínũ præ-
teruectum, & populos rubrí marís ..ccolas ín poteſtatem ſuam redegíſſe.
Indeq; retro íísdem veſtígíís reuerſum & coactís íngentíbus copíís tranſ-
greſſum ín contínentem ínfeſto exercítu obuías vbíq; gentes ſubegíſſe, ex
Aſíaq; ín Europam tranſgreſſum Thraces & Scythas ví domuíſſe, vnde
digreſſus ad Phaſím amnem íter contendíſſe dícítur. Huíus autem regís
memorabíle ínſtítutũ prodídít Herodotus. ὀτέοισι μὲν τῶν ἀυτέων ἀλκίμοις φῦτεύ-
σασε. καὶ δεινῶς γλεχομένοισι περὶ τὴν ἐλευθερίην, τούτοισι μὲν στήλας ἀνέστη ἐς τὰς χώρας, διὰ Memorabile
γραμμάτων λεγούσας τόν τε ἑωυτοῦ ὄνομα, καὶ τὴν πάτριν, καὶ ὡς δυνάμει τῇ ἑωυτοῦ κατέστρεψατο institutum.
σφέας. ὁτέων δὲ ἀμαχητὶ καὶ ὀυτε τέως προέλαβε τὰς πόλις, τούτοισι δὲ ἐνιγράφη ὧν τῇσι στήλῃσι. καὶ
ταῦτα καὶ τοῖσι ἀνδρηίοισι τῶν ἐθνέων ἐμμελέως ποιεύμενα, ⊙ δὴ καὶ αἰδοῖα γυναικὸς προσενέγραφε, δηλα
βουλόμενος πρήσσειν ὡς ἦσαν ἀνάλκιδες. Quaſcũq; autem nactus erat gẽtes ſtrenuas,
& pro líbertate tuenda acríter & percupíde dímícãtes, per horum íllę re-
gíones ſtelas, íd eſt cíppos lapídeos ſtatuebat. líterís ſígnífícantes ípſíus
regís nomen & patríam, & vt copíís eos propríís ac víríbus ſubegerat.
Quorum vero vrbes nullo negocío aut íncruento certamíne cepíſſet, apud
hos ítídem vt apud íllos quí ſtrenuítatís ſpecímen edíderãt, cíppos quoq;
ſtatuebat, atq; ea amplíus muliebría genítalía aſculpebat, ſígnífícare volẽs

Amasis qui Pharao dicit.

eos ignauos esse. Idem Herodotus auctor sub Amaside Rege (cuius tempore Mosem ex Aegypto egressum esse diximus) Aegyptum beatissimã & a flumine Nilo, & a regionis solo fuisse. vrbesq; habitatas tunc numero vigintí millia fuisse. ἡ δὲ πόλις ἣν αὐτὴ γενέσθαι τὰς ἀπάσας τότε δυσμυρίας τὰς ὀνομαζομένας. Huius est autẽ memorabilis sanctio, vt singuli quotannis apud Nomarchen, id est cuiusq; præfecturæ Præsidem profiterentur vnde viuerent, Qui autem hoc non faceret, aut genus vitæ approbare Præsidi non posset, huic pœna extremum supplicium esset. Qua lege postea Athenienses tralatitia vsi sunt prorsus inculpabili. Sed verba ipsa Herodoti ponenda sunt ad verbum, Memorabilis cõstitutio.

Νόμον τε ἀιγυπτίοισι τόνδε ἄμασις ὅδε ὁ κατασκέας, ἀποδεικνύναι ἔπος ἑκάστε τῶν νομάρχην πάντα ἀνὰ ἀιγυπτίων ὅθεν βιῶται. μὴ δὲ ποιῶντα, ταῦτα, μὴ δὲ ἀποφαίνοντα δίκαιον ζώων, ἀθανάτῳ. σόλων δὲ ὁ ἀθηναῖος λαβὼν ἀπ ἀιγύπτε τοῦτον τὸν νόμον, ἀθηναίοισι ἔθετο, τῷ ἐκεῖνοι ἐς ἀεὶ χρέωνται ἑνὶ ἀμώμῳ νόμῳ. Hic est autem Amasis qui legem hanc tulit. demonstrare vnũquéq; apud Præsidem cuiusq; locí vnde víuat. quod qui non fecerit, aut demostrare vitæ suæ rationem iustam non potuerit, hunc morte mulctandum. Solon autem Athenienſis sumptã hãc legem ex Aegypto Athenienſibus promulgauit, qua illí semper vsi sunt lege sane inculpata. Hac lege iurisdictionem exercuisse Areopagitas testis est Athenęus lib. iiii. his verbis, ὅτι δὲ τοὺς ἀσώτους, καὶ τοὺς μὴ ἐκ γενεσίας ζῶντας, ποτε παλαιὸν, ἐκάλεσε τὲ οἱ ἀρεοπαγῖται καὶ ἐκόλαζον, ἰσέχουσαν φανόδημος καὶ φιλόχορος, ἄλλοι τε πλείους. Qz autem patrimoniorum profligatores, eosq; qui nullis facultatibus victitarent, Areopagitæ in iudicium vocarent, pœnisq; & supplicíis afficerent, memoriæ mandarũt Phænodemus & Philochorus pluresq; alíi. Deinde ídem auctor Athenæus huiusmodí exemplum eius reí subdidit ad dictum confirmandum. Siquidem Menedemus (inquit) & Asclepiades erant iuuenes, ambo philosophiæ quidẽ studiosi: sed egestate prædití. Hos Areopagus pro potestate accitos interrogare instítit, quonam pacto fieret vt cum díes ipsi totos philosophis operam darẽt, níhil in censu habentes, bona nihílominus habitudíne corporis vídereẽtur. Ad hęc illi respondentes, cum pistorem quendam accersirí postulassent, & ille accersitus venisset, eum interrogandum dixerunt, Qui cum rogitantibus Areopagitis díxisset vnaquaq; nocte illos in pistrinum descendere solitos, ibíq; frumentum molentes, pro nocturnis operis drachmas vtrũq; singulas ferre, admíratus Senatus, ducẽtas eis drachmas ob virtutem decreuit. sed ipsa verba subiiciam ne comminiscí videar. μενέδημον γοῦν καὶ ἀσκληπιάδην τὸς φιλοσόφους, νέους ὄντας ἔτι πενομένους, μεταπεμψάμενοι ἠρώτησαν, πῶς ὅλας ἡμέρας τοῖς φιλοσόφοις συνοικάζοντας, κεκτημένοι δὲ μηδέν, διεκτῶσιν ὅτῳ τοῖς σώμασι. καὶ οἱ ἐκέλευσαν μεταπεμφθῆναι ἕνα τῶν μυλωθρῶν. ἐλθόντος δὲ ἐκείνου, καὶ ἐπόντος ὃν νυκτὸς ἑκάστης καθίζοντας ἐπὶ τὸν μύλωνα καὶ ἀλοῦντας, δύο δραχμὰς ἀμφοτέροις λαμβάνουσι. θαυμάσαντας δὲ ἀρεοπαγῖται, διακοσίας δραχμᾶς ἐτίμησαν αὐτούς. Memorabilis historiæ.

Verum quandoquidem verbosa iam esse cœpit hæc dísputatio, nec tamen omnia attígimus eodem pertinentia, & líber pro portione huius operis longior iam esse videtur, abrumpendus est sermo qui finem non inuenit. Ad alteramq; partem cõmẽtationis festinandum, quam sic quoq; iam fathiscente stilo aggredí me sentio.

Gulielmi Budæi a Secretis Regis Franciæ, De Asse & partibus eius Liber Quintus & Vltimus.

RESTAT MENSVRARVM TRACTATVS, cum causam connexam cum antedictis habens, tum velut appẽdix huius operis. Mensura autẽ multiplex ab Aristotele in nono libro Metaphysices ponitur. Sed nũc mensuras appello quibus fruges & liquores metimur. Angelus Politianus vir memoria nostra vtraq; lingua apprime doctus, in decimo Epistolarũ de mensuris ex professo scribẽs, Incipiẽdũ (inquit) ab amphora cõsecrata Romanis in Capitolio ne cui violaretur. Capit hęc omnino quantũ tessera quoquo versus in area pedũ quatuor. Duplex amphora modius est, aut si mauis Græce medimnus, eaq; triplex efficit sextarium. sextarii dimidiũ cotula vocatur & hemina. quatuor vero sextarii chœnica complent. ita sex congiũ, qui Latine chus dicitur. Inde forsan sextarii nomen q; eũ sexies congius capit. scribit tamẽ Pollux cotulã chœnicis esse tertiã partem. chœnicas octo & quadraginta medimno cõtineri. Hęc Politianus suppresso auctore (vt fere assolet) ex vulgatis carminibus illis sumpsit quæ apud Priscianũ incerto auctore legũtur. Nam non esse Prisciani argumentũ est q; in antiquis voluminibus Prisciani non inueniũtur. In his autẽ carminibus intelligendis quoties q̃q; luculentis erroribus Politianus lapsus sit, ex sequẽtibus apparebit, vt nisi Politiani stilũ agnoscerẽ, Politiani epistolã esse omnino negatur⁹ fuerim. Eiusdem flagitii est q; talentũ Atticum maius tribus & octoginta minis esse dixit, nec vllum pondus Attico talento maius esse. Carmina autẽ illa sic fere legũtur, Pes longo spatio latoq; notetur in anglo, Angulus vt par sit quem claudit linea triplex. Quatuor ex quadris mediũ cingatur inane Amphora fit cubus, quã ne violare liceret, Sacrauere Ioui Tarpeio in mõte Quirites. Huius dimidiũ fert vrna, vt & ipsa medimni Amphora, terq; capit modiũ. Sextarius istũ Sexdecies haurit quot soluitur in digitos pes. Dico his versibus significari Amphoram ex area excitari quoquo versus pedali, quaternis quadris pedalibus inanitatem amphoræ cingentibus. Ita vt quaterni vndiq; anguli tesserales tribus lineis concludantur singuli, quibus ipsis tres dimensiones tesseræ significantur qui cubus Græce dicitur, id est schema sex in situs sessile. Hoc enim verba illa significant. Augulus vt par sit quem claudit linea triplex. Tres enim dimẽsiones notantur, longitudo, latitudo, altitudo. Huius dicti testẽ interim citabimus Isidoꝝ Hispalensem, in hac re interdum non refellendum, licet in multis lapsus sit. Amphora (inquit ille) recipit vini vel aquæ pedem quadratũ. Qꝛ si hunc testem refutare placet, prodeat Festus testis locupletior, qui his verbis testabitur. Quadrantal antiqui vocabant Amphoram, quod vas pedis quadrati octo & quadraginta sextarios capit. Politianus duplicem amphoram modiũ esse tradidit, & (quod vix intelligere possum) triplicẽ amphoram sextarium efficere. Ego autem amphoram vnam ternos modios capere di-

Angelus Politianus.

Cubus & Tessera.

co,& duodequinquaginta ſextarios : nec medímnũ & modium eũdem eſſe modum, ſed medímnũ modios ſenos capere. Suídas , μέδιμνος μέτρον ὄξη ξηρῶν, ὅτου πυρῶν ἢ κριθῶν. μέδιμνον οὖν μοδίων ἕξ. Medímnus (ínquit) menſura eſt arídorum, vt tritící vel ordei. medímnũ igítur mẽſura eſt ſex modium. Hactenus ílle. Sed audíamus teſtem vnũ qui vice ſit omniũ . Is erít Cícero, qui ín Frumentaría, íta ínquit ad Verrem , Accípis ſeſtertíos quíndecim pro medímno, tantí enim eſt íllo tempore medímnũ . retínes ſeſtertíos duodecím, tantí enim eſt frumentum Sicílienſe ex lege æſtímatum. Eſt eíuſmodí æſtímatío legís vt cæteris tẽporíbus tolerabílis Sículis, te Prætore etiam grata eſſe debuerít. Eſt eñ modíus lege ſeſtertíis tríbus vt æſtímatus fuit ante te Prætorem, vt tu ín epíſtolís ad amícos tuos gloríaris, ſeſtertíis duobus. ſed fuerít tríbus ſeſtertíis, quoníam tu tãtũ a cíuitatíbus ín modíos ſíngulos exegíſtí , tu non modo omnes accípere quod oportebat noluiſtí, ſed etiã dare quod non debebãt coegíſtí. Idem alíbí, Precium autem Senatuſconſulto conſtitutũ decumano ín modíos ſíngulos ſeſtertíi terní. Et íterum, Duobus preciís vnũ & ídem frumentũ vendidíſtí . ſemel cíuitatíbus ſeſtertíis quíndecim ín medímnũ: íterũ pop. Romano, a quo ſeſter . XX. ín medímna pro eodem íllo frumento abſtuliſtí. Et alíbí, Hoc reprehendo, ꝙ cum ín Sícilía ſeſtertíis bínis tritící modíus eſſet , vt íſtíus epíſtola ad te declarat, ſummũ ſeſtertíis trínis, tũ íſte pro tritící modíis ſíngulís ternos ab aratorĩbus denarios exegít. Híc locís & alíis eíuſdem oratíonis líquet

Medímnũ. medímnũ quínquíes modíũ capere. quod de Sícula menſura íntelligendũ. nam Romanũ medímnũ vt Attícum ſenos modíos cepíſſe, eodem auctore

Amphora. eadẽꝙ oratíone probabímus poſtea. Nunc quod ínſtat de amphora videamus, quonammodo íntellígí poſſit quod Polítianus díxit, Sit ígitur area quoquo verſus pedũ quatuor, ſi ex ea corpus quadrantale & teſſerariũ facere velís, neceſſe eſt addẽda dímẽſione tertía, íd eſt altitudíne, tertiã quoꝙ multíplicatíonẽ arealís numerí excitarí . Quomodo enim bís bína bís, primã teſſerã numeralẽ faciũt octo angulís cõſtantẽ, & ter trína ter ſecũdam, quí numerus eſt vícenarius ſeptenarius, eodẽ modo quater quaterna quater tertiã teſſeram faciũt, vnítatíbus quatuor & ſexagínta cõcretã. Sit ígitur planities vel ínteruallũ quadratũ, quaternũ quoquo verſus pedum: huic ſi altítudínem bípedalem ímponã , fient quatuor pedes quadratí, quí duos & trígínta pedes valent . hoc eſt bís quater quaternos . hos pedes ſi ex quadratís cubícos, íd eſt teſſerarios reddere velím, eũ numerũ vt duplícem neceſſe eſt, hoc modo, quater quatuor quaternos, ſic fiũt bís duo & trígínta, íd eſt quatuor & ſexagínta. Vt eñ quadrata forma ex numero quocũꝙ fit ín ſeſe ducto, ſic ex quadrata íterum exurgit cubíca. Quaternío eñ radíx eſt numerí quem nunc quęrímus. Is ín ſeſe multíplícatus ſedecím efficít, & íam formã quadratã capit . At ís numerus quadratus íterũ quater multíplícatus ín teſſerã euadít, & fiunt ſexagínta quatuor. Quare aut Polítíanus exiſtímauit amphoram tot pedes habere ín conceptaculí ínanítate aut teſſerę naturam ígnorauít. Vtrũlíbet autem díxeris luculenter hallucínatus comperietur . At alterutrum vix de eo homíne credere fas eſt, quí

Panépiſtemõ Polítiani. Panepíſtemona líbrum condídít, quo omniũ rerũ artíumꝙ ſcientíam profi-

teri videtnr ſummatimq; tradere. Vitruuius de teſſera lib.v.ita inquit, Cubus eſt corpus ex ſex lateribus, ęquali latitudine planitierũ per quadratũ. Is cũ eſt iactus quã in partem incubuit, dum eſt intactus immotam habet ſtabilitatem, vt ſunt etiã teſſeræ quas in alueũ ludentes iaciunt. Amphorę autẽ capacitatem cũ ego noſſe cuperem, quadrantal, id eſt vas cubicum ex tabellis quatuor compingendum locaui, ita vt intus pedale quoquouerſus eſſet, factũq; ad rudiculam exegi, quæ intus quidem erecta, æquilibris eſſet ad ſumma vaſis labra. Iacens vero & porrecta in imo atq; ſummo, latera bina ſtringeret. ſemipedem accipimus id ſpatiũ quod digiti vtriuſq; manus ſuppreſſis pollicibus occupant. Etenim palmus (vt inquit Vitruuius) a quaternis manuũ digitis inuẽt⁹ eſt, & a palmo pes factus ſedecim digitorũ. noſtri pedẽ duodecim pollicibus partiũtur, quas vncias antiqui vocauerunt, vt auctor eſt Boethius. id quod oſtendit Plinius libro. xv. de Siliquis loquens, quũ ita inquit, Digitorũ hominis lõgitudo illis, & interim falcata, pollicari latitudine. Pollicarem dixit pro vnciali, vt differẽtiã adnotare facile ſit inter digitale & pollicare. Frõtinus, Aquarũ (inquit) modulí aut ad digitorum aut ad vnciarũ menſurã inſtituti ſunt. Digiti in Campania & in pleriſq; Italiæ locis, vncię in Apulia obſeruãtur. Eſt autẽ digitus (vt cõuenit) ſextadecima pars pedis, vncia duodecima. Idẽ alibi, Vnciæ ergo modulus habet diametri digitum vnum & trientem digiti. Hactenus ille. Vulgo pedẽ metiũtur opifices manibus in pugnos contractis & porrectis pollicibus altrinſecusq; obuerſis. Nos huiuſmodi pedem habuimus, ſed ab iis petitum qui modũ pedis publice ſtatuere ſolent. Hoc vas autem tritico cum impleuiſſem, cũ menſuris noſtris cõpoſui implẽdo, deplendoq; ſubinde. Hoc faciens deprehendi vas illud teſſerarium, id eſt amphoram meã cumulatam, huius vrbis quadrantem radio æquatum capere. nec aliã eſſe, inter vtrãq; menſurã differentiã, q̃ quæ eſſe ſoleat inter menſurã raſam & faſtigatã, vt amphora antiqua cũ eo auctario quod liberaliores venditores cõdonare ſolent, quadrãtẽ noſtrũ hoſtimẽto admẽſum quo modo venire moris eſt, omnino æquare poſſit. Quadrãtẽ appello eius menſurę quartã partem quã ſextarium triticarium diximus. Secundũ hoc medimnus erit quã minam dicimus. Lingua em̃ vernacula primũ mimnũ per ſyncopẽ, poſtea minã pro medimno dixit. Ita ſextarius ille noſter tritícarius in bina medimna vel quaternas amphoras diuiditur, & inde in duodenos modios quos Boſſellos appellam⁹ vel Bęotios potius. Sed hęc quę coniectura aſſequimur, argumẽtis adiuuãda ſunt. Trãquillus in Cæſ. Populo pręter frumenti denos modios ac totidem olei libras, trecenos quoq; nummos quos pollicitus olim erat, diuiſit. Si Cæſar totidẽ modios tritici viritim quot olei libras diuiſit, intelligimus modiũ non magnam menſurã fuiſſe, quę Ciceronis teſtimonio plerũq; binis, raro ternis ſeſtertiis valebat. Qua ratione medimnus quiniſdenis ſeſtertiis, & ſępe denis tãtũ valebat. quod tamẽ intellígo in vilitate annonę. nã Cicero in Frumẽtaria duas æſtimationes ex Senatuſcõſulto factas ponit, vnã alterarũ decimarũ quas aratores non gratuitas pendere cogebantur populo Romano, ſed ita vt in modios ternos ſeſtertios acciperent, alterã æſtimationem ponit frumenti

Cubus.

Amphoræ forma & capacitas.

Digitus. Vncia.

Medimnus.

Æſtimatio frumenti in Sicilia.

quod interdum ciuitatibus imperabatur, vt Romano populo præbere certum numerum frumẽti cogerentur, & pro eo in modios denarios singulos acciperent, id est quaternos sestertios. Qua ratione medimnus quinis denariis æstimabatur, quod fiebat cum annonæ pœnuria metuebatur vt opinor. Legitima ergo æstimatio erat trinis sestertiis in modios Siculos qui maiores erant Atticis & Romanis, licet idem esset medimnus. Videamus an hoc temporibus nostris congruat. Apud nos commodam tritici primarii annonam esse aiunt, cum medimni bini, id est sextarius quinis & vicenis solidis turonicis veneunt. ab eo precio ad tricenos iustam æstimationem esse: deorsum autem ad vicenos, iam ad vilitatẽ spectare: quod supra hęc aut infra est, caritatis & vilitatis appellatione censeri. Cũ hæc literis mandarem precium diuersis anni partibus a vicenis solidis ad vicenos binos & semissem plerũq; euariauit, tametsi minime vbere biennii prouentu. Sed fere ita euenit cum exportare ad externos nõ licet. vix iam vt annona agriculturæ impendia ferat, cum paucis annis equis aratoriis quibus nostri vtũtur, magnopere precium accesserit. Verum si medimnus in Sicilia mediocri fertilitate quinisdenis sestertiis valebat, planum fit non memorabili nos errore aut in nummi coniectura aut in mensura falli: quippe quindecim sestertii æstimatione nostra solidis tredecim & sesquidenariolo valẽt. Sestertium enim denis denariolis & obolo taxauimus. Quare nõ mirũ est si Cicero sæpe in Sicilia modium frumenti binis sestertiis esse dixit in magna vbertate. qua ratione duo medimna decem & septem solidis & semisse veneunt: nã apud nos sepe minoris valere memini. Cicero in Frumẽtaria, Frumentum (inquit) emere in Sicilia debuit Verres ex Senatusconsulto & ex lege Terentia & Cassia frumentaria. Emũdi duo genera fuerũt. vnũ cæterarũ decumarũ, alterũ quod pręterea ciuitatibus æqualiter esset distributum. Illius decumani tantũ quãtũ ex primis decumis fuisset, tritici modia DCCC. millia. Preciũ autẽ cõstitutũ decumano, in modios singulos sestertii terni, duodetricies, imperato sestertii quaterni. Ita vt frumentũ imperatũ, sestertiũ duodetricies in annos singulos Verri decernebatur quod aratoribus solueret. In alteras decumas ferme ad nonagies. sic per triennĩ ad hãc frumẽti emptionẽ Sicilienſem prope cẽties & tricies erogatũ est. Decumanũ frumẽtũ appellat Cicero alterius Decumę frumẽtũ, quã aratores dare nõ vectigalẽ, sed venalẽ cogebãtur. Puto autẽ nõ vtrobiq; duodetricies legẽdum, sed secũdo loco duodeuicies: nihil tamẽ certi haberi potest, quoniã locus ille corruptissime legitur, sed nec duodetricies priore loco satis cõgruit, cũ octingẽta millia modiũ quater & vicies tãtũmodo valuerint æstimatione ternorũ sestertiorũ. Igitur. DCCCC. M. Ciceronem scripsisse decendũ est, non. DCCC. vt sit vicies septies. Qz si addatur. XXX. mil. cõgruet duodetricies. Ter autẽ duodetricies ferme nonagies centena millia sestertiũ valet. Quibus si ter duodecies addas ferme cẽties & tricies sestertiũ erit. quod a Cicerone oratorie auctũ est. Sic in alteras decumas quotannis ex Sicilia nongẽta millia modiũ Romã exportabãtur: qui modii primũ ad mensuram Romanam, deinde ad nostram reduci debent, propterea q; quini Siculi modii senos Romanos valebãt. Qua ratione septin-

Sestertii valor.

Decũma frumẽti in Sicilia.

genta & quinquaginta millia Siculorũ, nongenta millia Romanorum & Atticorũ valẽt:quæ ad medimnos Atticos relata, centũ & quinquaginta millia fiũt. His adde centũ & quinquaginta millia modiũ Siculorum,quę centum & octoginta millia Romanorũ valent,fiũt decies centena & octoginta millia. Hęc enim ſumma ſeſquiquinta eſt nongẽtorũ milliũ,quæ ad ſextarios Pariſinos reducta nonaginta millia fiũt, & duodenario diuiſa ſeptem millia,& quingẽta modia Pariſina. Sic ex duabus decimis Romani quindecim millia modiũ noſtrorꝫ tranſportabãt ex Sicilia, pręter id quod ciuitatibus quaternis ſeſtertiis imperabatur. Sed ſeptẽ millia & quingẽti modii noſtri ea ratione quã Cicero ſtatuit,id eſt tribus ſeſtertiis in modiũ Siculũ,ære noſtro ſexagitaſeptẽ millia & quingẽtos aureos noſtros valẽt, quæ Romano more vicies ſepties ſeſtertiũ dicũtur. Quare ſumma omnino nõ cõgruit,propter quod locũ Ciceronis corruptũ eſſe dixi,nec modo corruptũ eſſe puto,ſed etiam mutilatum,inter verbũ fuiſſet & verbum tritici. DCCC.enim millia non eſt alterarũ decumarũ numerus,ſed frumenti imperati,vt ex aliis locis orationis colligitur. Numerus autẽ alterarũ decumarũ deeſſe mihi videtur. Sed & maior ſumma eſſe debet in triennio q̃ cẽties & tricies,cũ quotannis nonagies in alteras decumas daretur. Id quod ex alio loco orationis oſtẽditur, nam Cicero eius ſummę quinquageſimas binas ad ſeſtertiũ tredecies taxauit. qua ratione trecenties & vicieſquinquies eſſe oportuit. Cæterũ non duodetricies imperato frumẽto Ciceronẽ ſtatuiſſe puto,ſed bis & tricies,cũ quaternis ſeſtertiis in modiũ æſtimaretur: ſũma em̃ ad nũmũ quadrat. Sextarius noſter triticarius fere eſt quãtũ iumẽtũ viatoriũ ferre poteſt,hos in modio duodenos,Pariſiẽſes habẽt. Idẽ Cic. in eadẽ oratione,Iugera profeſſi ſunt aratores imperio atq; inſtituto tuo:non opinor quẽq̃ eſſe minus profeſſum q̃ quãtũ araſſet, cũ tot cruces, tot iudicia,tot ex cohorte recuperatores proponerẽtur. In iugere Leontini agri medimnũ fere tritici ſeritur perpetua atq; æquabili ſatione. Ager effi cit cũ octauo bene vt agatur. Verũ vt omnes dii adiuuẽt,cũ decimo.quod ſi quãdo accidit,tũ fit vt tãtũ decumę ſit quãtũ ſeueris. hoc eſt vt quot iugera ſunt ſata,totidẽ medimna decumę debeantur. Hoc cũ ita eſſet,primũ illud dico, pluribus medimnũ millibus vęniſſe decumas agri Leontini q̃ quot millia iugerũ ſata erãt in agro Leontino. Et rurſus, Agri Leõtini decumę anno tertio vęnierunt medimnis. XXXVI. millibus,hoc eſt tritici modiis ducẽtis ſedecim millibus. His verbis planũ fit medimnũ ſenos modios capere, cũ prior numer⁹ ſenario multiplicat⁹ poſteriorẽ efficiat. Idẽ, Oſtendã neminẽ aratorẽ minus tribus decumis dediſſe: atq; hoc in beneficii loco petitũ ab Apronio, vt in iugera ſingula ternis medimnis decidere liceret. Deinde inferius ita ſubdit, Profeſſio eſt agri Leontini ad iugera XXX.millia. Hęc ſunt ad tritici medimna nonaginta, id eſt tritici modia quingẽta quadraginta millia,tres quinquageſimas. id eſt tritici modium XXXII.millia quadringẽtos. Ab omnibus em̃ ternę p̃terea quinquageſimę exhibebãtur. Hęc exẽpla Ciceronis corruptiſſime hodie leguntur,ſed partim ex locorum collatione,partim calculo emendãtur, quæ ideo citanda duxi, vt probarem medimnum ſenos modios Romano more capere. Medimnus.

Sí enim quíngenta quadragínta míllía ſenarío partíaris, fient ſexies nonagínta míllía. Cum tot tantísq; auctorítatíbus pugnat auctorítas Polybíí ín ſecundo híſtor. hís verbís ſcríbentís de Italíæ fertílítate frumentíq; vílítate, οἵᾳ γὰρ πρὸ τούτων ἀφθονίαν ὑπάρχειν συμβαίνῃ κατὰ τὰς τόπους, ὡς τὸ μὲν τῆς καθ' ἡμᾶς καιροῖς πολλάκις πεντάξων ὀβολῶν εἶναι τὴν τιμὴν τὸν σικελικὸν μέδιμνον, τὴν δὲ κριθῶν δυοῖν. Sí enim Polybíí ætate quí Scípionís Africaní præceptor fuít, medímnus frumentí Sículus quaternís obolís fuít, íd eſt tríente denaríí: quo modo ſeſtertíís bínís terníſq; Cíc. tempore modíus fuít, quí aut quínta aut ſexta pars medímní erat. Ex quo fit vt cenſeam μέδιμνον a Polybío pro eo dictum q; Latíní modíum dícũt. Inire autẽ ratíonem non poſſum quonam modo credíbíle fierí poſſít, quod ídem auctor eodem loco prodídít, teſtíficarí volens Italíæ vbertatem. Admíratur autem quod ín Italía hoſpites mercenaríí peregrínos admítterẽt ín díuerſoría níhíl príus pacíſcentes de ſíngulís rebus ab ípſís cauponíbus prębendís. ſed tm̃ díuertentes percunctarentur, quanti recíperent hoſpites. Itaq;, ínquít, plerũq; eos admíttunt ſemíſſe, íta vt níhíl admíſſí deſíderẽt eorũ, quę vſuí neceſſaría ſunt. ὡς μὲν οὖν ἐπιτοπλεῖν πρόσεισι τὰς καταλύσεις οἱ πανδοχεῖς, ὥς ἱκανὰ πάντ' ἔχειν τὰ πρὸς τὴν χρείαν ἡμῖν ἀσαφές. τόπο δ' ὅτι τέλος πᾶν μέρος ὀβολοῦ. σαφῶς δὲ τοῦτο ὑπεξαίνυσι. Hoc dictum Polybíí hyperbolícum míhí víſum eſt, vt ín exẽplaríbus legítur: nec de eo habeo quod ſtatuere poſſím. Verum ſuperíorĩbus exemplis Cíceronís auctoritatẽ habemus agrí Leontíní quí fertílítate cõmẽdabílís erat, íugera ſíngula ſíngulís medímnís, íd eſt ſenís modíís ſerí. & plerũq; cũ octauo, raro cum decímo fœnore ſatũ frumentũ redíre. Primũ ígítur ſtatuamus quãta ſit íugerí menſura. Columel. líb. vi. Duo (ínquít) actus íugerum efficiũt longítudíne pedum ducentorum quadragínta, latítudíne pedum centumuígíntí. quæ vtręq; ſummæ ín ſeſe, ductæ quadratorum pedum faciũt míllía vígíntí octo & octíngentos. Iam auctore Columella & calculo confirmatore nouímus ducentos & quadragínta pedes (quę longítudo eſt íugerí) centíes & vícíes multíplícatos (quí numerus eſt latítudínís) octo & vígíntí míllía quadratorum pedum & octíngentos efficere. Híc numerus octíngentas hexapedas efficít, qua menſura noſtrí menſores & fabrí ſic vtuntur, vt antíquí Romaní decempeda. Eſt enim hexapus ſíue hexapeda menſura ſex pedum. quæ quadrata ſex & trígínta pedes habet. Porro cẽtũ hexapedæ quadratæ tría míllía & ſexcentos pedes efficíunt. Quadríngẽtæ hac ratíone quatuordecím míllía & quadríngentos explent, quæ menſura eſt ſemííugerí Romaní ex Columella. Ita íugerum octíngentas hexapodas noſtras habebat. Quare quod apud Varronem & ípſum Columellam legítur, actum quadratum vndíq; fínírí pedíbus cẽtum vígíntí, eũq; duplícatũ íugerum facere, íd de íugero quadrato íntellígendum eſt, non abſolute de íugero, quod parum apud vtrũq; declaratum eſt. ſed cum vterq; dícat ſcrupulum denũ eſſe pedum quadratorum: & ín íugero eſſe ſcrupula ducenta & octogínta octo, planũ fit calculo, de íugero quadrato nõ íntellígí, cum dícítur íugerum pedum eſſe vígíntí octo míllíũ & octíngentorũ. Sí enim ín ſíngula ſcrupula cẽtenos pedes numeres, quot ex denís pedíbus quadratís exurgũt, patet vel ín dígítos deducẽtí ducẽties octuagíes octíes cẽ-

Hexapeda Hexapodesq; Iugerum.

tenos pedes fieri,id eſt vigintí octo míllia octingẽtos:at iugerum quadratum altero tanto maius eſt.In agro Pariſino non vna eſt menſura, propterea iuſtiſſimam eligam,& quę latius in eodem agro patet: perticam noſtrã vicenum quinum pedum eſſe aiunt longitudinis.Hęc quadrata ſexcenos vicenos quinos pedes continet,qui numerus centies multiplicatus ſexaginta duo millia & quingentos pedes quadratos efficit: tot enim tantisq; pertícis iugerum noſtrum quod arpennũ appellamus,conſtare dicitur:huiuſmodi iugero licet aliqui vtantur:alii tamen affirmant grandiſſimam illam eſſe menſuram,ſed iuſtam agri noſtri perticã vicenũ binum pedum eſſe lõgitudinis, quæ quadrata quadringenos octuagenos quaternos pedes habet. Et hæc iam apud plerosq; plena exiſtimatur.Qua ratione centenarium iugerũ quadraginta octo millia quadringentos pedes habet quadratos. Eſt & minima menſura,quæ perticis duodeuicenariis vtitur,quæ pedes trecenos vicenos quaternos habent,& centenæ in iugero,pedes quadratos conficiunt numero trigínta duo millia quadringẽtos.Sunt etiam qui pertícis quidem plenis,ſed iugero ſexagenario vtantur.Quo fit vt illis iugerũ trigínta ſeptem millia quingentos pedes habeat.Nos autem mediam menſuram obſeruabimus quam dicunt germanam noſtram eſſe, quę duos & vigintí pedes perticæ ſtatuit,& quadraginta octo millia quadringentos pedes habet.Hæc ad iugerum Romanum compoſita eandem habet proportionẽ,quam quadringentí octogínta quatuor ad ducentos octogínta octo, quæ vt maior eſt multo ſeſquipla,ſic paulo minor eſt dupla: eiuſmodi arpẽnum pinguí ſolo alternis propemodum meſſibus medimnum duodecimum reddit.Huiuſmodi fere eſt fertilitas in eo tractu quí peculiari nomine Frãcia appellatur,ex eo(vt arbitror)q; ſit ſumen (vt dicitur)Franciæ, in quo agro triticum mutilis ſpicis naſcitur nõ vt fere in Italia ariſtatis.In eo nos prędium Marlianum habemus.Neq; nunc de ſumma vbertate,aut ſoli,aut temporis loquimur,ſed de ea quæ plerunq; viſitur.Notũ eſt in eo agro arpenna duodeuicena in annos ſingulos ſingulis modiis noſtris oblocari triticí lectiſſimi.Q;q; ea fere locationum formula eſt,vt colonus eo recte prębendo tritico defungí poſſit quod ſummæ bonitati vno ſolido cedat,& interdum eo quod ſemiſſe tantum ſolidi:modium autem noſtrum(vt iam dixi)duodenos ſextarios continet,& ſextarius binos medimnos.Hac ratione ſingula iugera quotannis beſſem ſextarii noſtri,id eſt octonos modios penſitare inueniuntur.Cum tamen in eo tractu nullum agrum reſtibilem eſſe ſciam.Sic enim fert agri colatio,vt triticarius ager a meſſe triticea altero anno ſemeſtre aliquod genus frugis capiat,vt ordeum vel auenã vel quid aliud leuioris fœtus:tertio autem anno nouali agitato ceſſet, quod & aruũ & veruactum appellatur ab antiquis.Itaq; planum fit agrum noſtrum bonitate ſiculo non cedere,quem Cicero cum octauo & cum decimo acceptũ reddere ſemen dixit:q;q; id poſtea viderimus,nunc id tantum argumẽta noſtra adiuuet,quibus aſſere contendimus medimni Romani & minæ noſtrę paritatem. Noſtri aiunt agricolæ arpennum quale diximus , ſeſquimedimnum fere poſcere, vt bene ſeratur aruum. Columella de ſatione loquens lib.xii.Pinguis agri iugerum ſi ſolutus & ſiccus ſit,quaternos tantum mo

Iugerum Pariſinum.

Francianus ager.

Franciæ ſumen.

Marlianum prædium.

Aruum Veruactum.

dios tritici poscere tradidit: si cretosus, aut vliginosus, quinos. Hoc cum a nostratibus anxie inquirerem, vix cõstare opiniones deprehendi: id quod ex varietate soli & mensurarum contingit: quãtum tamen colligere potui, plena, id est mediocris pinguis agri mensura solo denso dodrantem minimum poscit, interdum etiam dextantem, id est decem modios Romanos, soluto & minime vliginoso solo nunc septenos nunc octonos. minimus modus agri reliquis etiam competentibus, senos modios, id est medimnum poscit. His conuenit dictum Columellę libro secundo, Iugerum (inquit) agri pinguis plerunq; modios tritici quatuor, mediocris quinq; postulat, adorei modios nouem, si est lætum solum: si mediocre, decem desiderat. nam q̃uis de mensura minus auctoribus conuenit, hanc tamen videri commodissimam docuit noster vsus. Et paulo inferius, Nobis ne istam quidem quam prædiximus mensuram semper placet seruari, q̃ eam variat aut loci aut tẽporis aut cæli conditio: proinde quam proportionem iugerum Romanum, id est duodetriginta millia & octingenti pedes, ad Parisinum arpennum habet, id est ad duodequinquaginta & quadringentos, eãdem fere habent quaterni quiniq; modii ad septenos & nouenos. Leontinũ iugerum non admodum disparile nostro minimo fuisse oportet, quod tantundem frumenti posceret, id est medimnum in singula iugera, si tamen Cicero veritati inseruit potius q̃ exaggerationi criminis. Arpenni autem vocabulo non licenter vti videor cum id apud Columellam legatur. Aristoteles in secundo Politicon auctor est Solonem Atheniensem quatuor census Athenis instituisse. Quorum primus fuit eorum qui Pẽtacosiomedimni dicti sunt, id est quingentis medimnis censi. Secundus eorum fuit qui Zeugitæ dicebãtur ab equis iugalibus. Tertius Hippas ab equis. Quartus Theticus dicitur. Qui eorum erat qui Thetes, id est opifices erant, hoc est operas suas locantes. Primum, secundum & tertium ad magistratus & honores admitti voluit, eosq; diuitum nobiliumq; appellatione censeri. τὰς δ' ἀρχὰς ἐκ μὲν γνωρίμων καὶ πλουσίων κατέσκευε πάσας, ἐκ δὲ πεντακοσιομεδίμνων καὶ ζευγιτῶν καὶ τρίτου τέλους τοὺς καλουμένους ἱππάδα. Plutarchus, in Solone, Cum magistratus (inquit) omnes locupletibus relinquere vellet, reliquam autem Reipub. gubernandæ partem promiscuam facere, ad quam antea plebs aspirare non poterat, ad census ciuium se contulit: & qui in siccis atq; humidis censi erant, in primo ordine locauit, & pentacosiomedimnos vocitauit. In secundo autem eos qui equos alere possent, aut trecentis censi forent, & hos hippada soluentes ab equis nuncupauit. Zeugitæ vero tertii census homines vocati sunt, qui ducentorum medimnum censum explerent. Quo hęc melius intelligantur, Pollux libro octauo de hoc loquens ita inquit, τιμήματα δ' ἦν τέτταρα. πεντακοσιομεδίμνων, ἱππέων, ζευγιτῶν, θητικῶν. οἱ μὲν ἐκ τῶν πεντακοσιομεδίμνων μέτρα ὑγρὰ καὶ ξηρὰ φέρειν κληθέντες, ἀνήλισκον δὲ εἰς τὸ δημόσιον, τάλαντον. οἱ δὲ τὴν ἱππάδα πλοῦντες, ἐκ μὲν τῶν δυνάμει τρέφειν ἵππους, κεκλῆσθαι δοκοῦσιν, ἐπόουν δὲ μέτρα τριακόσια, ἀνήλισκον δὲ ἡμιτάλαντον. οἱ δὲ τὸ ζευγίσιον πλοῦντες εἰς διακοσίων μέτρων καταλέγοντο, ἀνήλισκον δὲ μνᾶς δέκα. οἱ δὲ τὸ θητικόν, δεδημοσίαν ἀρχὴν οὐκ ἦρχον, δὲ δὲ ἀνήλισκον δέν. Quorum verborum huiusmodi est sententia, Quatuor census Athenis fuisse, Pentacosiomedimnos, Hippeis, Zeugitas, Theticos. Pẽtacosiomedimnos autẽ, id est quingenimedimnos, ideo appellatos,

Ratio semen tis.

Arpennum Cẽsus Athenienſium.

q; quíngenum medímnum numerum vel menſuram ſiccís & humídís face-
re poſſent,hoſq; ín publícum ſumptus facere ad talentum. Hippeis autem
id eſt equítes ex eo díctos víderí q; equos alere poſſent:eoſq; menſuras tre-
centas facere,& publíce ſemítalentum ímpendere. At vero quí íugatíonem
penderent,a ducentís menſurís conſcríbí ſolítos eſſe, & publíce decem mí-
nas conſumere. Poſtremæ notę eos eſſe quí thetícum penderent,íd eſt opí
fícíarium vel mercenarium:eoſq; nec magíſtratũ gerere, nec publíce quícq̃
ſumptus facere. Lícebatq; ex vno ordíne ad alíũ tranſíre,vt ídem Pol lux au
ctor eſt. Ex hoc autẽ ínſtítuto prodíerunt(vt arbítror) munera perſonalía,
quorũ mentío fit ín lege vlt.de muneríbus & honoríbus, ín Pandectís. Ser
uíus etíam Tullíus hoc exemplo claſſes quinq; cíuíũ Romanorum deſcrí-
pſiſſe vídetur.Príma claſſís ín octogínta cẽturías díſtríbuta, ex hís quí cen
tum míllíbus ærís aut maíorem cenſum haberent,quæ ſumma a nobís mil
le aureís noſtrís æſtímata eſt. octogínta autem centurıæ ín quadrage-
genas ſenıorum ac íunıorum díuíſæ: íta vt ſenıores ad vrbís cuſtodíã præ-
ſto eſſent,íunıores vt foris bella gererẽt.quíbus arma ímperata, galea,cly
peus,ocreæ,lorica,tela ín hoſtem haſtaq; & gladíus. Secunda claſſís íntra
centum vſq; ad quínq; & ſeptuagínta míllíum cenſum ínſtítuta. Tertię claſ
ſis quínquagínta mílía cenſus fuít.Quartæ quínq; & vígíntí mílía. Quín-
ta & vltíma vndecím míllíbus cenſebatur,íd eſt cẽtum ac decem aureís no
ſtris.Relíqua autem multítudo cuíus eſſet ínferíor cẽſus, ímmunís mílítía
facta.Equítũ etíã ex prímorıbus cíuítatís duodecím cẽturías ſcrípſit,q̃bus
ad equos emendos dena mílía ærís ex publíco data, & quíbus equos alerẽt
víduæ attríbutæ,quæ bína mílía ærís ín annos ſíngulos penderent. Dena
míllía ærís ego centenos aureos íntellígo ad bínos equos emendos, & ví-
cenos ad alẽdos,íd eſt bína mílía.Hæc om̃ía(ínquít Líuíus) ín dítes a pau
perıbus ínclínata onera. Ex hís íntellígímus ín ínfantía Vrbís Romæ prí-
marías opes fuíſſe mílle aureos.Propterea Plí.líb.xxxííí. Nõ erat (ínquít) Plínii locus.
apud antíquos numerus vlta centum míllía. Itaq; híc & hodíe multíplíca-
tur,vt decíes cẽtena míllía,aut ſæpíus dícantur.Fœnus hoc fecít nũmusq;
percuſſus.Quem locum ex vetuſto ſíc lego.Itaq; eſt hodíe, multíplícantur
hæc,vt decíes centena míllía aut ſępíus dícantur. Hoc ſenſu, vt olím non
erat numerus vltra cẽtum míllía,ſíc nec hodíe,quía cum ad centum míllía Romani nul
peruentum eſt,per multíplícatíonem fit progreſſus,dícendo decíes cente- lum numerũ
na míllía,aut vícíes,aut centíes,quę ſummę antíquís ígnotæ fœnore excre habent vltra
uerũt.Idem,Seruíus Rex prímus ſignauít æs:antea rudí vſos Romæ Rhe centum mil-
meus tradít. Sígnatum eſt nota pecudum,vnde & pecunía appellata. Maxí lía.
mus cenſus centum míllía aſſíum íllo Rege fuít,& ídeo hęc príma claſſís.
Vt ígítur Romę príma claſſís cẽtenarıorum fuít,ſíc Athenís quíngenarío
rıorũ,quí quotannís pẽdere poſſent medímna vínı & olei & frumentí quín
gena.ſíc enım ex Polluce íntellígendum puto.Quíngenta autem medímna
ín Attica,quæ plurímo ímportato frumento vtebatur, ducentís quínqua-
gínta aureís æſtímare poſſumus:& quíngenta vínı medímna, íd eſt mílle
amphoras totídem pene Francícís, pro quíbus quíngentos aureos pone-
mus:quíbus ſí addamus totídem olei amphoras, neſcío quíd æſtímare de-

Cenſus Ro-
mani & claſ-
ſes.

beam. Apud Demosthenem πρὸς φορμίωνα., Chrysippus quidam negociator ita ad iudices loquitur, ὅτε δὲ ὁ σῖτος ἐπεδημήθη πρόπερον, καὶ ἐγένετο ἐκκαίδεκα δραχμῶν, εἰσαγαγόντες πλέους ἢ μυρίους μεδίμνους πυρῶν, δι' ἐμπορίσαμεν ὑμῖν φανερὰ καθεστηκυίας τιμῆς, πεντε δραχμῶν τὸν μέδιμνον. Cum autem frumenti auctum esset precium, & ad sedecim drachmas excreuisset, importato frumẽto vltra decẽ millia medimnũ, iusto & legitimo precio vobis admẽsi sumus quinis drachmis in medimnũ. Hac Demosthenica ratione sextarius Parisinus circiter aureo vno fuisset, hoc est drachmis decem. Igitur qui Athenis eum prouentum quingentum medimnum habebant: talentum impendere publice tenebantur, hoc est sexcentos aureos. Verum intelligimus illam æstimationem census non stricta fuisse, vt Pentacosiomedimni dicerentur qui quotannis eam summam corradere possent, sed qui tantum pendere possent talento esse taxatos. Parum tamen hoc explicatum est ab auctoribus. Interpres Aristophanis Pentacosiomedimnos dictos dicit eos qui tot mensuras arare possent, πεντακοσιομεδίμνους διὰ τὸ γεωργεῖν τοσαῦτα μέτρα ὄντως ἐπωνόμαζον. Equites autem eos dictos qui trecentas mensuras ararent, nomen ex eo sortitos q̃ equos alere possent, siquando opus esset. Qui cum primum sexcenti fuissent, postea vrbe aucta mille & ducenti esse cœperunt. his licebat comatos esse licet ditiores essent qngenarii, id est Pẽtacosiomedimni. Oportebat ergo ciues eos diuites esse, qui tantum telluris ararent, aliunde etiam ditescentes, vt negociationibus maritimis propter situm vrbis & fœnore traiectitio. Opificũ autem ordini licebat & iudicare & concionem habere, vt idem auctor inquit, δικάζειν καὶ ἐκκλησιάζειν. Hactenus illi Rempublicam attingere poterant.

Athenienses diuites.

Copiosos autem Athenienses fuisse ex Thucydide nouimus, qui libro secundo Periclem eorum ducem ita inducit de opibus eorum disserentem, vt dicat confidere eos debere, nec incursu hostium perterrefieri. Bello enim gerendo consilio & vi pecuniæ plurima obtineri. Athenien sibus autem sexcentorum talentorum obuentionem annuam esse: quæ quotannis fere tributi nomine a sociis eorum pensitarentur, præter alios prouentus. Esse præterea signati argenti in arce sex talentorum millia, fuisse autẽ aliquando plurimum nouem millia septingenta. Ex quibus in arcem & publicas alias extructiones erogatum fuisse quod nunc illi summæ desit, τὰ δὲ πλεῖστα τοῦ πολέμου γνώμῃ καὶ χρημάτων περιουσίᾳ κρατῆται. ἦσαν δὲ ἐκείνοις προσιόντων μὲν ἑξακοσίων ταλάντων ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ φόρου κατ' ἐνιαυτὸν ἀπ' αὐτῆς ξυμμάχων τῇ πόλει, ἄνευ δὲ ἄλλης προσόδου. ὑπαρχόντων δὲ ἐν τῇ ἀκροπόλει ἔτι τότε ἀργυρίου ἐπισήμου ἑξακισχιλίων ταλάντων. τὰ γὰρ πλεῖστα τριακοσίων ἀπολέοντα, μύρια, ἐγένετο. Sex millia talentum tricies sexies centenis millibus aureorum nostrorum æstimare solemus. Suidas auctor est reddi-

Prytanea.

tus publicos Athenis Prytanea appellari, & eo nomine metallorum vectigalia & fori, id est rerum vẽditarum, & portoriorum intelligi, & quicquid a sociis vel subditis pẽsitaretur, & quicquid ex manubiis vel rebus publicatis redigeretur. Quorum (inquit) nominum cumulus bina millia talentum propemodum conficit. Athenæus autem libro duodecimo scribit Du-

Demetrii profusio.

ridem in historiis prodidisse, Demetrium Phalereum cuius multa est mẽtio apud Ciceronem, Quintilianum, Plinium, & alios, cum Athenis Reip. administrandæ prẽesset, mille ac ducẽta talẽta in potestate habuisse quotãnis.

Ex quibus cum minimam partem in stipendia militum & reliquas Reip. partes tuendas consumeret, reliqua per ingenitam morum incontinentiam luxuriose dilapidabat. Epulis quotidianis lautis & opiparis q̄plurimos cō uiuas accipiens, & ea parte magnificentiæ Macedonicas cœnas superans. Alioquin nitore & lautitia vitæ Cyprios & Phœnicas prouocans, cum cœnationum pauimenta singulari artificio vermiculata, etiam vnguentis perfunderentur, δημήτριος δὲ ὁ φαληρεὺς χιλίων μὴ δεηθεὶς ἐνιαυτὸν κύριος γενόμενος, καὶ λαβὼν τόπον βραχέα, δαπανῶν εἰς τοὺς στρατιώτας καὶ τὴν τῆς πόλεως διοίκησιν, τὰ λοιπὰ πάντα διὰ τὴν ἔμφυτον ἀκρασίαν ἠφάνισε. Hæc verba satis significant publicos reddítus Athenarum mille & ducentorum talentum fuisse. Aeschines περὶ παραπρεσβ. καὶ πάλιν ἐν τῷ χρόνῳ τόθ᾽ ἑπτακισχίλια τάλαντα ἀνενέγκαμεν εἰς τὴν ἀκρόπολιν διὰ τὴν εἰρήνην ταύτην. τριηρεῖς δ᾽ ἐκτησάμεθα πλοίμους καὶ ἐνπλεῖς ἐκ ἐλάττους ἢ τριακοσίας. φόρος ἦν ἡμῖν κατ᾽ ἐνιαυτὸν προσὴν πλέον ἢ χίλια τάλαντα. Athenien. reddítus.

Díximus alíbi Athenis Isocratem rhetorem vigintí talētis oratíonem vnam vendídisse. Plutarchus autem auctor est Demosthenem in eadem vrbe totidem talentis vnius díei retícentiā vendídisse Harpalo, quí Alexandrum Magnum fugiens Athenas se contulerat. licet hístoria aub Aulo Gellío in decímo aliter referatur. Hoc tamen pene conuenit q̄ Demosthenes nocte aureo calice accepto cum vigintí talentis argentí, in concionem postridie veniens collo lana & fasciis obligato, cum censere iuberetur, & pro concione dícere quíd de Harpalí postulatis statuendum esset, nutu ostendit se irraucuisse, nec proloquí posse. Quo tempore ií quí munere Harpalí corruptum esse sciebant, ridentes dícere cœperunt concionatorem hominem & popularem noctu argyranche corruptum, id est angína argentaría, ἡδὺ γὰρ ἦν τὸν ἄνδρα τὴν νύκτα ὁ Ἅρπαλος ἐπιμελὲς ἀνθ᾽ ὧν ἔλαβε τάλαντον. Et paulo post, καὶ μεθημέραν δὴ καλῶς ἐρίοις καὶ ταινίαις κατὰ τὸν τράχηλον καπλιζάμενον, εἰς τὴν ἐκκλησίαν προῆλθε. καὶ κελευόντων ἀνεῖσθαι καὶ λέγειν, διένευεν ὡς ἀπηκομμένης αὐτῷ τῆς φωνῆς. οἱ δὲ ἀθυμοῦντες ἐχλεύαζον, ὡς οὐκ ὀργῇ συνάγχης ἔφασκον, ἀλλ᾽ ὑπ᾽ ἀργυράγχης ἁλῶναι νύκτωρ τὸν δημαγωγόν, id est. Interdiu autem Demosthenes pulchre & concinne lana & fasciis obuoluto collo in concionē prodiens, cum quídam eorum quí aderant scandere in pulpitum & dícere eum iuberent, nutu significauit quasi obtusa vox sibí esset. Quo facto homines quídam ingeniosi cauíllantes, non angína noctu oratorem, sed argentangína correptum esse dixerūt. Idem Thucydídes líbro tertío, auctor est Athenienses Mithylenem obsidentes cum iam magna ex parte pecunías supradictas consumpsissent in eo bello quod cum Lacedæmoniis eorūq; sociis susceperant, & pecuniis egerent ad obsidionem peragendam, tum primum tributum in ciuitate instituisse, & ducenta talenta ad bellum contulisse, emissis etiam nauibus. XII. ad pecunias a sociis cogendas, προσεδέοντο δὲ οἱ ἀθηναῖοι χρημάτων εἰς τὴν πολιορκίαν, καὶ αὐτοὶ ἐσενηνεγκότες τότε πρῶτον εἰσφορὰν διακόσια τάλαντα, ἠξέπεμψαν, καὶ ἐπὶ τοὺς ξυμμάχους ἀργυρολόγους ναῦς δώδεκα. Quod vero díximus de quingenariis Athenienſibus quí impendere talentum publice tenebantur, ita intellígo non vt quotannis tributí nomine impenderent. Tributum enim Athenienses non pendebant, vt supradictum est ex Thucydíde, sed vt cum opus esset: id quod ex oratione Demosthenis intelligí potest quæ περὶ συμμοριῶν inscríbitur, id est de Symmoriis: quasi dícas de decuriis munera obeun- Demosthenes magno silentium ꝑ didit.

Oratio Demosthenis de muneribus trierarchiæ.

tium, id quod intelligi non potest nisi summam & veluti argumentum orationis eius colligamus. Est autem eiusmodi, Cum Rex Persarum expeditionem in Græcos & præcipue in Athenienses facturus diceretur, populus Athenienſis tumultuari cœpit, quasiq; ducem quærere, qui Athenienſium exercitu instructus obuiam vltro Persis in Lydiam procederet. Quod cum Demosthenes temerarium esse videret, nec tamen aperte damnare & dissuadere auderet, censere cœpit prius de apparatu belli cogitãdum & quonam modo suppetere copię bellicæ propulsando tanto bello possent. Itaq; exditioribus vrbis centum decurias duodenum hominum describendas censuit quas Symmorias appellat. Hic ordo Trierarchę appellantur, id est triremium præfecti quasi nauarchi. Qꝫq; symmorias tantum viginti facit, sexagenum hominum, quas rursus in quinas partes duodenum hominum distribuit. Sic eñ inquit, ἐκ πάντων τῶν ὄντων δεῖν ποιῆσαι συμμορίας εἴκοσιν ὥσπερ νῦν εἰσίν, ἑξήκοντα σώματα ἔχουσαν ἑκάστην. τούτων δὲ τῶν συμμοριῶν ἑκάστην, διελεῖν κελεύω πέντε μέρη κατὰ δώδεκα ἄνδρας, ἀνταναπληροῦντας ἀεὶ πρὸς τὸν δυνατώτατον τοὺς ἀσθενεστάτους. Ex his mille & ducentis existimo classes viginti faciẽdas eo modo quo nunc factę sunt, sexagena corpora vnamquanq; habentem. Earumq; singulas diuidendas in quinas decurias censeo duodenum hominum. Ita vt ditissimo cuiq; egentissimi in decuriis ordinandis coniungantur. Ita autem constitutis classibus, id est symmoriis, & diuisis decuriis trecentas naues triremes faciendas esse censet, & rursus eas in viginti partes tribuit singulas denumquinum nauium. Ita vt ex primo secundo & tertio centenario cuilibet classi quinæ distribuantur, & sic vnaquæq; classis singulis decuriis ternas rursus tribuat. Hac constitutione classium triremium trierarcharumq; facta, Quoniam vero (inquit) census eorum sex millium est talentorum, oportet & facultates quoq; certo ordine ac formula constitui, & in singulas decurias sexagena talenta tribui, quę sunt sexagies centena, vt singulæ classes quinquies sexagena talenta sortiantur. Id quod his verbis ab eo dicitur, εἶτα πέντε ἑξήκοντα ταλαντιαίας εἰς ἑκάστην τὴν μεγάλων τὴν ἄκοσι συμμοριῶν ἀπολαχοῦσαν. τὴν δὲ συμμορίαν ἑκάστῳ τῆν μειζῶν μίαν ἑξηκονταλαντιαίαν ἀποδοῦναι. Hoc autem ideo statuit, vt si leuius bellũ instet, centum nauibus tantum res geratur, & sexagenis in singulas decurias talentis impensa suppeditetur, & duodeni trierarchi sint: sin grauiore bello ducentis nauibus opus sit, tricena in singulas decurias talenta impensam conferant, & sena sint corpora trierarchiæ munus obeuntia. ꝑ si grauissimo bello premãtur, singulæ decuriæ ad vicena talenta & quaterna corpora cõtrahãtur, ὅπως ἐν μὲν ὑμῖν κατὸν δέκ' ἐ τριήρεων, τὴν μὲν δαπάνην ἑξήκοντα τάλαντα σωτηρίᾱ, τριήραρχοι δ' ὧσι δώδεκα, ἐὰν δὲ δέκ' διακοσίων, τριάκοντα μὲν ἢ τάλαντα, τὰ τῶν δαπάνην σώζοντα. ἐξ δὲ σώματα τριηραρχοῦντα. Hoc facto armamenta nauiũ ęstimãda primum censet, quę qualiaq; nauibus cõmoda aut necessaria sint eadẽ ratione in classes ac decurias tribuenda, omniaq; sortito expediri, vt cum rei gerendæ tempus venerit, quam quisq; nauem sortitus sit, eam instructam in tempore recte præstet. Verum Demosthenes vniuersam huius constitutionis (quam ipse syntaxin vocat) rationem: in tres summarias partes diuidit. In trierarchos enim & eorum facultates, & in triremes primam partẽ statuit. Secundam in facultates omnium diuitum & pauperum ciuitatem ha-

Symmoriæ.

tantium,a quibus ſumptus ſuppeditari oportet. Tertiam partem delegat claſſiario militi,& loco,id eſt armamentario & nauali.Prima pars explicata eſt, tertiam hoc modo proſequitur:Decem tribus erãt Athenis,vnicuiq; igitur tribui tricenas naues aſſignat: decies enim tricenæ fiunt in ſumma trecentæ.Has rurſus tricenas trifariam diuidit, id eſt in terdenas: tribus enim apud Athenienſes in treis partes diuiduntur quę trittyes ab ipſis appellantur,quaſi tertiæ tribuum partes:nos quia verbum latinum non habemus,trientes nunc dicemus.Vnicuiq; igitur trienti denas naues implẽdas tribuit,cum belli gerendi tempus fuerit.Tum vnicuiq; tribui tricenas ſtationes nauium conſtruendas aſſignat in Pyręeo portu Athenienſi vt ſingulæ ſtationes ſingulas triremes capiant.& diſtributionem parem in triẽtes, vt ſupra facit,ſortitoq; etiam omnia vult tranſigi, vt decem tribus decem loca ſortiantur tricenis ſtationibus faciendis,& trierarchi ſortito in loca & ſtationes diſtribuantur.Hæc munera Tele & Liturgiæ & Iſphorę a Grę cis appellantur.Quę verba nullo diſcrimine ab oratore vſurpantur in oratione quæ πρὸς λεπτίνην quaſi apud Leptinem vel cum Leptine non contra Leptinẽ inſcribitur . Ab his minoribus præſtationibus immunes erant trierarchi claſſici ciues,hoc eſt primæ claſſis munifices.Sic enim inquit ille in proxime dicta oratione,ὅτι μὲν πίνυν πλουσιώτατοι τριηραρχοῦντες ἀεὶ,τὴν χορηγῶν ἀτελεῖς ὑπάρχουσι.οἱ δὲ ἐλάττω τῆν ἱκανῶν κεκτημένοι,πλὴν ἀναγκαίαν ἀτέλειαν ἔχοντες,ἔξω τοῦ τέλους εἰσὶ τούτου. Atqui ditiſſimi cum ſemper in munere trierarchię occupati ſint,a theatralibus pręſtationibus immunes ſunt.Quorum autem facultates infra cenſus ſunt,ii quum neceſſariam immunitatem habeant , ne hoc quidẽ munus obibunt.Munera autem publica vno nomine Liturgię dicuntur. Quorum genera ſunt Choregia,id eſt pręſtatio ſuppeditando choro inuenta liberalium ludorum tempore & Panathenęorum.Heſtiaſis,id eſt conuiuatio,ſeu epulum tributim exhiberi ſolitũ.Gymnaſiarchia oleum palæſtrę ſuppeditabat priuato ſumptu.Iſphora dicebatur collatio ad ſtipendia militũ. Reſtat pars ſecunda apparatus,id eſt collatio vniuerſę ciuitatis ad ſtipẽdia militum.Hanc partem Demoſthenes perſtrinxit oratorie.Videbat enim gratioſam eſſe orationẽ ad populũ nõ poſſe quę populi facultates exhauriret. Cum ergo videret immani collatione opus eſſe, maioreq; facultatum parte q̃ vt tũc populus nondũ aduẽtu hoſtis perterritus,ferre poſſet ſi a ſe ſtaueretur,nec minorẽ dicere vellet,id eſt eã quæ populo tolerabilis eſſe tũc potuiſſet,tandem ſeipſum oratorie interrogãs & viciſſim reſpõdens ita inquit,τίς ἄρ' ἐσθ' ὅτου ὁ πόρος;ὁ νῦν μὲν οὐκ ὤν,ὑπάρξων δὲ τότε,αἰνίγματός γε ὅμοιον τοῦτό πω λέγω φράσω.ὁρᾶτε τὴν πόλιν ὥσπερ ἀνδριεῖ ἀθλοφόροις πᾶσαν ταυτηνὶ.ὡς ταύτῃ χρήματά ἐστιν ὀλίγα δέω πρὸς ἅπασας τὰς ἄλλας εἰσφορὰς πόλεως.ταῦτα δ' οἱ κεκτημένοι πιστὰ ἔχουσι τὰ αὑτῶν,ὥσπερ τ' ἂν πάντες οἱ φίλαυτοι λέγοντες φοβοῖεν,ὡς ἥξει βασιλεὺς,ὡς πάρεσιν,ὡς οὐχ ὁσιόν ταῦτ' ἄλλως ἔχειν.καὶ μετὰ τὴν λεγόντων ἴσως τὸ πλῆθος τοῦτοις χαρισμῳδοῖεν,ὃ μόνον οὐκ ἂν ἀσεβέγκαιεν,ἀλλ' ὃ δ' ἂν δέξαιεν,ὃ ἂν ὁμολογήσαιεν κεκτῆσθαι.ἃ μὴν τὰ νῦν διὰ τὴν λόγων φοβερὰ , ἔργῳ πραττόμενα, ἄδηλοιντ', ἀλλὰς οὕτως ἀλίσκεται ὅτιν ὃς ἂς οὐκ ἱκανὸν δοὺς καὶ πρῶτον εἰσενέγκαι . Quodnam igitur eſt hoc vectigal?id quod nunc quidem non eſt , tunc autem futurum eſt? Equidem ſimile quid ænigmati dicere hic non dubitem . Ecquid hanc ciuitatem omnem o viri Athenienſes cernitis?In hac ego ipſa parum abeſt,

Tele.

Liturgiæ
Choregia
Heſtiaſis.
Iſphora.

quín dícam tãtum pecuníarum eſſe quantum ín aliís omnibus cíuítatíbus. At quí eas poſſídent, huíuſmodí mentem habent, vt ſi oratores omnes terrere eos volentes, Regem venturum dícant, atq; etíam íam aduentantem, quodq; hæc alíter habere ſe nequeant, ad hæc ſi cum ípſis oratíonem habentíbus futurum íta prædícant totídem fatídící, ne ſic quídem pecunías oſtenſuros eſſe putem, aut profeſſuros eas, nedum ad collatíonem daturos. Q; ſi ea quę nũc verbotenus terrífica iactãtur, reapſe gerí ſenſerínt, nullus vtiq; vſqueadeo ſtultus eſt, quín & prolíxe dare & ín prímis cõferre velít. Ecquẽ ením eſſe credímus, quí bona ſua cuncta perdere tandem malít, q̃ fortunarum ſuarum partem pro capíte, ac relíquís ſuís fortunís ín medíum afferre? Deínde ſenſim progrediens, quaſiq; obrepens tenací auarítiæ: neq; enim nunc (ínquít) ínquírendum modum collatíonís puto, quí melíus ín re præſentí ſtatuetur. Quíppe ſi ínire nunc rationem eíus velímus & ex præſentí ſenſu animorum conſtítuere, ín rídum res abíbit. Sed íneamus ſane. Sít alíquís quí dícat centeſímam ſe collaturum, nempe ſexagínta talenta ís díxerít. Age quínquageſímam quíſpíam dícet? hic duplum dictæ ſummæ díxerít, & quíd hoc eſt ad mílle & ducentos camelos quí vehere pecunías Regí ab íſtís dictítantur? Sed vídeamus porro. Vultís ígítur vt duodecímam cõferamus, quíngẽta ſcílícet talenta? at neq; íd ferre poſſítís: neq; ſi ſtatím deponatís, ídonea ſit pecunía, quæ tanto bello ſatís eſſe poſſít. φέρε γὰρ. πλὼ ἑκατοσμόν ἐς ἀσφέραν ἐρῶ νῦν. ἑκατὸν ἑξήκοντα, τάλαντα, ἑξῆ; ἀλλὰ πεντηκοσιῶ ἐς ἐρῶ τὸ διπλοῦν, ἑκατὸν ἑκατὸν καὶ εἴκοσι. καὶ τί τοῦτ' ἔστι πρὸς διακοσίας καὶ χιλίας καμήλους ἃς βασιλεῖ τὰ χρήματ' ἄγειν φασὶν ἔτοι; ἀλλὰ δῶ, βούλεσθε δωδεκάτῳ ἡμᾶς ἀσσίσῃν, πεντηκόσια, τάλαντα,; ἀλλ' ἢ τ' ἂν ἀπάχοιθι. ἢ τ' ἂν ἑκατάθοιτε, ἄξια, τῳ πολέμῳ τὰ χρήματα,. Hęc eſt fere ſũma eíus oratíonís quantũ ad íd qđ quærím? pertínet. Cuíus ſenſus nõ facíle cuílibet explícabílís, memorabílís tamen míhí víſus eſt, propter collatíonís ratíonem ſingulárí ínuento expedítã. Ex hís autem apparet totíus cíuítatís cenſum ſex míllíbus talentum æſtímatum a Demoſthene. Sexagínta ením talẽta centeſíma pars eſt ſex míllíum, & quíngẽta duodecíma. Quare quod ſupra díxímus de talẽtís ſex míllíbus ín claſſes & centurías díuíſís, non de cenſu tãtum mílle, ac ducentorum trierarchorum íntellígendum Demoſthenes his verbís ſignífícare vídetur, de díuíſíone ſupradícta loquens, ἐπιφθὲν δὲ ταῦτα, οὕτως ἔχοντα, ὑπάρχει, κελεύω ἐπειδὴ τίμημά ἐστι τὸ φορὶ χώρας ἑξακισχιλίων ταλάντων. ἵν' ὑμῖν καὶ τὰ χρήματα, ᾖ συντεταγμένα, διελεῖν τοῦτο, καὶ ποιῆσαι καθ' ἑξήκοντα τάλαντα ἕκαστον μέρος. Cum vero hęc íta cõſtítuta fuerínt, auctor ero vobís vt cenſum regionís quí ſex míllíum eſt talẽtum, díuídentes, cẽtum partes faciatís ſexagenum talentum, vt vobís quoq; pecunię certa formula conſtítutę ſint. Regionem agrum Atticum ſignificans quí ín cenſu Athenienſíum erat: ín enarratiónibus tamen Demoſthenís quæ íncerto auctore círcunferuntur íta legimus, πλὼ δὲ ὀσίαν πλὼ τῆν χιλίων ἠοὴ διακοσίων τριαρχῶν ἀξιοῦσθαί φησι τάλαντων ἑξακισχιλίων. Bona autem mílle & ducentorum trierarchorum cenſa eſſe dícit talentís ſex míllíbus. Hac ratione ſingulí quínís talentís cenſí erant, íd eſt ternís míllíbus aureorum noſtrorum, quæ míllíes ac ducentíes multíplícata trícies ſexíes centena mílía aureorum coronatorum fíunt. Harpocratíon autem ín lexíco decem oratorum, ὐχ ἁπαξαπλῶς τὸ πλῆθος φησὶν εἰς τὰς συμμορίας ἀναγράφεσθαι, ἀλλὰ μόνους οὓς πλουσίους καὶ

ἀσφέρειν τῇ πόλει δυνάμενοι. Non omnis (inquit) multitudo Athenis in symmorias distribuebatur, sed diuites solum, & qui conferre ciuitati pecuniss poterant. Quare Demosthenes (inquit ille) cū mille & ducentos dixit in oratione de Symmoriis habita, ditissimos significauit. Symmoritæ autem dicebantur qui eiusdem classis erant: vt tribules qui eiusdem tribus. Huiusmodi autem diuisio populi facta fuit post tempora Solonis, sublata illa formula triplicis census quingenariorū equitum & iugariorum. Suidas, Trierarchia (inquit) munus est sumptuosum. oportebat enim naues habere paratas & omni parte ad bellum instructas, eorum sumptu qui hoc mun⁹ gerebant. Idem autem Demosthenes cum ante tempus actionum Philippicarum videret populum Athenienſem omni ordine solutum, theatris tātum & spectaculis intentum, pecunias publicas partiri, nec pacis nec belli tempora institutaq; dignoscentem, orationem habuit, quæ περὶ συντάξεως dicitur, id est de ordinatione ac constitutione ciuitatis. Cuius orationis scopus is fuit: vt populus Athenienſis in certos ordines redigeretur, id est in milites qui hoplitæ id est armati vel grauis armaturę dicebantur, & in equites, & in alios qui extra hos ordines erant. Ex iis autem quę ab auctoribus tradita in manib⁹ versantur, vix (vt arbitror) plena cognitio haberi potest supradictorum. quale est quod de pentacosiomedimnis diximus, & de Trierarchis, & sex talentorum millibus. nisi illum censum ad annuum prouentum referamus: vt diuites eos fuisse intelligamus qui quinum talētum reditu censi, munera trierarchię obire cogebantur: quod conuenire videtur cum eo quod de quingenariis & trecenariis dictum est. Cum id accurate inquirerem incidi in dictum eiusdem Demosthenis in prima contra Aphobum oratione, in qua orator circunuentum se esse a tribus tutoribus dicens, & bona sua fraude eorum suppressa & interuersa, quę illi pauca a patre relicta esse dicebant, ipse vero ad quatuordecim talenta fuisse contenderat. post narrationem statim ita inquit, τὸ δὲ πλῆθος τῆς οὐσίας οὐκ ἔστ' ἴδιον· καταλειφθέν, μέγιστοι μοὶ αὐτοὶ μάρτυρές μοι γεγόνασιν· ἐγὼ γὰρ τῇ συμμορίαν ὑπὲρ ἐμοῦ συνετάξαντο καὶ τὰς πέντε καὶ εἴκοσι μνᾶς πεντακοσίας δραχμὰς ἀσφέρειν, ὅσονπερ τιμόθεος ὁ κόνωνος καὶ οἱ τὰ μέγιστα κεκτημένοι τιμήματα ἀσέφερον. Quę vero tantæ essent facultates a patre meo relictæ, maximi mihi testes iidem ipsi facti sunt. siquidem in classibus ordinādis ipsi pro me professi sunt, vt in vicenas quinas minas quingenas ipsi drachmas conferrēt, quantum scilicet cōferebat Timotheus Cononis & ii qui maximos tunc census possidebant. His verbis orator huiusmodi facere enthymema videtur, Cum nomine meo tutores ipsi mei in classes diuitum relati sint, & tantum cōferre professi sint quantū qui plurimū, planum fit me quoq; diuitem ab eis æstimatum. Deinde recitatis testimoniis, ita subdit, ἅλλον μὲν πόνον ἔχει ἐκ τούτων ὅσον τὸ πλῆθος τῆς οὐσίας· πεντακαίδεκα τάλαντα ἦν, τρία τάλαντα τίμημα, τοσοῦτον ἔξεστιν ἀσφέρειν τῶν ἀσφορᾶν. Manifesta est igitur per ea quæ audistis relictarum mihi fortunarum copia. siquidem quindecim talentorum censum tria talenta, collationem pro me profitendā censuerunt. Ex duobus his locis collatis intelligendū relinquitur quod Demosthenes de sex millib⁹ talentū dixit, de mille ac ducētis dixisse: & quod illi quinis talentis censi in capita dicuntur, exęquatis tenuiorū cum copiosiorū for

Symmoritæ. Tribules.

Hoplitæ.

Animaduerte. Demosthenis facultates

tunis, ita intelligendum: vt quinta tantum parte bonorum censi essent, vt Demosthenes facultates suas quindecim talentum fuisse ex eo argumentatur, quod tutorum professione pupillari nomine facta, tribus talentis census sit. Qua ratione & ditissimi cuiusq; substãtia censebatur, ea lege vt hactenus conferre teneretur si ratio ita posceret belli administrandi. Hoc est enim quod dixit in vicenas quinas minas, quingenas drachmas conferre. hoc est quintum quenq; denarium vt more nostro loquar. Vigintiquinq; enim minæ duo millia & quingentas drachmas valent. sic fit vt sex millia talentum ad triginta millia crescant. Ne temerarium sit quod Demosthenes dixit de pecuniarum copia quæ Athenis erant, & intelligimus immunem plebem esse inopem. Hoc confirmari & certius constitui ex oratione eius pro Ctesiphonte potest, in qua se rem trierarchicam lege lata præclare constituisse gloriatur. Cuius legis hæc verba sunt, τὸς τριηράρχους αἱρεῖσθαι ἐπὶ τῶν τριήρη ἀπὸ τῆς οὐσίας κατὰ τίμημα, ἀπὸ ταλάντων δέκα. ἐὰν δὲ πλεόνων ἡ οὐσία, ἀποτιμᾶσθαι μέχρι ἢ χρημάτων, κατὰ τὸν ἀναλογισμόν, ἕως τριῶν πλοίων μὴ ὑπερβάλλῃ ἡ λῃτουργία. ἔστω κατὰ τῶν αὐτῶν δὲ ἀναλογίαν ἔστω καὶ οἷς ἐλάττων οὐσία ὀφείλει τῶν δέκα ταλάντων, εἰς συντέλειαν συναγομένοις εἰς τὰ δέκα τάλαντα. Trierarchos eligi in singulas triremes pro modo census, qui scilicet denis talentis censi essent. Q; si pluris in censu factitando æstimatæ eorum essent facultates, pro portione quoque collationis & munerís obeundi necessitatem esse: vsq; ad nauigia terna in singulos & eorum remigium: eadem etiam ratione obseruanda in iis quorum census minor esset classico, id est denum talentum, ita vt plures in idem munus contributi legitimum & classicum censum æquarent, & singulas triremes expedirent. Ea autem lege promulgata factum esse Demosthenes gloriatur, vt qui prius senidení trierarchiæ munus obibant, ii singuli bínas trierarchias obirent, quod mirum est, καὶ δυοῖν ἐφάνη τριήραρχος ὁ τῆς μιᾶς ἕκτῳ καὶ δέκατῳ ὢν πρόπερον συνπλίς. Et ea lege ita subleuatos inopes esse ait, vt diuites ad iustum collationis modum adacti sint. Quod ipse τὸ γιγνόμενον appellat: idq; reipsa & euentu patuisse, vtpote cum imperatis triremibus nemo eorum qui ad munera redacti erant, aut munus detrectarit oblato supplice libello magistratibus, aut in vincula ductus sit: aut nauis vlla instrumento defecta in portu relicta sit. Ante hanc trierarchiæ constitutionem sæpe variata est ratio eius muneris: vt auctor est interpres Demosthenis in orationem κατὰ μειδίου his verbis, πολλαὶ περὶ τὰς τριηραρχίας ἐγίγνοντο μεταβολαὶ διὰ τὸ μέγεθος τῶν ἀναλωμάτων, καὶ ὁτὲ μὲν σύνδυο ἦσαν, ὁτὲ δὲ συντρεῖς, καὶ ὁτὲ δὲ ἐκκαίδεκα τριήραρχοι, ὁτὲ δὲ χίλιοι, καὶ ὁτὲ μὲν ἡ πόλις τῶν κατασκευὴν καὶ τοὺς ναύτας παρεῖχεν, καὶ μόνον διὰ τῶν ναυτῶν ἐτριηράρχουν· ὁτὲ δὲ σύμπαντα, ὅθεν οἱ τριήραρχοι παρεῖχον. Multę autem circa trierarchias mutationes extiterũt, propter magnitudinẽ sumptus eius muneris: & nunc bini trierarchi, nunc terni in singulas naues fierent: interdum senidení: fuit etiã cum mille essent trierarchi: & rursus fuit tẽpus cũ ciuitas publice trierarchis nautas & armamẽta prębebat, & trierarchi nauẽ tantum prębebãt: fuit etiam alias cum & nauem & armamẽta & nautas trierarchi præberet. Demosthenes vero nouissime bínas etiã naues vni trierarcho attribuit, ὁ γοῦν δημοσθένης ὕστερον δυοῖν τριήρεσιν ἕνα τριήραρχον ἐκρίνεν. Hoc idem ex ipso Demosthene cõfirmari potest in ea oratione, κἀγὼ μὲν κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους ἐτριήραρχον οὐδὲν ἐκ παίδων

Lex trierarchica.

ἤξελθὼν, ὅτε συνῆλθον ἡμῖν οἱ τριήραρχοι. καὶ τὰ ἀναλώματα πάντα ἐκ τῆς ἰδίας οἰκίας, καὶ τὰς ναῦς ἐπλήρουμεν αὐτοί, id est, Atq; ego quidē (inquit) illo tempore trierarchus esse cœpi statim atq; e pueris excessi, tumq; bini eramus trierarchi. omnem sumptum ex priuatis familiis suppeditabamus, ita vt & nauium apparatū supplementumq; ipsi præberemus. Et paulo inferius, τηνικαῦτα δὲ τοῦ πράγματος ἤπτετο ὅτε πρῶτον μὲν διακοσίους περιήκατε συντελεῖς ὑμεῖς. ὡς ὧν ἐσπραττόμενοι τάλαντον, τάλαντα μισθοῦσι τὰς τριηραρχίας. Tum demum autem Midias trierarchiam attigit cum primum mille ac ducentos collatores constituistis. a quibus isti talentum exigentes talento trierarchias obeundas locāt, ἕτα τὰ πληρώματα ἡ πόλις παρέχει, καὶ σκεῦη δίδωσιν, Tum supplementa & armamēta respu. præbet. Verba sunt oratoris eleuare contendentis munus trierarchiæ. quod Midias & diuites nonnulli graue esse sibi iactabant tanq̄ vniuersi munerís redemptoribus prębitoribusq;, eo se nomine populo Athenienſi imputantes. Ex quib⁹ verbis intelligimus illos mille ac ducentos talēta singula pēsitare solitos, id quod supra dictum est. Hic obiter vnum locū apponam eiusdem auctoris quem a paucissimis nostrę memoriæ satis intellectum esse puto. In eius enim orationis epilogo iudicum misericordiam captans ita inquit, καὶ νῦν κομισαμένῳ τἀμαυτοῦ ἐκεῖνῳ, εἰς κίνδυνον καθέστηκα κατὸν μέγιστον, ἐὰν γὰρ ἀποφύγῃ με οὗτος, ὃ μὴ γένοιτο, τῶν ἐπωβελίαν ὀφλήσω μνᾶς ἑκατόν.. Nūcq; cū res meas recuperare contenderem in maximum discrimen adductus sum: vtpote qui centum minis continuo mulctandus sim, si (quod abominor) iste ab intentione mea absolutus euadat. Quibus verbis hoc significat orator, orationem tutelę quę infamiā tutori ob dolum, id est κακουργίαν damnato irrogabat vt apud Romanos sic apud Athenienses, non temere aduersus tutores intendi solitā. Maior em̄ factus, id est δοκιμασθεὶς hac actione agens nisi reum perageret & secundum se iudicium obtineret sexta parte census sui mulctabatur, quæ in reum absolutum cedebat. Demosthenes centum minas epobeliæ nomine sibi taxauit, si in eo iudicio aduersos calculos ferret. Ex quo intelligimus sexcentis eum minis cēsum fuisse, hoc est decē talentis. In ea autem oratione Aphobus tutor ei obiecit q̄ decem talenta in censu haberet, cum ipse spoliatum se a tutoribus & ad inopiam redactum conquereretur. Epobelia verbum est satis frequens apud oratores, ex hoc dictum q̄ in quamlibet drachmam calumnię reus obolo mulctaretur cum senī essent oboli in drachma. Sed Suidas intellexit sextam partem æstimationis litis. Harpocration sextam partem census intellexisse videtur. id quod Demosthenis locus significare mihi primore sensu visus est. Sed cum tertiam orationem in eundem legerem, intellexi Aphobum vnum ex tutoribus decem talentis damnatū tutelæ iudicio, quanti scilicet orator litē illā in intentione libellari æstimarat. Sic enim inquit, οἱ δικασταὶ δ' ἀκούσαντες εἰς οὓς ἐφῆκε ταυτὰ καὶ τοῖς τούτου φίλοις καὶ τῷ διαιτητῇ περὶ αὐτῶν ἔγνωσαν, καὶ δέκα τάλαντον ἐτίμησαν. Iudices autem ad quos ipse ab arbitris prouocarat, cum hæc audissent, eadem ipsi quoq; cum arbitro atq; eius amicis vt compromissariis censuerunt: eiq; litem decem talentis ęstimauerunt. Hęc verba Demosthenis circa finem eius orationis quę πρὸς ἄφοβον ψευδομαρτυρίων inscribitur, leguntur corruptissime in libris quidem impressis: sed ea nos sic emendanda affirma-

Loc⁹ Demosthenis explicatus.

Loc⁹ animaduertendus.

Epobelia.

Locus Demosthenis emaculatus.

mus. Quoniam igitur litem talentis decem, id est minis sexcentis æstimarat: ὧν ὑπὲρ ἐγκλήματος ὑπὲρ αὐτῶν, id est in libello intentę actionis, ideo centum se minis, id est mille aureis nostris periclitari cum infamiæ nota dixit, quę sexta pars est ęstimationis litis. Cæterum Plutarchus diuitem patrē Demosthenis fuisse dicit, & in copia bonorū septem annos natum filiū Demosthenē reliquisse. ἀπολειφθεὶς δ' ὁ Δημοσθένης ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἑπταέτης ὢν οὐσίαν, μικροῦ γὰρ ἑκατὸν τάλαντα ἦν ἡ σύμπασα τίμησις αὐτοῦ τῆς οὐσίας, πεντεκαίδεκα ταλάντων, ὑπὸ τῶν ἐπιτρόπων ἠδικήθη. Relictus autem a patre Demosthenes septennis in abundanti patrimonio (vt quod omnibus supputatis paulo minus quindecim talentis æstimaretur) a tutoribus per iniuriam fortunis euersus est, cum partem bonorum eius in rem suam verterent, partem per incuriam perderent, ita vt ne præceptoribus quidem eius mercedem docendi soluerent. Quindecim talenta nouem millia aureorum nostrorum valent. Ita quæ summa Romę post spoliatum orbem a Romanis, Aesopi patinam æquare non potuisset, Athenis diuitiarum nomine censebatur. Idē Demosthenes circa finem orationis ei⁹, καί τι τῶς ὃ δεινὸν ἦν, ἕτεροι μὲν οἶκοι ταλαντιαῖοι καὶ δὶς ταλάντιοι καταλειφθέντες, ἐκ τοῦ μισθῶσθαι δισχιλίοις καὶ τρισχιλίοις γεγόνασιν, ὥστε ἀξιοῦσθαι λειτουργεῖν, ὁ δ' ἐμὸς ξυνεσχεθεὶς εἰθισμένος καὶ μεγάλας εἰσφορὰς εἰσφέρειν, μηδὲ μικρᾶς δυνήσεται διὰ τὰς τούτων ἀναισχυντίας. Atqui nō acerbum mihi esse non potest, ꝙ cum relíquorum ciuium domus talētares & ditalētares tutoribus oblocantibus duplo triploq; copiosores factę sunt, ita vt dignæ tandem viderentur quę muneribus publicis obeundis ascriberentur: mea autem domus quę olim trierarchię muneri assueuerat & collationibus pensitandis, nunc ne tantulam quidem collationem ferre poterit istorum impudentia. Oecum, id est domum oratores Gręci pro vniuersis facultatibus & censu accipere solent, quem loquendi morem lingua Frāco rum refert. Verū ex his verbis intelligimus & trierarchiā & collationem iisdem capitibus incubuisse, ac ignominiosum fuisse munera ista dispēdiosa nō obire. Sunt & alia ad eādē rem pertinētia quę ex hac & altera in eundem tutorem oratione colligere potuissem: vt quędam esse bona quę in censum nō venirent, quę Atele, id est immunia a Gręcis appellātur: sed hęc sufficere visa sunt, & nō nihil etiā iis qui Demosthenē sunt lecturi profutura. Quid autem de locatione domuū Demosthenes dixit, de domib⁹ instructis intelligendū est vt dixim⁹: vt de officinis cum seruis opificibus. Nūc a medimno ad inferiora descēdam⁹: & id quod quęrimus certissimo quoq; vestigio legēdo ꝓsequamur. Sextari⁹ (vt inter oēs cōuenit) cotulas binas capit, quæ latine Heminę dicūtur. Q̄q̄ hac voce Italica etiā antiq Gręci vsi sunt vt Athenę⁹ li. xvii. τὸν δὲ κοτύλην καλεῖσθαι καὶ ἡμίναν. Sextari⁹ inde dict⁹ ꝙ sexta pars sit cōgii. A sextario. n. vt a principio ordiri oportet, hui⁹. n. mēsurā si tenuerim⁹, oīa ꝓna deiceps erūt. Cato. ca. lvii. Vinū familię, vbi vindemia facta erit, lorā bibat mēses tres: mēse. iiii. heminas singulas. In mēse cōgios ternos. mēse. v. vi. vii. viii. in dies sextarios singulos: In mense congios quinos. nono, decimo, vndecimo in dies heminas ternas. In mēse vnā amphorā. Cato mēse quarto heminas singulas in dies singulos epotas cōgios ternos facere dicit. i. sextarios denos octonos, & sextarios singulis dieb⁹. eposteros sequētibus mēsibus quatuor in mēse quinos dicit esse congios, hoc est

οἶκος.

A tele. ἀτέλη.

Sextarius. Cotulę. Heminę.

tricenos sextarios. & rursus aliis mensibus in dies heminas ternas, in menses singulas amphoras esse docet. id est quadragenos octonos sextarios, vel nonagenas senas heminas, qua ratione tamen quaternę vel senę heminę deesse videntur si tricenos dies in mensem statuamus. Sed aliter Cato rationem colligere tam commode non potuit nisi amphoram pro nonagenis heminis diceret, etiam si amphora eo amplius sex heminas capit, cū aliud verbum mēsuræ non haberet. & alioquin habuisse videtur rationē intertrimēti liquoris, id est eius quantitatis quæ deperit & intercidit cum vinum vel lora heminatim bibitur. Simile est quod heminas singulis diebus potas, in menses congios ternos facere dicit. hac enim ratione mensis sex & trigínta dies habet: qui si exacte taxare voluisset, duos congios & semissem dixisset. Sed noluit tam anguste rationem præscribere. satis tamē apparet ex eo loco in cōgio duodecim esse heminas quę sex sextarios cōtinent. sed & illud iam tenemus quod maxime ad rem pertinet, sextariū sextam decimā partem esse modii, quæ tertia pars est amphorę, quippe cū in amphora Cato sex & nonagita heminas ponat, & sextarius citra controuersiam bínas heminas capiat, si amphora ter modium capit (vt prædictum est ex carminibus supradictis) modius sextarios sedecim continebit, id est duas & trígínta heminas, quæ tertia pars est amphoræ. Sed de modio citanda sunt exempla. Cato, Vbi sementem parauerís, glandē parari legiq; conuenit, & in aquam coniici. Inde semodios singulis bubus dare oportet, si laborabūt. Columel. de bubus aratoriis loquēs lib. vii. Bubus pro temporibus anni pabula díspensantur. Ianuario mense fresi & aqua macerati eruí quaternos sextarios mixtos paleis dare conuenit, vel lupini macerati modios, vel cicerculę maceratę semodios. Idem si grano abstinemus & regionis copia permittat, cum frōde laurea & ilignea glans adiicitur, quę nisi ad satietatem detur, scabiem parit. Potest etiam si prouentus vilitatem facit, semodius fabæ fresę pręberi Nouembri mense ac Decembri, per sementem quātum appetit bos tantum præbendum est: plerūq; tamen sufficiunt singulis modii glandis, & paleę ad satietatē datę, vel lupini macerati modii, vel eruí aqua conspersi sextarii septeni permixti paleis, vel cicerculę similiter maceratę sextarii duodeni, vel singuli modii vinaceorum. His exemplis cōiicere possumus modium Romanum nō dísparem fuisse ei mensurę quam Bœotium nostrates vocant, cum sit diurnus cibus bouis aratoris modius aut semodius pro varietate pabuli, Apud nos equis viatoriis per diuersoria cib⁹ status est in dies cistellę ternę auenę, vt in Italia ordei. Sic enim semper tulit stabulariorum formula. Sed strigosis equis cum longis itineribus fathiscunt auctarium noctu dari solet, id est quarta cistella: Hæ quaternæ mensuræ Bœotium nostrum triticarium implent, qui modus pabuli est omnibus iam sarcinariis equis per stabula viatoria statutus. Diximus amphoram binas vrnas capere, quæ singulę vicenos quaternos sextarios continent. Hoc ex eodem auctore libro. xiii. comprobabitur his verbis, Ex hac cōpositione quantum in sextarios musti quadragenos octonos adiicié dum sit, incertum est: quoniam pro natura vini ęstimare oportet quid satis sit: cauendumq; ne conditus sapor intelligatur. ego tamen si humida

Amphora.

Modius.

Modius.

fuerit, vindemia, triẽtem: si sicca quadrantem medicaminis in binas amphoras miscere solitus sum, ita vt quatuor vrnarũ esset musti modus. Vrna autem quatuor & viginti sextariorum. Plin. lib. xiiii. de nimio potu vini loquens, Famam apud Græcos Alcibiades meruit, apud nos cognomen etiã Nouellus Tricongius Mediolanensis ad Proconsulatum vsq; e Prętura honoribus functus, tribus congiis (vnde & nomen illi fuit) epotis vno impetu, spectante miraculi gratia, Tyberio principe in senecta iam seuero atq; etiam alias seuo: sed ipsa iuuenta ad merum pronior fuerat. In antiquis tamen non Nouellus Tricongius sed Nouellus Torquatus legitur, & recte: alioquin frustra Plinius adiecisset, vnde & nomen illi. Quis em̃ non intellexisset etiã Plinio tacente? Neq; ipsa iuuenta lego, sed ipsi, id est Tyberio, vt iuuẽta sit rectus casus. Et paulo post, Tricongii rara gloria. In omnibus antiquis legitur, Torquato rara gloria. Idem paulo inferius, Tergilla Ciceronem Marci filium binos congios simul haurire solitũ ipsi obiicit, Marcoq; Agrippæ a marcido ac temulento scyphum impactum. Plinium auctorẽ habemus decem & octo sextarios vini, id est tres congios vno haustu epotos a Torquato & duodecim a Ciceronis filio. Quare non video quonã modo intelligi possit quod apud Politianum legitur, q; amphora triplex efficit sextarium. Trãq. in Tyberio, Ignotissimũ Quæsturę candidatum nobilissimis antepositum ob epotam in conuiuio propinante se vini amphoram. Trãq. vini amphorã, id est octo congios seu duodequinquaginta sextarios vno cõuiuio ab homine vno haustos dixit. q; si amphora ex area constaret quoquouersus quaternũ pedum, vt Politianus voluit, ne de duodecim quidem bibacissimis hominibus id credi posset. Post hęc antiquitatis monumenta cum mensurarum modos deprehendere megnopere cuperẽ, ad põdus examinare rem instituí. quo facto cũ nec ex carminibus illis nec ex Plinio responderent, nihil potius tandem inueni q̃ id quod apud Isidorum non optimum ipsum auctorem, ne harum quidem rerũ, legitur. vsq; adeo (quod Plinius aiebat) nullus liber tam malus est. vt nõ aliqua ex parte prosit. Hemina (inquit ille) appendit libram vnã, quę geminata sextarium facit. Sextarius enim duarum librarum est. Hoc cũ legissem illico tres libras nummularias, id est sesquilibram negociatoriam in lãce grandiuscula statui, cuiusmodi sunt lances quibus ad argentum expendendum vtuntur, in oppositа lance aquam fundere famulum qui mihi astabat iussi, quoad rem deducerẽ ad exactum ęquilibrium, id quod assecutus sum adiiciendo vicissim adimẽdoq; aquulam argentea ligula. tum vascula stannea implẽdo, nõ vsualia illa quidẽ & exsupellectili sumpta, sed iustæ omnino mensuræ: quibus vẽditando vino cauponantes vti solent. tandẽ cõperi duas libras Romanas id est duodenarias, quę tribus octonariis, id est nũmulariis respondent, eam omnino esse mensurã quã ternos semisextariolos lingua vernacula hui⁹ vrbis appellat, qui dodrans est eius mẽsurę quam pintã eadẽ lingua vocat. Hoc cõperto cũ vasculũ illud dodrãtale tritico primę bonitatis implerem idẽtidẽq; in modiũ id est Bœotiũ trãsfunderẽ, nõ ante æquatũ ad summa labra reddidi q̃ sedecies impletum itidẽ vasculũ in modium transfudi. Id cũ ad pintam exigerem, duodecies exhausi exacta obseruatione transuasando.

Pli. locus.

Ciceronis filius temulentia inclytus.

Pulchrum dictum Plinii.

Hac ratione cū cotula geminata ſextariū faciat, qui bilibris eſt, oportet eā libralē eſſe id eſt ſex & nonaginta drachmas pēdere. ita Oxybaphus qui cotulæ quarta pars eſt, quatuor & viginti drachmarū erit, hoc eſt quadrātale. & Cyathus qui ſextarii duodecima pars eſt, ſedecim drachmas pendebit, id eſt ſextantē Romæ libræ. Noſtra vero pinta duodecima pars eſt modii: id eſt amphoræ ſexta & triceſima. Illud teſtandū habeo, ꝙ quicquid de mēſuris liquidorum dixi vel dicturus ſum, id eſt de iis intelligi volo, quas regias hac in vrbe appellamus, de quibus ius dicere decurionum eſt Pariēſium, alioquin nulla dari certa doctrina poſſet, cum multifarii mēſurarum ſint moduli, & fere euariantes per regiones vrbis, prout cuiuſq; regionis ſolū huius & illius ditionis Imperio mero paret. Aridorū autē menſuras triticarias intelligi volo, quoniam minores ſunt iis quibus auenam admetiūtur. Hac ratione vſus, comperiſſe me arbitror (nec temere vt ſpero) amphoram eſſe octauā partem eius vaſis quod modium vini dicimus. modium vini Pariſinum tricenos ſenos ſextarios noſtros capit. Sextarius autem octonas eas quas pintas dicimus. In aridis autem pro amphora quadrātē ſextarii habemus, id eſt ternos boſellos, pro quibus vas trimodium habemus dimidiatum medimnum. Sic fit credibile quod a Tranquillo dicitur epotam vno conuiuio ab vno homine vini amphorā. Ex hoc æſtimare licet tres modios annulorum Carthaginem miſſorum ab Hannibale poſt Cannenſem cladem, vel vnum modium ſecūdum alios annales. Ecce autem rurſus de integro controuerſia ab eodem auctore qui cum toto pene hoc opere certandum nobis fuit, & diſceptatrice tamen plerūq; exemplarium vetuſtate ſecūdum nos (vt ſpero) iudicatum eſt, id quod hic ſperare nō datur. Quippe in omnibus exemplaribus ita legitur apud Plinium, vnum nobis ipſum vitiligatorem (vt eius ipſius verbo vtar) in hoc opere oppoſitū. Sic igitur apud Plinium lib. xxi. legitur: Drachma Attica (fere enim Attica obſeruatione medici vtuntur) denarii argentei habet pondus, eadēq; ſex obolos pondere efficit, obolus decem calchos. Cyathus pendet per ſe drachmas decem. Cū acetabuli menſura, dicitur ſignificat heminę quartā partē id eſt drachmas quindecim. Mna quam noſtri minam vocāt, pendet drachmas Atticas centū. Huius loci auctoritate carmen illud emanaſſe puto apud Priſcianum de Cyatho, Bis quinq; hunc faciunt drachmæ ſi appēdere tentes: Oxybaphus fiet ſi quinq; addantur ad illas. Primum igitur ad hoc reſpondere poſſum, non magis hoc dictum contra me pugnare, q̄ contra Plinium ipſum, ſi ei litem retorquere tabulis (vt dicitur) ab eo obſignatis velim[9]. Si enim denarius Atticæ drachmę pōdus habet, quonam modo iuſtum fuit ex libris argenti octuagenos quaternos ſignari, id quod ipſe lib. xxxiii. dixit. Id etiam contrariū eſt ei dicto quod apud Priſcianum legitur, tres denarios Romanos, quatuor drachmarū inſtar eſſe. Prętera quonāmodo cōuenit id quod lib. xii. de thure loquēs inquit, inueniri guttas thuris quæ tertiā partē minę id eſt vndequadraginta denariorū pondus ęquēt: vel vt in antiquis duo detriginta, & in qbuſdā vndetriginta. Quid ꝙ li. xiiii. de Nectarite loquēs, quadraginta denariorū pondus pro quinq; vnciis poſuit? vt ex Dioſcoride ad verbum probabimus. Hæc vt vniuerſa colliduntur, ſic ſingillatim al-

Oxybaphus.

Pinta Pariſina.

Amphora. Modius. Menſuræ Pariſ.

Loca Plinii corrupta rē cōtrouerſam faciunt.

alterum alteri aſtipulatur. vt enim illud duodecimi cum dicto tricesimi tertii cõuenit(ſiquidem ter duodetrigínta octogintaquatuor fiunt)ſic cum vicesimi primi loco pugnat,vbi denarius & drachma æquantur. Rurſus ꝙ quadragínta denariorum pondus pro quinq; vnciis ponitur, hoc argumentum eſt ꝙ Plinius in libra ſex & nonagínta denarios eſſe voluit,& totidem drachmis æquauit. Quid igitur hic faciam? hæream? ſuſcepto id operi omnino non congruit. Opus enim perfectum recte præbiturum me approbaturumq; ſpopondi,vel eorum arbitratu quos iudices elegi. hanc legem lo-cando opere memini dictam eſſe. Pericliter? Vereor ne audaciæ id plenum ſit: ſed quando flectere non datur,potius adeundum periculum eſſe cenſeo, q̃ tot dierum diſpendio cœptum iter abrumpendum. Tanto igitur piaculo me obſtringam vt Plinii auctoritatem vel argumẽtis validiſſimis ſuperiorem eſſe aut negem aut dubitem? Quid ni id faciam? cum multis in rebus non modo cum iuratiſſimis auctoribus vetuſtatis pugnantem eum oſtenderim,ſed etiam ipſum ſecum. quod pleriſq; in locis emendatorum culpa contigit,ex quo fit vt lectio Plinii obſeruantiſſimum quenq; lectorem maxime nũc torqueat. Qua in re adnotãda Hermolaus Barbarus, cuius nunq̃ ſine laudis præfatione meminiſſe debeo,paulo religioſior fuiſſe mihi videtur,præſertim aſſumpto caſtigatoris titulo ſeueriſſimo: debuit certe altera præſertim cenſura denuo ſtilo exacuto vel ad viuum expũgere, ne rebellarent tot vlcera,quorum multa ſanaſſe ſe non immerito gloriatus eſt. Ego vt ingenio puſillo tantum nomen ſuſtinere nequeã vt ſubcaſtigatorẽ Plinii profiteri me niſi verecunde audeam: ſic ea quæ occurrunt vitia,& commentantem me morãtur,ſi ſanare ingenii vi non poſſim, cõmonefaciẽdis ſtudioſis veluti ſcalpro circũſcribã,ne latius error ſerpat. Atqui ſic exiſtimo,prę uaricationis notã effugere eum medicum non poſſe,qui quę reſtituere ſanitati nequit,velut non animaduerſa,ſilẽtio tranſmittit. Q̃q̃ vir ille magnus ac non modo ſtilo graui doctrinamq; eximiã redolenti cõmendabilis, ſed etiã ſententiis ſeuerus,in quibus mores probi eluceſcere videntur(quęduo pariter in paucis æqualibus memorię eius agnoſco) in altera editione iactabundus gloriatur: quaſi monſtra quædã errorum velut latitãtia mancipia reprehenderit,quæ in prioris editionis tumultu oculos eius effugerãt,a quibus ipſe pœnas ſumpſerit flagitii prioris & fugę,vt ipſius verbis vtar. In quo mihi profecto longe falſus fuiſſe acer homo viſus eſt: neq; enim aliter eum dixiſſe atq; exiſtimaſſe puto. Quippe vt plurima errata emendauerit,plura tamen eum fugiſſe aut certe flagitioſiora non dubito,quę vt acriorẽ ſagacioremq; fugitiuariũ non maneãt(quandoquidẽ vndecunq; doctiſſimus fuiſſe (vt ętate illa videtur)certe ocioſiorẽ poſcunt,huicq; vni rei aliquãdiu feriatum. Hermolao autẽ venia fortaſſe danda eſt,qui Ariſtoteli & Themiſtio vertẽdis intẽtus,tumultuarias nimirũ caſtigationes Plinii velut animi cauſa aggreſſus eſt. At ego ſecũdi meriti id eſſe exiſtimo,errorũ vel librariorũ vel emendatorũ vel auctoris deniq; ipſius ſi res ita ferat,lectores admonere,etiã ſi meliora inuenire nequeas. Exiſtet em̃ olim immo propediẽ q̃ vlteriora inueſtiget. Q̃z ſi ſemp in auctorũ quãtũuis receptę auctoritatis verba adacti,ne vnguẽ quidẽ latũ ab eorũ dictis receſſerimus, nihil habebit vtiq;

Hermolaus Barbarus.

Inquirẽdum etiã in antiquorũ ſcripta.

posteritas quod inuentis maiorum suorũ addat. Atqui maiores nostri si post centũ annos ignaua etiã ipsi antiquitatis veneratione ducti, nihil nonarum rerũ aggredi ausi fuissent, literarũ nũc illustrationẽ, bona ex parte desideraremus. In quis ego Laurentiũ Vallensem Herculis Alexicaci nomine dignũ censeo, qui nullius vnq̃ hominis offensione aut scriptoris auctoritate deterritus est quo minus veritatẽ a mõstris vindicare niteretur. Equidem etsi leonino me tergore clauaq; munitũ esse cũ eius notæ cõmentatoribus non sentio, vt cuiusuis ærumnę Herculem futurum me profiteri confidam, in vmbraculis mecũ ipse domesticis, non in campo sub magistris antiquitatis exercitatus, nunc tamen semiermem saltem fidutiã ad veritatem tuendã afferre mihi videor. Itaq; omnes esse animatos, pręsertim Frãcos cupio, quandoquidem externi quoq; iam cũ antiquis literarum gloria certãt. Hic igitur vt cõminiscí multa possim, sic nihil potius facturus sim fortasse, q̃ vt dicã Pliniũ quæ de ponderibus hic cõstituere voluit, in sequẽtibus libris de medicinis dicturus, ea ex cõmẽtariis medicorũ trãscripsisse, qui Gręce ipsi bona ex parte scripserant. Id quod idẽ ipse Plinius cõtestari videtur cũ inquit, Et quoniã in mensuris quoq; ac ponderibus crebro Græcis nominibus vtendũ, interpretationẽ eorũ semel hoc in loco ponemus. Nõ eadẽ autẽ põdera medicinalia & negociatoria fuisse ex eo coniicio, q; hodie pharmacopolę alia drachma in cõponẽdis pharmacis vtũtur, & alia in rebus quas venditantes appendũt. Medicinales drachmas nouem in vncia esse dicũt, qua ratione in singulas libras nostras sedecim drachmarum pondus decedit. Quin & Celsus libro. v. de simplicíũ facultatum mixtura loquens; Sed & antea (inqt) scirí volo in vncia põdus septẽ denariorũ esse. vni? deinde denarii põdus diuidí a me in sex partes, id est sex vncias, vt idem in vncia denarii habeã quod Græci habẽt in eo quẽ obolũ appellant. Id ad nostra põdera relatũ paulo plus dimidio scrupulo facit. His verbis Celsi medicinę auctoris. XII. drachmę ex libra Romana decedunt, quod ratam proportionẽ habet ad deceſſionẽ libræ nostræ qua nostri medicamentarii in temperandis medicamentis vtũtur. Vt enim libra nostra sesquitertia est ad antiquam librã relata, sic sedecim tertia parte duodecim superant. Verum id immutauit Celsus q; denariũ in sex suas vnciolas diuidere maluit q̃ in sex obolos, seu in sex semiscrupulos. hoc ideo fortasse q; obolum Græcum grauiorem esse paulo semiscrupulo Romano scribit. quod nisi de medicinali semiscrupulo intelligas pugnabit cũ Pliniano dicto. Huic rursus opinioni refragatur quod Plinius cẽtum drachmas Atticas in mina ponit, quod iustũ est pondus minę. Quare nihil vlterius causari nũc in animũ induxi, vt quisq; pro captu secũ ipse hoc faciat. Satis aũt habui hoc dicere, experimento me cognouisse sextariũ Romanũ dipondiũ pendere, id q̃d rursus mihi credi nolo nisi argumentis optimis probauero. Iamprimũ ipse Plinius lib. xviii. de tritico loquens, sic inquit, Tritici genera plura quæ fecere gentes, Italico nullũ equidẽ cõparauerim candore ac pondere, quo maxime decernitur. Et paulum infra, Nunc ex iis generibus quæ Romã inuehũtur leuissimũ est Gallicum atq; e Cherrõneso aduectũ. quippe non excedũt in modiũ vicenas libras si quis granũ ipsum põderet.

Laurentii Vall. laus.

Celsi locus.

Sextarius Romanus. Pondus sesquitertii.

adiicit Sardium ſex libras. Alexandrinũ & trientes. hoc & Siculi põdus Bœoticũ totã libra addit. Aphricũ & dodrãtes. His verbis Plinius docet quod deterrimũ ſit triticũ, id pendere in modios vicenas libras. quod autẽ lõge optimũ vt Aphricũ, ſeptẽ & viginti libras & dodrantẽ. Hoc cũ ego probare vellẽ, tritici ſex ſemiſextariolos noſtros, id eſt ſeſquipintã pro captu bilancis admenſus, in altera lance depleui, & põderibus identidẽ examinatis ad parẽ tandẽ libra peruenì. Hoc cũ in lectiſſimo tritico feciſſem, põderaq; adnotaſſem, ad aliud triticũ tranſii. Erant enim mihi puluini duo Franciani tritici ſulcatim (vt aſſolet) in horreo diſpoſiti, vt eodẽ ex agro, ſic non eadẽ ſegete: cũ igitur ex eo ſimiliter eãdẽ menſurã penſitarem, hoc diſcriminis adnotaui, vt quod in eis puluinis eximiũ eſſet & axacte excuſſum ventilatũq;, eius menſura iam dicta leuiter agitata, & radiolo ſtricta, dipondiũ noſtrũ & quadrantẽ pẽderet: lance etiã peſſum eunte. quod autẽ negligentius ventilatũ, & nonnulla ex parte lolio & melanthio mixtũ, aut alia ſeminũ inanitate, id duas libras & quadrantẽ ſiciliquo minus in æquilibrio teneret. Hęc menſura, id eſt ſex ſemiſextarioli (quos ſextarios duos Romanos iudicatũ iri omnibus fortunis meis cauere nõ dubitarim) ſi qs diligenter animaduertere velit & veritatẽ modulis ac põderibus explorare, ſeni inquã ſemiſextarioli octauã partẽ modii efficiũt, quorũ pondus triticeũ ſi octonario multiplicetur, fiẽt in ſumma duodeuigintì libræ noſtrę, lectiſſimi quidem tritici, detetioris autem, id eſt quiſquiliis ſeminũ mixti duabus vnciis minus, id eſt ſiciliquis octo. Porro cũ libra noſtra (vt ſæpe dixi) zygoſtatica qua merces appenſileis negociatores admetiũtur, quadrante maior ſit libra Romana, fit vt duodeuigintì libræ noſtræ, quatuor & viginti Romanas libras æquent. Ita fit vt triticum noſtrum in agro qui Francia dicitur natum, duabus libris Siculo leuius ſit. Cuius tamẽ ſupremam notã exiſtimo ſemiſſem aut quadrantẽ vigintiquatuor libris addere poſſe. Hoc genus experimenti cum cuiuis obuiũ ſit & expoſitũ, non eſt cur alia Plinii auctoritate vel vera vel mendoſa, impugnare veritatẽ quiſpiam citra pertinacię reprẽhenſionem poſſit. Hic ſiquis ſelibras legat, vt quędã habent exemplaria antiqua, vt ſit, adiicit Sardium ſelibras, hoc etiam amplus id quod agimus confirmabit. cum Plinius dicat grauiſſimũ frumẽtum libras vnam & viginti & dodrantem pendere, & nos experimẽto didicerimus quod optimum apud nos ſit frumentum, id in modios Romanos quaternas & vicenas libras pendere. Quare niſi Plinius in põdere deceptus eſt, aut niſi negligentius rem explorauit, vel noſtrũ triticum etiam Africæ prẽſtantius eſt, vel libra Romana maior aliquanto fuit q̃ nos eam eſſe ſtatuerimus: tamen periculũ nullũ eſt (vt arbitror) ne minorẽ fecerimus libra, cũ menſuras auxiſſe videamur quę pondere deprehendntur. In hanc enim tm̃ partẽ errare potuimus. vtpote cũ Plinius ſextariũ cẽtum & viginti drachmarũ faciat, quẽ nos bilibrẽ fuiſſe cõtẽdimus, id eſt drachmarũ centũ & nonaginta duarũ. qua ratione hemina libralis fuit, quã Plinius ſexaginta drachmarũ fuiſſe dicit, id eſt tertia parte minorẽ, atq; eo amplio. Carmina autẽ quę apud Priſcianũ legũtur, ſextariũ viginti vnciarũ eſſe ſtatuũt, quo fit vt noſter ſuperquintus ſit eius, id eſt quinta parte ſuperans.

Pondus tritici.

De hoc quid ſtatuam non habeo,niſi Plinium omnino puto ſelibras,id eſt dimidiatas libras ſcripſiſſe,ſed non ſatis põdus compertũ habuiſſe.Quod rurſus ne credas facit id quod ipſe alibi dicit eodẽ libro, Siligineæ farinæ modius Gallicę.xxii.libras,Italicę duabus tribusve amplius.Hæc verba ſignificãt Plinii diligenter hæc inquiſiuiſſe,& prẽterea duas & tres libras addit Italicæ ſiligini,non tm̃ ſelibras. Itaq; ſi verum eſt Plinii hęc exacte inquiſiuiſſe,& liber eo in loco nõ corruptus eſt,neceſſaria dicemus triticũ non Gallicum tm̃, ſed & Frãcicum ponderoſius eſſe illis quæ a Plinio enumerata ſunt. Fortaſſe etiã Plinius libras illas vicenas, centenarias libras intellexit,hoc eſt minales,quales libras argentarias fuiſſe oſtẽdimus, hoc eſt plenas libras. qua exiſtimatione paulo plus dextante ad ſupradictum põdus accedit,hoc eſt octoginta drachmæ & aliquid amplius.Hoc quoq; ſi admiſerimus,non ideo tolletur ſcrupulus. quia adhuc noſtrũ paulo amplius libra vna ſuperabit.Vt tamen cũ iis libris ſentiã qui ſelibras habẽt, facit contextus verborũ ſenſim ad librã & dodrantẽ perducentiũ rationẽ. Et præterea Plinius non ſex libras ſed ſenas dixiſſet,quia vicenas dixerat. quod validius argumentum eſt.In hoc obice aqua hęreat neceſſe eſt.Sed ſi Plinius alteri cuipiã vel libro vel ſeruo ponderis examinationẽ tędioſam credidit,vel calculo deceptus eſt,non magnopere mirum eſt,cum Cicero in Catone,Laertẽ ſtercorantẽ agrũ apud Homerum faciat alicuius fide deceptus.Nec em̃ in primo lib.nec in.xvi.nec in vltimo id legitur Odyſſeæ,in quibus tãtum Laertis meminit Homerus: niſi in obſeruatione aliquid me latuit. Verũ ne vanitatis arguar temere a primo quoq; hoc ꝓbare volẽte, monitos hoc ad pondus examinaturos velim,in expendendo tritico multũ id referre quonã modo menſura impleatur.Si enim non modo leuiter agitetur implẽdo,ſed diu quatiatur aut manu prematur,anteq̃ radio exęquetur,pondus non leui momento creſcet. Intereſſe etiã arbitrantur triticum recens tritũ ſit & vẽtilatũ,an diu in horreo aſſeruatũ,cuiuſmodi(vt dixi) noſtrũ erat in puluinis ſulcatis digeſtũ.Illud enim recens ab ariſta,& pulchrius eſſe aiũt & grauius:hoc vt tẽpore exuctũ,ſic leuius eſſe.certe apud nos vendibilius eſt ex eadem ſegete quod eodẽ menſe batuitur & in forum aduehitur, videlicet quod plus farinę & panificii reddat. Verum qui hoc quod diximus tritico expendẽdo fecerit, tum demũ aquę põdus exploret, futurũ enim recipio vt quæ mẽſura tritici duas libras noſtras & quadrãtẽ pependerit,id eſt ſex & triginta vncias,eadẽ treis libras noſtras,id eſt quatuor Romanas pondere aquę efficiat, vt ſit inter triticeũ aqueũq; pondus proportio ſeſquitertia, qua ratione bilibrẽ fuiſſe ſextariũ antiquũ neceſſe eſt,id quod Iſidorus ex quopiam auctore antiquo ſcripſit.etiam ſi Plinius heminã ſexaginta drachmarũ eſſe dicit:quod perinde valet,atq; ſi ſextariũ libræ vnius & quadrãtis eſſe dixiſſet.Hoc idẽ in hordeo expertus, cõperi ſextariũ pẽdere quindecim vncias & tres drachmas. qua ratione quaterni ſextarii quinas libras Romanas & ſeſcuncem efficiũt, & modius vicenas libras & ſelibram,quod non cõuenit cum dicto Plinii,qui de frumẽtis loquens,Leuiſſimũ (inquit) ex his hordeum raro excedit.xv. libras. quare noſtrũ diſſimile eſſe Italico dicendum eſt. Qq̃ Columel.lib.ii.de hordeo

Pli.locus.

Ciceronis erratum in Catone.

loquens ita dicit, Alterũ quoq; genus hordei eſt: quod illi diſtichum, Galaticum nõnulli vocant, ponderis & candoris eximii, adeo vt tritico mixtũ egregia cibaria familiæ prębeat. Seritur circa Martiũ menſem. Diſtichum hordeum vocat & Galaticũ, hoc eſt Gallicũ quod culmũ habet binis verſibus ariſtatũ, cuiuſmodi eſt noſtrũ. Hoc Columella reliquo ponderoſius eſſe dicit. Quare conturbari nos Pliniano hoc verbo non oportet, quaſi iis quę diximus ex eodẽ ipſo Plinio refragãte. Extat in actis Decurionũ hui⁹ vrbis medimnũ lectiſſimi tritici appenſum iuſſu Decurionũ fuiſſe, inuentũq; eſſe pondus centũ & ſedecim librarũ. quę ratio efficit in modiũ vndeuicenas libras noſtras & quadrãtes. Proxima nota in modios vndeuicenas libras & ſextantes non exceſſit. Sed propterea ego minus pondus inueni, q̃ modiũ Romanũ ſecutus ſum, non Pariſinũ. At inter amphorã Romanã & noſtrũ quadrantẽ tãtũ intereſſe teſtatus ſum, quãtũ inter menſurã raſam & cumulatã. Q̃ autẽ libręRomanæ modũ deprehenſum habeamus ex iis quæ de re nũmaria diximus, ſatis intellĩgitur. Poteſt tamen id & aliis adminiculis probationũ confirmari. Columella lib. vii. de cibariis aratorum boum loquens, Martio & Aprili debet ad fœni pondus adiici, quia terra proſcinditur: ſat erit autẽ pondo quadragena ſingulis dari. Quadraginta põdo Romana, noſtra ſunt triginta. Fœni autẽ faſces apud nos, ſi iuſti ſint ponderis, duodenas libras pendent, & interdum ternas denas. At huiuſcemodi binos in dies cũ auenę ciſtellis tribus equi ſinguli ſarcinarii aut iugales poſcũt, qui quidẽ ſint mediocri magnitudine. Hi duas & triginta libras Romanas pendẽt. Trecenas autẽ libras bubus ſingulis ſufficere Ianuario & Februario Columella affirmat. Martio aũt & Aprili quũ labor intẽditur, quadragenas, aut quũ grani eſt pœnuria. Ita hac parte libręRomanæ ad noſtrã relatę analogia cõgruit. Sextarius igitur Romanus eam menſurã capit, vt diximus, quã ternos ſextariolos lingua noſtra appellat. Sed abſurda eadẽ lingua appellatione vtitur, cũ ſextariũ vocat ſextam ac triceſimã partẽ modii noſtri, qui octies amphorã capit, pręſertim cũ ſemiſextariũ appellemus paruulã mẽſurã, & omniũ quæ veneãt minimã, id eſt ſecundã & triceſimã ſextarii noſtri, quã ego ſextariolum voco. Id tamẽ vocabulũ, id eſt ſemiſextariũ in vſum linguæ noſtræ vernaculæ ex eo veniſſe puto q̃ Græci cotulã, id eſt heminã hemixeſtũ appellãt, vt auctor eſt enarrator Ariſtophanis & Suidas. Ad quã vocẽ Græcã alludere videbitur hic vernaculus ſermo, non ad dimidiũ ſextariũ, ſiquis attente cõſiderarit. Verũ enimuero ſextarius Romanus in duodecim cyathos diſtribuitur. ad cuius rei plenioręintellĩgentiã præfari illud habeo quod plene omnibus notum eſt, antiquos cum hilariori cõuiuio ſeſe ad potus ſolutiores inuitabãt, tot cyathos hauſtibus ſingulis ebibere ſolitos, quot erãt literæ nominũ amicarũ. A quo more illud epigrãma Martialis emanauit in primo li. Nęuia ſex cyathis, ſeptẽ Iuſtina bibatur. Quinq; Lycas, Lyde quatuor, Ida tribus Omnis ab infuſo numeretur amica falerno. Inde autẽ inuẽta ſunt vocabula triens, quadrans, quincunx, ſeptunx, & reliqua, quę nõ magis pocula q̃ mẽſuras ſignificant. id quod aperte ex eodẽ poeta libro octauo Epigrãm. nobis datur intellĩgẽdũ, Det numerũ cyathis, inſtantis litera Ruffi: Auctor

Pondus tritici.

Semiſextariolus.

Hemixeſtos.

Mos ſimpoſiacus antiquorum.

enim tãti munerís ílle míhí. Sí Telethuſa venit promíſſaq; gaudía portat, Seruabor domínę Ruffe triente tuo. Sí dubía eſt, ſeptunce trahar, ſi fallít amantem. Vt íugulem curas nomen vtrũq; bíbam. Septuncem pro hauſtu ſeptem cyathorũ díxít, tot enim ſunt elemẽta ín recto Inſtantís: & trientẽ pro phíala & hauſtu quatuor cyathorum. Et rurſus ín vndecímo quícuncẽ pro quínq; cyathis. & beſſem pro octo. Quícũces & ſex cyathos beſſemq; bíbamus. Caíus & fiat Iulíus & Proculus. Et lí. xíí. Poto ego ſeſtantes, tu potas Cínna deunces: Et quereris q̃ non Cínna bíbamus ídem. Deunces vndenos cyathos íntellígít, vt ſeſtantes bínos. Hínc factum eſt vt nomína ílla poculorũ apud auctores celebrentur. vt líb. í. díxímus. Nunc autẽ ſic colligo. cũ ſextaríus Romanus ín duodecím cyathos díuíderetur: ea vero eíus vaſis quã pintã dícímus, ſit mẽſura, vt quí tãtũ vínί etiã prímaríí quo tídíano prandío bíbat, vinoſior díci íure nõ poſſít: quí autẽ dodrantẽ eíus nõ excedat, íd eſt ternos ſextaríolos, parcus vínί fortaſſe, aut certe ſobríus díci mereatur, non potuíſſe ſextaríũ Romanũ ín tot cyathos cõmode díuídí, ſi mínor ís ea menſura fuíſſet, quã dodrantẽ appellauí. Cũ enim trientẽ quadrantẽq; poculorũ vocabula apud Iuuenalẽ & Perſíũ, & Celſum legímus, ego legítímam mẽſurã íntellígo quę vno hauſtu bíberetur. Relíqua nomína ínfra ſupraq;, menſuras magís q̃ potoría vaſa fuíſſe puto. Nam & apud Celſum quadrãs pro modíco potu ponítur, Sí quarto (ínquít) díe cũ horrore febrís reuertítur, vomere oportet: deínde modícũ cíbũ ſumere, vínícq; quadrantẽ. Et lí. í. Poſt vomítũ ſi ſtomachus ínfirm⁹ eſt, paulũ cíbí, ſed huíus ídoneí, guſtandũ: & aquę frígídę cyathí tres bíbẽdí ſunt. Cyathos híc díxerat quod quadrãtẽ ín ſuperíore exemplo díxít. Et alíbí, At quí tar de cõcoquũt, & quorũ ídeo pręcordía ínflãtur, quíue propter ardorem alíquẽ noctu ſítíre conſuerunt, anteq̃ cõquieſcant duos treſve cyathos per tenuẽ fiſtulã bíbãt. Díoſcorídes de abſínthío, καὶ ἀνορεξίας καὶ ἰκτερικὰς θραῶδες ἀφέψημα αὐτῶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν λαμβανόμενον ἐς πλῆθος κυάθων τριῶν, Decoctum eíus cíbí faſtídía, & arquatũ morbum ſanat ſi quotídíe terní cyathí ebíban tur. Ternos cyathos p mediocrí potu díxít quí vno hauſtu ſumatur. Et lí. ííí. Celſus de curatíone lentarũ febríũ loquens, At ſi díu frígus eſt, & torpor & íactatío corporís, nõ alíenũ eſt ín ípſa febre dare mulſi tres aut quatuor cyathos, vel cũ cíbo vínũ bene dílutũ. Idẽ de ínſanientíbus loquẽs tum ſextaríũ ímpleuít, Opus eſt autẽ cíbo ínfirmo, maxímeq; forbítíone. potíone aquæ mulſę. cuíus ternos cyathos bis hyeme, quater ęſtate dedíſſe ſatís eſt. Hís verbís ín ſíngulos potus ternos cyathos febrícítantí cõſtítutos íntellígímus. & per díes ſíngulos ſextaríũ. Alíbí de cardíacís loquẽs, Sí verẽdũ eſt ne deficíat, tũ & íntrita ex víno, & hoc ípſum auſterũ quidẽ, ſed tamẽ tenue, meracũ, egelídũ ſubínde & líberalíter dãdũ eſt adiecta polenta, ſi modo ís æger parũ cíbí aſſumít. ídq; vínũ eſſe debet, neq; nullarũ viríũ neq; íngẽtíũ. Rectęq; tota díe ac nocte vel tres hemínas æger bíbet: ſi vaſtíus corpus eſt, plus etiã. Tres hemínas díurnas Celſus cardíacís ſtatuít, níſi vaſtíoris ſint corporís, & vínί merací. De quíbus Plínius loquẽs líb. xxííí. Cardíacorũ (ínquít) morbo vnícã ſpem ín víno eſſe certum eſt. Darí vtíq; non níſi ín cíbo debet, nec a ſomno, nec pręcedente alío potu, íd

Cyathus.

Iuuenalis. est non nisi sitienti, nec nisi in desperatione summa. Hoc Iuuenalis significat cũ inquit, Cardiaco nũq̃ cyathũ missurus amico. Tres heminę sesquisextariũ explent. Ex quo apparet iustã prope modũ potus mensurã homini cardiaco statutã esse. Nã cũ homini sano iusta mẽsura sit sextarius in singulos epulatus, cardiaco nouenos cyathos statuit, vel senos, id est binos quadrantes si ter epulantes cardiacos intelligamus. Et de cœliacis, Obseruãdũ (inquit) nequis aut cibus, aut humor vniuersus detur, sed paulatim. Ergo per interualla tẽporis sat est cyathos binos ternosve sumere, & cibũ proportione huius. Et inferius, Potui vero aqua pluuialis decocta, sed quę per binos ternosve cyathos bibatur. Cyathis autẽ antiquos potus sui mẽsurã metiri solitos etiã inter epulas ex eo cõiicio q̃ seruí quidã ad cyathos stare vel esse dicebãtur, vt seruí ad limina, & ad pedes. Tranq. in Cæsare, Sed C. Mẽmius etiã ad cyathũ & vinũ Nicomedi stetisse obiecit. Iuuenal. Sat. xiii. Nec puer Iliacus formosa, nec Herculis vxor Ad cyathos. Hoc Gręci κυαθίζειν dicũt, quo verbo Plautus in Menech. vsus est, Non scis quis ego sim, qui tibi sępissime cyathisso apud nos quando potas. Cyathus a Gręcis ob id etiã ἀνλακτὴς & ἀρυσκὸς, & ἀρύσιχος, & ἀρίτειναι dicitur, & a quibusdã ὀινοχόη. Quę omnia vocabula ab hauriendo vel fundẽdo vino dicta sunt. Stare igitur a cyathis a Latinis dicti sunt, quos Græci ὀινοχόους appellãt. Apuleius pocillatores vocauit. Pincerna non ausim affirmare probũ esse vocabulum, etiã si Asconius in prætura vrbana vsus est, si vera sunt eo in loco exẽplaria. Pincerna a Græco deducit, cui cõuiuę dicũtur idẽtidẽ πῖνσν κίρνα, pinin cirna, id est misce vinũ vel tẽpera vinũ vt bibam. Honestum id olim munus fuisse docet Athenęus lib. x. qui apud Græcos morẽ fuisse tradit, vt nobilissimi iuuenes in conuiuiis sacris publicis id munus obirent. nec minus apud Romanos, καὶ παρὰ ἑωμαίοις δὲ οἱ εὐγενέσατοι τ̃ παίδων τ̃ λειτουργίαν ταύτ̃ν ἐκπλ̃σιν ἐν ταῖς δημοπελέσι τ̃ν θυσιῶν. Est autẽ cyathissare vt ex eodẽ Athenęo nouimus κυάθῳ οἰνοχοεῖν, id est cyatho vinũ bibendũ admetiri. Quare Athenienses in cõuiuiis solutioribus inuicem propinantes, cyathos amicitię, & cyathos amoris, & cyathum Demetrii nominatim poscebant, singulis potionibus, vt quaternos amicitiæ, & ternos amoris propinantes, & cyathũ præterea Demetrii vel Antigoni, qui duo extremi ab assentatione inoleuerũt, exolescente prisca Athenieñ. libertate & generositate, vt idẽ auctor prodidit li. vi. de adulatorib⁹ loquẽs. Persius, Sed tremor inter vina subit, calidũq̃ trientẽ Excutit e manibus. Plin. pro mensura posuit, Siluestrium quidẽ prunorũ baccę vel e radice cortex in vino austero si decoquãtur, ita vt triens ex hemina superstit, aluũ & tormina sistũt, id est vt quatuor cyathi ex sex superstint. Tranq. in Aug. Vini quoq̃ natura parcissimus erat, non amplius ter bibere eũ solitũ super cœnam, in castris apud Mutinã Cornelius Nepos tradit. Postea quotiẽs largissime se inuitaret, senos sextantes non excessit: aut si excessisset, reiiciebat. Senos sextãtes pro sextario dixit, sed significare voluit, senis haustibus sextariũ tm̃ bibere eũ solitũ. Philippus Beroaldus diligens enarrator, ac multę lectionis, sextantes senos sex pocula intellexit binas vini vncias continentia: sicut & apud Martialem triẽtes & quincũces deuncesq̃. Antonius Sabel. eo in loco, senos sextãtes

Ad cyathum stare.

Cyathi grecè nomina.

Oenochoi.

Pocillatores.

Pincerna.

Cyathissare quid sit.

Cyathi amicitię & amoris.

Demetrii Antigoni.

Beroaldus.

(inquit) ad menſuram, an ad pondus referas in dubium venire poteſt. ſed melius ad menſurã, vt ſit ſextãs menſuræ genus, vt quincunx apud Martialẽ. Beroaldi opinio, nec Pliniano dicto, nec noſtro conuenit (ſi tamẽ ita Plinius ſcriptũ reliquit, vt cyathus pẽdeat per ſe drachmas decẽ & hemina ſexaginta) quippe Pliniana ratione ſextarius cẽtũ & viginti drachmas trahit: at Beroaldus duodecim vnciarũ ſenos ſextãtes eſſe dixit, id eſt ſex & nonaginta drachmarũ, quos planũ fecimus ex Martiale duodenos cyathos ſignificare. Quare inſignis hæc fuit hallucinatio, & pene par illi de ſeſtertio. Calderinus vir ingenioſus & grauis enarrator nouo genere hallucinatus eſt apud Iuuen. Sat. vi. illo in loco, De quo ſextari⁹ alter Ducit ante cibũ. Sextarius alter (inquit) id eſt duo ſextãtes, videlicet arbitratus ſextariũ a ſextãte dictũ, nõ a ſexta congii parte, cũ ſextarius ſexies ſextãtẽ capiat, ſextans non magis duas vncias, q̃ ſextã cuiuſq; rei partẽ ſignificat. Sed horũ verborũ ſignificatio a nullo, quod ſciã, recte ac plane adhuc enarrata eſt. Romani autẽ ſextariũ quaſi legitimã ac quotidianã virilis potus menſurã ſtatuẽtes, ab eo quaſi ab aſſe incipiẽtes, reliqua vocabula partes eius fecerũt, quo modo & nos pintã virilẽ mẽſurã ponẽtes ſemiſſem eius parcis vini deſtinamus, dodrantẽ autẽ continentibus, quadrantẽ ægrotis, ſeſquipintã bibacibus, in quotidiano quidẽ cõuiuio. Auguſtus igitur vini parciſſimus dictus eſt a Trãquillo, qui ſuper cœnã plerũq; ita ſibi tẽperabat, vt ternos ſextãtes, id eſt dimidiatã aliorũ mẽſurã biberet, & cũ licẽti⁹ bibere ſtatuerat, ſextariũ nõ excederet, ac ne excedere quidem poſſet citra refectionẽ: quippe vir infirma valetudine, ac graues & periculoſas valetudines per omnẽ vitã expertus, vt auctor eſt idem Trãquillus. ob id etiam cibi minimi, adeo vt ante initum vel poſt dimiſſum conuiuiũ ſolus cœnitaret, cum pleno cõuiuio nihil tangeret, quo certiorẽ rationẽ cibi potusq; teneret. Hoc mihi cõuenire videtur cũ eo quod diximus, vt qui vini modice ſit appetẽs, dodrãtẽ noſtrũ, id eſt ternos ſextariolos quotidiano cõuiuio bibat: qui ſi etiã quadrãtẽ huic addat, vt plenã menſurã noſtrã bibat, quã pintã dicimus, ne ſic quidẽ vinoſus dici debeat, & tamen hęc mẽſura ſedecim cyathos implet. Hoc cũ exacte cõſiderarem, dodrantẽ prędictũ, quem ſextariũ Romanũ eſſe dico, in treis trientes diuiſi totidem calicibus ſumptis, & rurſus in quatuor calices quadrãtales æquis diſtributionibus, quo facto eũ eſſe captũ menſurę cognoui, vt q firmo ſtomacho ſit, & interdicto medicorũ nõ prohibeatur, quominus ducere poſſit ex œnophoro quantũ ſitis appetat, is hauſtu primo cœnæ quadrantẽ ſiccare debeat, addita etiã aquę tertia, aut quarta parte, ſi tamẽ ſitim expectauerit. Qui autẽ bibacior paulo fuerit, etiã trientẽ: de ſobriis loquor, ſed de iis ſobriis q iuſtũ hauſtũ diluẽdis cibis ducere ſoliti ſunt, quales pleriq; ſunt noſtratiũ hominũ, quibus qdẽ vini potus vitio nõ vertitur, id eſt qui inter vinoſos nõ cenſentur: nullus em̃ modus temulẽtię aſſuetis & perpotatoribus cõſtitui poteſt. nec rurſus de iis loquor qui ſemp ſiticuloſi pytiſſantiũ more guſtatorũ linctu magis q̃ potu villum tranſmittere ſolent. omnino quadrantẽ ſtomachi firmę conſtitutionis, trientẽ etiã ſitibundi modũ cũ aquæ rata portione eſſe dico, idq; intra tẽperãtiã. De vinis loquor noſtratibus, id eſt agri Francici.

Calderinus.

Quare ab antiquis indita hęc esse nomina ternis quaternisq; cyathis affir mauerim,tametsi Augustus sextãtibus vtebatur,cui Antonius Musa sex tantarios modulos,id est dimidio minores legitimis indixerat.quare quã tũ sobrii homines bibere solíti sunt quotidiano potu,tãtũ Augustus bibe bat cũ largissime sese inuitauerat . Quod si verũ esset id quod apud Plíniũ legitur de hemina & acetabulo, id est sesquicyatho , sextarius centũ & vi ginti drachmarũ esset,id est minor tertia amplius parte q̃ noster dodrans, nec pintę dimidiũ caperet . Hoc enim pondere probare vnicuiq; nostrum licet. quod q̃ sit absurdũ nemo nõ intelligit,vt tantula mensura in duode nos cyathos diuideretur,& in solutis perpotationibus & conuiuiorũ hila ritate,cũ sine lege ac sine modo bibitur,quadrantes trientesq; &(cũ pluri mũ) septunces pro numero elementorũ nominũ biberent , quantũ scilicet quisq; hodie sobriorum vno impetu familiari cœna bibit: septunces enim ea ratione sextariolũ nostrũ non excederent, qui modulus est (prope dixe rim) potionis medicamentariæ. Antiquos autẽ parciore vino vsos esse nõ eoꝝ est dicere,qui bicongiũ Ciceronẽ M.filiũ, Tricongiũ Torquatũ apud Plíniũ,& apud Tranquillũ potorẽ amphorarium legerint:quibus hodie si pares in Gallia inuenirẽtur,monstri instar haberetur.apud quos Germa norum militũ bibacitas hoc biennio inter miracula celebrata est . quoti dianis enim cõuiuiis singuli quaternos quartarios absumere dicebantur . qua ratione nouẽ conuiuę binas amphoras exorbebant.Hãc bibẽdi palmã æquare nostratium hominũ profligatissimi vini potores numero triginta non possent,dũtaxat vt alternis diebus id facerent quod illi singulis facti tabant.Quid q; ipsa carmina quę apud Priscianũ legũtur,& secum & cum Plínio pugnãt? Cũ enim de cyatho dicant,Bis quinq; hũc faciũt drachmæ si appendere tentes,Oxybaphus fiet si quinq; addantur ad istas.Alio loco ita legitur,Nam libręvt memorant bessem sextarius addet, Seu puros pẽ das latices seu dona lyei. Addũt semissem libræ labentis oliui : Selibrãq; ferũt mellis supersse bilibri.Hęc tamen assensu facili sunt credita nobis, Nãq; nec errantes vndis labentibus amnes , Nec mersi puteis latices, aut fonte perenni Manantes,par pondus habẽt.Quonã igitur tandẽ modo cõ uenit vt hemina quæ dimidiatũ sextariũ efficit,sexagenas, drachmas pen deat,& sextarius libra & bessem,hoc est centũ & sexaginta? Si em̃ de cẽtũ & nonaginta duabus drachmis,seu duabus libris Romanis,trientẽ, id est duas & triginta abstuleris,reliquę erũt centũ & sexaginta . Nos cum hoc probaremus aqua puteali vtebamur , nec scrupulose differentiã aquarum exquisiuimus,nec in alio liquore rem experiundã duximus , cũ iam tenere veritatẽ videremur.Ex Græcis autẽ auctoribus vix rem constituere possu mus.Pollux lib.iiii.cotulam tertiã partẽ chœnicis esse tradit,& medimnũ chœnicas octo & quadraginta capere,& sextariũ octo chœnicas , κοτύλη τρίτῳ μοῦ χοίνικος. ὁ δὲ μέδιμνος, χοίνικες ὀκτὼ καὶ τεσσαράκοντα. ὁ δὲ ἑκτεὺς ὀκτώ . Hoc dí ctũ discrepat cũ versibus illis in quibus ita legitur, At cotylas quas si pla ceat,dixisse licebit,Heminas recipit geminas sextarius vn⁹.Qui quater as sumptus fit Graio nomine chœnix. Adde duas,chus fit vulgo qui est con gius idẽ.Pollux heminã tertiã partẽ chœnicis facit, hæc carmina octauã.

Augustus Cæsar quãtũ biberit.

Bicongius Cic. M.filius. Tricongius Torquatus.

Cotula,

Chœnix.

Chus (inquit Suidas) mensura est Attica capiés cotulas octo. Festus heminã quasi hemis, id est dimidiũ sextarii dictã eẽ autumat. Rursus Suidas, μεδίμνου μοδίων ἓξ, ὡς ἓναι μέτρον ξεστῶν. β. ἤτοι λιτῶν. ρ. id est medimnũ modiorũ senũ est, vt sit mensura xestas duas & septuagínta capiens, id est líbras centũ & octo. quo dicto significatur xestẽ sesquilibrã pendere, id est centũ &, xíi. drachmas & semidrachmam: líbra eñ Attica septuagenas quínas drachmas pẽdet. Sic modius qui sexta pars est medimni decẽ & octo librarum erit, ita sextarius quę sextadecima pars est eius, erit quatuor & octogínta drachmarũ & semissis, quod cum Plínii dicto nõ cõuenit. ꝙ si litran, id est líbrã Atticã pro mina intellígamus, vt Hermolaus voluit, & Plínius interdũ fecit, sextarius cẽtũ ac duodecim drachmarũ & semis erit, qđ níhilo magis cõuenit. Qꝛ aũt Plínius libra pro mina acceperit, patet ex Dioscoride, vbi de Oxymelle loquitur líbro quínto, λαβὼν ὄξους κοτύλας πέντε. καὶ ἁλὸς θαλασσίου μνᾶν μίαν, μέλιτος μνᾶς δέκα. ὕδατος κοτύλας. ί. μίξας ἕψησον, ἄχρις ἑδεκάκις ἀναβράσῃ, καὶ ψήξας καταγμισον. Hoc Plíniusad verbũ lí. xíiii. sic vertit, Oxymel vocarũt mellís decem líbris, aceti veteris heminis quinq;, salis marini líbra, aquæ pluuię sextariis quinq; sufferuefactis decies, mox elutriatis. Quod ílle mínam, Plínius libra dixit: quod ílle heminas decẽ, Plínius sextarios quinq;. Rursus Plínius de eo genere vini factitii loquẽs, qui cenchrites dicitur, ꝙ ex milii semine fiat, líbrã & quadrantẽ pro mina transtulit. cum enim de adynamo factitiorũ primo dixísset, ita subdidit, Proximũ fit e milii semine maturo cũ ipsa stipula (líbrã & quadrantẽ in congios duos musti macerant) & post septimũ mẽsem translfuso. Dioscor. δεῖ δὲ λαμβάνειν τὴν ὥραν σπέρματος πλήρη, πέπειρον σὺν τοῖς κλάδοις. καὶ μνᾶν μίαν βάλλειν εἰς οἶνου. β. ἐᾶν δὲ ἐπὶ μῆνας, ὡς ἂν μεταγγίζειν. Accípere autẽ oportet hęrbam semine plenam maturo cum ramulís, & eius vnã mínã in vini congios bínos míttere, & sic septẽ mensibus relínquere, ita a septímo mense díffundere. Sed corrupte apud Dioscoridẽ Cestrites & Cestros pro Cenchrites & Cenchros in líbris impressís legitur. sic enim legí debet, περὶ κεγχρίτου, quum Plínius mílium dicat. verius est tamen Plíniũ errore exẽplaris deceptũ, Cenchritẽ pro Cestríte intellexísse. Est autẽ cestrum Latine betonica hęrba dicta, vt in Dioscoride líbro quarto apparet in príncipio, qui psychotrophũ alío nomine vocat vtrobiq;, quasi hęrbã frigidis locis gaudentẽ, quę hodie sic agnoscitur, ex qua fit vinũ betonicatũ. Hoc autem Plínii dictũ vel ex Dioscoride, vt multa alia versum est, vel ex alío auctore, qui iisdem verbis cum Dioscoride scripsit. Hoc enim nõ satis constitui potest vtrũ Plínius Dioscoridẽ legerit, quẽ vt idẽtidem iisdem verbis sequitur, sic nusq; nominatim citat, ita vt nonnũq; a Dioscoride accepta dissimulandi furti gratia tranfformare videatur, vt in hoc loco: interdũ aliũ secutus videatur: sed vel a quo Dioscorides trãscripserit, vel ille a Dioscoride. Plínius Latinũ hominẽ Sestium Nigrum medicinæ dílígentíssimũ appellat, de Castoreo loquens lib. xxxii. qui Niger Grẹce scripsit. cũ Plínii verba cũ Dioscoride collata, ex ipsi⁹ Dioscoridis líbro traducta esse videantur. Nam Dioscorides Nigrum in hoc secutus non videtur, cum eũ inter Asclepiadas recensens improbet. Et is tamen a Plínio etiã citatur vbi Salamandræ meminit lib. xxix. his verbis, Sestius

An Plínius Dioscoridẽ legerit.

Sestius Niger

venerem accendí cibo earum ſi decoctís interaneis & pedíbus & capite ín melle ſeruẽtur tradít, negatq; extingui ígnẽ ab iís. Díoſcorid. líb. ſecũdo,

Salamandra. Σαλαμάνδρα ἔστι δύο γένη. ἔστι δὲ νωχελὲς, πικίλον, μάτιον πισυθῆρι μὴ καιόμενον. Et ínferius, φυλάττεται δὲ ἐν μέλιτι ἐγκεκριμένη, τὴν πρόσοψιν ἔχουσι φοινικοῦν ἀφαιρεθέντων ἐκ τῶν ἄκρων χειρῶν. Hęc verba íta cum Plínii verbís congruũt, vt ab eodem auctore vterq; ſumpſiſſe vídeatur, quo modo & a Crateua vterq; ſumpſiſſe alíqua non díſſimulat. Alíbí Plínius de Opobalſamo loquens, Alexandro Magno res íbí gerente toto díe æſtíuo vnã concham ímplerí iuſtum erat. Omní vero fœcundítate e maiore horto congíos ſenos, e mínore ſingulos, & cum duplo rependebatur argento: vel potíus cum & duplo vt ín emẽdatioríbus. Hoc Díoſcorídes non ad tempus Alexandrí refert, ſed ad ſuum hís verbís, ξηρὰ δὲ ὀλίγον, ὡς καθ' ἕκαστον χρόνον μὴ πλέον ἢ ἓξ ἢ ἑπτὰ χόας σταλαγμοίζεσθαι, πωλεῖται δὲ ἐν τῷ τόπῳ σταθμὸς αὐτοῦ πρὸς διπλοῦν ἀργύριον, Fluít tenuí gutta & pauca, íta vt vnoquoq; anno non amplíus q̃ ſení aut ſeptení congíí collígantur. cum venditur íbí, duplící atgentí pondere rependítur. Cum Plínius ídem cum Díoſcoríde dícat, apparet tamen eum alíum auctorem ſecutum. Sed ex eo reſtituẽdus Plínius hoc modo, Omní vero fœcundítate e maiore horto congíos ſenos ſingulis annís. Quonã modo enim ex ſinglís conchís congíí ſení fierẽt? Et præterea abſurdum eſſet Plíniũ de ſingulís díebus íd dixiſſe cum duplo argento rependeretur. Q; ſi níhil addere volumus, exíſtímo ſic legendum, Anní vero fœcundítate, hoc eſt totíus anní etíam fertílís fœtu. Verũ hæc de Plínio & Díoſcoríde obíter dícta ſunt. Credo tamen Plínium Latínos etiã auctores alíquos obſeruaſſe, & ob íd míſcellaneas ínterdũ deſcríptiones tradídíſſe, quæ nec plane cum Díoſcoríde conueníant. Hoc ígitur ín loco Plínius líbram Attícam & quadrantem pro centum drachmís, íd eſt pro mína díxíſſe vídetur, ſíue hoc ínnouare eí víſum ſit, ſíue ex Græco alío acceperít, quí lítram ſcrípſiſſet, íd eſt líbram, & drachmas vígíntí quínq;, quí eſt quadrans non líbræ ſed mínę. Nam alíoquín Plínius parũ religíoſe Græca hæc vertíſſe vídetur, aut certe parum conſtanter ſíquís dílígenter anímaduertat. Theodorus Gaza vír doctíſſímus vtraq; língua chum ſíue choa, ſextarium tranſtulít, & hemíchoum ſemíſextarium, díuũ Híeronymũ ín hoc ímítatus, qui Ezechíelís quarto, choeis Atticos duos Italícos duos ſextarios eſſe díxít. Interpres Arístophanís in Equítíbus χοῦς μέτρον ἀττικὸν

Chus. χωροῦν κοτύλας ιβ'. Chus (ínquit) mẽſura eſt Attíca capiẽs heminas octo. quod cũ verſíbus íllís non congruít, quí choa duodenas cotulas capere tradũt. vt ídem ſit congíus & chus, quod Plínius ıtidẽ ín ſuperíorí exẽplo voluít. Athenęus líbro decímo de temulentía loquens, ínter maxíme vínoſos homines Alexandrum enumerat, auctorẽ autẽ citat Ephippíum ín líbro de

Alex. Mag. vinoſus. Proteasq. Alexãdrí & Epheſtíonís funere. Erat (ínqt ílle) ínter Macedones Proteas bíbendí certamíne clarus. Hũc ín cõuíuío Alexãder poculo bícógío prouocauít (bícongíũ nũc appello quẽ ílle dichum Græce dixít) Quũ ígítur Alexander bíbíſſet, Proteas Rege multũ laudato quí egregíe tantũ calícem exorbuerat, & ípſe quoq; ea fide atq; íntegrítate bíbít, vt ab omníbus plauſu excíperetur, ἀλέξανδρος γὰρ αἰτήσας πρὲ πτήριον δίχορν, καὶ πιὼν πρῶτος ἔπινε τῷ πρωτέα, καὶ ὃς λαβὼν, ἐπῄνησε τὸν βασιλέα, ἔπιεν, ὡς ὑπὸ πάντων κροταλισθῆναι.

Mox Proteas eodem poculo cũ Regem prouocaſſet bíbíſſetq; Alexander generoſe conatus íterũ calícẽ eũdem ducere, cũ partẽ íam traxiſſet, reſupínata ín lecti puluínar ceruíce poculũ manibus emíſit . Quo ex certamíne ín valetudínẽ íncídit, a qua tãdẽ íugulatus eſt, vt Ephippíus tradídit, quí ab alíis hiſtorícis ín hoc díſſenſit: eũ enim veneno ſublatũ dícũt. Fabularé autẽ eã hiſtoriã eſſe ex eo conſícere lícet quod ſubdídit: íd regí contígiſſe ob Thebas oppugnatas. vídelicet ínfenſo Líberí patrís numíne quí Thebís natus eſſe dícitur, ἡχὴ ἐκ τύτου νοσήσας ἀπέθανε, τῶ δ ιονύσῳ φησὶ μωίσαντι αὐτῷ, διὰ τὰ πραχθέντα αὐτῶ τὰς Θήβας ἐπιώρκησε. Idem Athenęus alíbí eodẽ líbro, μίλων ὁ κροτωνιάτης ὡς φησιν ὁ ἱεραπολίτης Θεόδωρος ἐν τῆς περὶ ἀγώνων, ἔφθιε μνᾶς κρεῶν ἕκοσι, καὶ τρισάντας ἄρτων, οἴνου τε τρεῖς χόας ἔπινεν. Mílo Crotoníata, vt auctor eſt Theodorus Hieropolítanus ín líbrís de certamínibus Grecię, minas vigíntí carníũ, & totidẽ panís eſitabat: & tres congíos víní bíbebat. Congíus íd eſt chus ín hoc & ſuperíore exẽplo ídem non fuíſſe vídetur . cum Mílo vna cœna tres congíos abſumeret, & Alexander vno hauſtu duos bíberet. Oportet enim eam menſurã líquídí congruere cũ pondere arídí pulmentarií & panificíí. Varietatem ígitur eã efficít auctorum díuerſitas, quí menſuras quíſq; patríę ſuæ ſecutí ſunt, aut eorum certe de quíbus locutí ſunt. Xeſtes autem quíd ſit apud Græcos nõ facíle díxerím. Dioſcor. de Chriſto lacte loquẽs, δεήσει δὲ πρὸς τὸ μὴ ὑπερχεῖν τὸ γάλα ὧν τῆ ἐψήσει, στόμφῳ ἐκ ψυχροῦ ἀποφῦσαι τὸ χεῖλος ὀλίγας καὶ ξέστου ἀργυροῦν πλήρη ὕδατος ψυχροῦ καθιέναι. Hoc Plínius líb. xxviíí. ſic trãſtulít, Quũ feruet ne circũfundatur prędtat cyathus argenteus cum frígída aqua demíſſus, ita ne quíd ínfundatur. Cyathum Plínius pro Xeſte díxít. Alíbí fere ſextariũ vertere ſolet, vt líb. xíiíí . Fít abſínthites ín. xl. ſextaríís muſtí: abſínthíí Pontící líbra decocta ad tertías partes, vel ſcopís abſínthíí ín vínũ addítís. Vbí refragãtíbus omníbus exemplaríbus: ex Dioſcoríde ſic lego, Fit abſínthites. xlviíí. ſextaríís muſtí, abſínthíí Põtící líbra, decoctís ad tertías partes. οἱ μὲν γὰρ τῆς μ. ἡχὴ. ν. ξέσας πρὸς ἰταλικῶν κ ϛαμίων, μίξαντες ἀψινθίου πυλικοῦ λίτραν μίαν. ἕψουσι μέχρι τὸ τρίτον ἀπολειφθῇ, Quídam autẽ (ínquit) duodequín quagínta ſextaríís Italícarum amphorarũ míſcentes líbram vnã abſínthíí Põtící, decoquũt quoad tertía pars reſídua ſit. Et de Nectaríte, ὁ δὲ νεκταρίτης σκολάζεται ἐκ τοῦ ἑλενίου. οἱ μὲν ἔνιοι μανδικλῶ. οἱ δὲ συμφύτον. οἱ δὲ ἰδαῖον φλόμιν. οἱ δὲ ἐρέσιον. ῥίζης ξηρᾶς ὀγκιῶν. ε. ψυδρίτας εἰς ὀθόνιον κάθες εἰς χοᾶς. ς. γλεύκους. Plínius totídem pene verbís. Inuenítur & Nectaríte ex herba quã alíí heleníũ, alíí medícam, alíí ſymphyton, alíí ídęon & oreſtíon, alíí nectareum vocant, radíce ponderís. XL, denaríorũ ín ſeſtarios ſex muſtí addíta. Hoc tantũ refert q; ílle quínq; vncías díxít. Plínius aũt quadragínta denarios, ea ratíone qua cẽtum denaríí minã efficíũt, vt ſępe díximus. Sed íllud aduertendũ q; chum pro ſextarío Plínius íntellexít, quum alíbí vt díximus pro congío acceperít, de míſíato vínο loquẽs, quo modo & vbí de myrtíte loquítur. nã quũ Dioſcor. dícat, δεῖ λαβόντα τῆς μελαίνης μυρσινῆς τὰς ἀκρέμονας, βαλλειν εἰς τὰς ξηρᾶς τοῦ γλεύκους χοᾶς. Plínius, Grecí (ínquit) myrtíten hoc modo faciũt, ramís tenerís cũ ſuís foliís ín albo muſto decoctís tuſís, líbram ín tríbus muſtí congíís deferuere faciũt. Congíos nũc tranſtulít choas quum prius ſextarios vertíſſet. Rurſus Dioſcor. de Rhodíte, ῥόδων ξηρῶν κεκομμένων μνᾶν μίαν ψυδρίτας εἰς ὀθόνιον, κάθες

Mílonís vo racitas.

Congii díuerſa acceptio.

Plín. locus.

ἀς γλδικας ξέσας. ἡ. μετὰ δὲ τρᾶς μῆνας διυλίζας μετάγιζε, id est, roſę aridæ cõtuſa folia ad minam vnã in linteolum allígata demittito in muſti ſextarios octonos, & poſt tres mẽſes percolatos in aliud vas tranſferto. Plínius autẽ ſic, Roſæ foliis tuſis, in linteoloq; in muſtum collatis cum põduſculo vt ſidat XL. põdere denariorũ in ſextarios vicenos muſti, nec ante tres mẽſes vaſe aperto. Hunc locũ immutauit Plínius, vt nec Dioſcoridem, nec eũdem cũ Dioſcoride auctorẽ ſecutus primore ſenſu videatur. Dioſcorides præcipit in octonos ſextarios muſti minam vnã roſæ tuſæ coniici. Plín. in ſextarios vicenos quiq; vncias. Quare fieri potuit, vt Plínius vel librarii vel a manu ſeruí vitio notam mínę pro nota vnciæ intellexerit, & xeſtas pro cotulis acceperit. ſic fit vt quũ ſingulas vncias roſę tuſę octonis heminis víni ſufficere exiſtímarit, quadraginta denariorũ pondus, id eſt quinq; vncias quadragenis heminis ſtatuerit, quũ ad verbũ referre Dioſcoridis locũ nollet, aut eius quẽ Dioſcorides ſecutus eſt. Idem, E napis fit. X. denariorũ põdere in ſextarios binos muſti addito. Dioſcor. βυνὶς ὀγγίας δύο κόψας, κάδῃς ἐς κοτύλας γλδικας τέσσαρας, id eſt, napi vncias duas cõtuſas in quatuor muſti cotylas demittito. Secundũ hoc non decẽ denariorũ, ſed ſedecim legendũ eſt apud Plíniũ. In antiquis exẽplaribus numerus ille corruptus eſt, vt in quibuſdã deſit, in nõnullis duum, non decem legatur. Verum Plínius líbens facit, vt octo denarios pro vncia dícat. Q̃ autem Plínius modulos & numeros ex Dioſcoride mutet interdũ, ſeruata tñ proportione, exẽplũ eſt in mentione hyſſopitę. Símiliter (inquit) fit hyſſopites e cilício hyſſopo vnciis trib⁹ in duos congios muſti coniectis, aut tuſis in vinũ. Dioſcor. ὑσσωπίτης ὁ ἐκ τοῦ κιλικίου ὑσσώπου κάλλιστός ἐστι. δεῖ δὲ ἐν τῷ κεραμίῳ τοῦ γλδικας λίτραν μίαν τοῦ ὑσσώπου κεκομμένου τῆς φύλλου προσδιδόναι. Hyſſopites (inquit) qui ex hyſſopo cilício fit, optimus eſt, addere oportet amphorę muſti líbram vnã hyſſopi foliorum contuſorum. Hoc Plínius mutatis (vt díximus) modulis verbisq; retulit. Idem eſt enim in amphoram, id eſt in octo & quadraginta ſextarios líbrã vnã hyſſopi coníicere, & in duodenos ſextarios, hoc eſt binos cõgios quadrantem, id eſt vncias treis. Hic obiter adnotãdum, ceramiũ Græcum idẽ eſſe quod amphoram: quod & eodem auctore planũ fit in mentione abſinthiati víni, quã ſupra poſuímus. Dioſcor. de Elelíſphacite, ὀγγίας κελιδονίου σφάκου ἐς γλδικας κεράμιον ἐστὶ δὲ κεράμιον, κάδοι, id eſt ſaluiatum ita cõficitur ſi vncias octonas ſaluiæ in muſti amphoram, quod ceramium dicitur, demíſeris. Idẽ Plínius de aromatite, Fit apud alios nardi & malobathri ſelíbris in muſti congios duos additis. Dioſcor. ὁ δὲ διὰ συριακῆς νάρδου καὶ κελτικῆς καὶ μαλαβάθρου σκευάζεται ὅλως. ἑκάστου ἡμίμναιον λαβὼν ἐς δίχορον γλδικας κάδες. Díchum, id eſt choas duos Plínius haud dubie congios binos trãſtulit. Dioſcorides, ὁ δὲ διανάνθινος σκευάζεται ὅτω. λαβὼν φύλλα ἀγρίας ἀμπέλου τὸ ἄνθος ξηρόν, μνᾶς δύο ἐς μεχνιτῶ γλδικας πρὸς ἡμέρας. λ. εἶτα διυλίζας ἀποδου. Hoc Plínius ſic vertit, Fit e labruſca, hoc eſt víte ſylueſtri, quod vocatur œnanthinũ. flores eius líbris duabus in muſti cado macerati poſt. XXX. dies mutantur. quod Dioſcor. metretam díxit, Plínius caddum trãſtulit: quod & ipſum Græcum eſt, ſed vtroq; noſtri vtũtur. Metreta enim Cato & Columel. vtũtur. Eſt autẽ congiorum decem vt auctor eſt Dioſcorides libro quinto his verbis, ἔστι δὲ ὁ μεχνιτὴς χόες δέκα.

Ceramiũ.

Metreta & caddus.

Decẽ autẽ congii ſexaginta ſextarios valent, id eſt amphorã & quadrantẽ. Pollux tamen in decimo de vocabulis ait, Cratinũ comicũ metretam amphoram appellaſſe. Idẽ etiã Philochorũ tradit in libro quẽ de lingua Attica cõpoſuit, ſcripſiſſe caddũ & amphorã apud antiquos idẽ fuiſſe, ideoq; hemiamphorium, id eſt ſemiamphoram, etiã hemicaddum dictum. verum Epicarmũ, caddum & amphoram vt diſtincta poſuiſſe. In carminibus quæ apud Priſcianũ legũtur caddus & amphora Attica pro eodẽ ponũtur his verbis, Attica præterea dicenda eſt amphora nobis Seu cadus, hãc facies noſtræ ſi adieceris vrnã. Quibus verbis ſignificatur Atticã amphoram & caddum ſextariorũ duorũ & ſeptuaginta fuiſſe, id eſt duodecim congiorũ: quo fit vt Attica amphora hemiolia Romanæ fuerit amphoræ. Ego Dioſcoridis opinioni accedere malim. De Græcis igitur quibuſdam vocabulis nihil fixum ſtatuere poſſumus, quandoquidem Plinius id præſtare non potuit, quippe quũ nec ipſis Græcis de ea re conueniat, quæ pro locorum vrbiũq; varietate, ac temporum fortaſſe, idẽtidem euariarunt. nam & in hac vrbe (vt diximus) tot menſurarũ ratio, a vicorũ aut certe regionũ magiſtris repoſcenda eſt, quã nemo vnus tenet. Sed nec libram Græcã Plinius a Latina diſtinxiſſe manifeſte videtur, quod meminerim me adnotaſſe. Hoc tamen tenebimus amphorã & ceramiũ eãdẽ menſurã, vt metretã & caddũ quod verbũ apud Pliniũ & alios noſtros ſæpe legitur, Si quis tamen animaduertat orationẽ Demoſthenis, quę πρὸς τὴν λακρίτου παραγραφὴν inſcribitur, mirabitur preciũ vini importati in Pontum ex vrbe quadã Thracię talẽtũ argenti ſtatui etiam cum naulo & apparatu neceſſario. & tot ceramia icoſoro naui importata eſſe, τὰ δὲ χίλια ταῦτα κεράμια ἄγειν ἐς τὸν πόντον εἰκοσόρῳ. Quibus verbis conijcere licet ceramium Atticũ Demoſthenis tẽpore minus fuiſſe amphora Romana. niſi potius inelligamus ceramia Thracia nõ Attica ex vrbe Menda in Pontũ importata. In qua oratione ſtamnũ & ceramiũ pro eodem ponit. Medimnũ etiã tenebimus ſex modios capere, id eſt duodequinquaginta chœnicas, ſeu duodequinquagies binos ſextarios. Porro ſextariũ medimni octo chœnicas efficere, id eſt ſedecim ſextarios, nam hemimedimnus quatuor & viginti chœnicum eſt, cuius bes triteus a Græcis diſſyllabo nomine nuncupatur, id eſt tertiarius, ſedecim chœnicas cõtinẽs, & duos & triginta ſextarios. Triens autẽ hecteus itidẽ diſſyllabo nomine dicit, octo ſcilicet chœnicas capiẽs, ſic ab eis dict⁹ q; medimni ſit ſextarius. quatuor chœnices hemihectũ dicit, id eſt ſemiſextari⁹ medimni qđ & hemihecteũ dicit, vt apud Ariſtoph. Nubibus, πρίν γ' ἐμοὶ γὲ μὴ πρᾶ μιξόν γ' ἡμιεκτέον, id eſt fac nũc mecũ ſponſionẽ ni tetrametrũ ſit ſemiſextarius. ſemiſextariũ tetrametrũ appellat, id eſt quatuor menſuras continẽtẽ, quatuor chœnicas ſcilicet. Eſt autẽ comica alluſio ad carmen tetrametrũ. Nam quod Socrates de pedibus dixerat poeticis, id Strepſiades poeticæ ignarus ad chœnicas retulit, quaſi alia metra mẽſurasq; nõ noſſet, q̃ vaſcularia. ex cuius poetę enarratore & ex Polluce illã medimni diuiſionem collegimus. Q̃ q̃ hoc confirmat Harpocration in Lexico oratorio in verbo ἡμίεκτον. qui etiam medimnum chœnicas duodequinquaginta capere dixit, & modium qui ἕκτευς appellatur, octo chœnicas. Q̃ ſi medimnus ſex mo-

Ceramſum Thracicũ idẽ quod ſtamnũ

Chœnix. τρίπους. ἑκτεύς.

ἡμίεκτον.

dios Italicos capit, vt locupletíſſimis teſtibus cõprobatũ eſt, quũ ſextarius medímni ſint octo chœnices: chœnicem binos ſextarios, & quaternas cotulas capere neceſſe eſt. modius enim ſedecim ſextarios capit. Nec cõſentaneum eſt id quod a Polluce dictum eſt, cotulam tertiã partẽ chœnicis eſſe, quaſi ſcilicet chœnix ſeſquiſextarius Italicus fuerit. Quo minus probãda eſt Theodori gazę viri medici opinio, qui ſextarium quodã in loco vertit. Nihil autẽ certius inueni q̃ quod apud Heſychium legitur, qui Anaſtaſii Imperatoris tempore ſcripſit, cum res Romanæ iam Græcis hominibus plane innotuiſſent. Cyathus (inqt ille) capit liquoris vncias duas, δέχεται ὁ κύαθος ὑγροῦ ὀγκίας δύο. Si cyathus vncias duas capit, & ſextarius igitur vncias capit quatuor & viginti, id eſt centũ nonaginta duas drachmas. & ſic ad momentũ extremũ conuenit nobiſcũ Heſychius. nec cyathus decem drachmas, ſed ſedecim capere cõprobatur. qui numerus duodenario multíplicatus duas libras conficit. Heſychium autẽ de Romano cyatho locutum ex eo patet ꝙ vncias duas Romano vocabulo dixit. Quare confectam (vt arbitror) probationem habemus. Comperto enim cyathi modulo, reliqua dubia eſſe nequeunt. Herodotus in Polymnia, id eſt lib. ſeptimo de copiis Xerxis loquens, Græciam inuadentis, Ἔστω πεντηκοσίας καὶ μυριάδας καὶ ὀκτὼ χιλιάδας τῆς καὶ ἑκατοντάδας δύο καὶ δεκάδας δύο ἀνδρῶν ἤγαγε ξέρξης ὁ δαρείου μέχρι σκιάδος καὶ θερμοπυλέων, Ita bis (inqt) & quinquagies centena & octoginta tria millia, & ducentos viginti homines Xerxes ad Thermopylas vſq; duxit. Et paulo poſt, Ὥστε δεῖν μοι θωῦμα γίνεσθαι πρόσθεν ταῦτα ἢ πρὸς ἀληθέα τὴν πρόφασιν. ἀλλὰ μᾶλλον ὅκως τὰ σιτία ἀντέσχησε θωῦμά μοι μυριάσι τοσούτοισι. ἐυρίσκω γὰρ συμβαλλομένους ἐς κοίνικα πυρῶν ἕκαστον φέρειν ἡμέρης ἑλάμβανε καὶ μηδὲν πλέον, ἔνδεκα μυριάδας μεδίμνων πλεομένας ἐπ' ἡμέρῃ ἑκάστῃ, καὶ πρὸς ἑξακοσίους καὶ ἄλλους μεδίμνους καὶ τετρακοσίους, id eſt, Itaq; mirũ mihi nõ videtur quorũdam amniũ fluenta defeciſſe tot hominũ millia: ſed quonam modo frumentum ſuppetierit tot hominũ millibus, id vero mirum videri potèſt. Siquidem vt chœnicem frumenti quiſq; in ſingulos dies acciperet, ac nihil amplius, ſubducta ratione inuenio centena dena millia medimnũ quotidie abſumi potuiſſe, & trecenta præterea quadraginta medimna. Hoc loco vertendo Laurentius Valleñ. vir de literis meritiſſimus, errore lapſus eſt tanto ingenio indigno. Sic em̃ vertit, Quo minus miror proditum eſſe fluenta quædã non ſuppeditaſſe: magis miror vnde tot myriadibus cibaria ſuppetierint. Nã ſubducta ratione ſic cõperio, ſi ſinguli quotidie ſingulas frumenti chœnicas, id eſt ſemodia non amplius accepiſſent, abſumpta fuiſſe ſingulis diebus centũ millia medimnoꝝ, & trecentos ac quadraginta medimnos: qui ſinguli cõſtãt e ſenis modiis. Sic legitur in libris impreſſis: ſed centũ & decem millia Laurentium ſcripſiſſe nõ dubito. Mitto igitur ꝙ illa verba, proditũ eſſe fluenta non ſuppeditauiſſe, male verſa ſunt: quia Herodotus id affirmare videtur amniũ fluenta prodidiſſe, hoc eſt deſtituiſſe exercitũ tãtũ. Hoc igitur vt mittamus tanq̃ ab interprete aliud agente verſum, ne hoc quidem dixit Herodotus quid chœnix, quid medimnus caperet. At Laurẽtius vtrũq; ex perſona ſua icterpretatus, in altero longe falſus eſt. Videamus igitur quonam modo rationem inierit, vt hæc verba ad Herodotum adderet. In vndecim myria-

Cyathus ſecũ dũ Heſychiũ.

Herodoti locus de copiis Xerxis.

Valleñ. erratũ

díbus vt locutus eſt Herodotus, íd eſt ín centū ac decē míllíbus & trecentís medímnís mílle ac centū hecatontadas, íd eſt centenarios míllíum eſſe planū eſt, hanc ſummā ſexíes ducere debemus, vt ex medímnís ad modíos veníamus: quo fit vt íā ſex míllía ſexcentí decē & octo centenarii míllíum fiant. tū eā ſummā rurſus duplícabímus, vt ex modíis ſemodíi fiāt, íd eſt chœnices, vt Laurentíus voluít. ſic fiet ſumma cētenaríorū tredecím míllía ducentí ac trígínta ſex. Hāc cētenaríorū ſummā ſi íta partíamur, vt ex cētenaríis míllenarii fiāt, quas chílíadas Herodotus appellat, fiēt omníno mílle trecētí vígíntí tres míllenarii, & ſex cētenarii, íd eſt tredecíes cētena ac vígíntí tría míllía ſexcētí homines totídē & chœníces. Reſtāt quadragínta medímní ín ducētos & quadragínta modíos díuídēdí. & hí rurſus ín quadríngētos octogínta ſemodíos & chœnícas, quí numerus íam dictę ſummę accedít, vt ſínt tredecíes cētena vígíntí quatuor míllía & octuagínta. Quí numerus longe abeſt a quínquagíes bís cētenís míllíbus, & relíqs numerís excurrētíbus. Quare planū fit Laurentíū Vallenſem nuſq; nō fere acrem hominē & vigílantē, tamen oſcítanter hunc locum traduxíſſe, pene níhíl vt penſi habuerít: tū lectoríbus Herodotí, quí Græcū nō obſeruant exēplar, ínſigníter ímpoſuíſſe. ſed auctorē eū cū Herodoto habemus medímnū non Latíne modíū, ſed ſex modía ſignificare, quod Polítíanus ígnoraſſe vídetur, & ante eū nōnullí líbrorum Græcorum ínterpretes. Quare apud Plutarchū Latíne verſum ín Lucullo, quod legítur, Lucullū pœnuría cōmeatuū preſſum quū ín Míthrídatem ínfeſtís copíís cōtēderet, trígínta ſecū míllía Galatarū duxíſſe, quí totídē modía trítící portarent: medímna legendū eſt, vt ſíngulí ſenos modíos geſtauerínt, homínes pręualētes corpore. Sic enim apud Plutarchum legítur, ὡς τ γαλάτας ἕωθεν τρισμυρίους, ἑκάστ ἑωι τῶν ὤμων κομίζοντα σίτ μέδιμνον, Nam apud nos geruli frumētarii vulgo duodenos modíos ex portu ín horrea portant. quare Galatę homínes pręualídí ſenos onere viatorío modíos geſtare potuerūt. Quí mínores erant noſtrís, vt ſupra docuímus, quāto menſura raſa a cumulata díſtat. & prætérea medímní íllí fortaſſe mínores erant Attícis. Vt ígítur mentem Herodotí aſſequamur de chœnice, age fac modíum, non bínas tātū chœnícas, vt Laurentíus voluít, ſed octonas cepíſſe, íd quod ſupra díxímus: hoc poſíto, ſumma ſex míllíum ſexcentorum decem & octo centenaríorum, nō duplícato tantum, ſed octuplícato creſcet, fientq; duo & quínquagínta míllía nongentí quatuor & quadragínta centenarii, quí bís & quínquagíes centena nonagínta quatuor míllía quadríngentos faciunt. Par eſt enim dícere bís & quínquagíes centena nonagínta míllía, & bís & quínquagíes míllíes cētena míllíesq; nonagínta. ſic ín ſuperíore numero tredecím míllía ducentí centenarii, efficíunt centíes tredecím míllía & centíes ducēta, hoc eſt tredecíes centena & vígíntí míllía. ergo ſi bís & quínquagíes nonagínta quatuor míllíbus & quadríngentís chœnícíbus, quadragínta medímnos, íd eſt ducētos & quadragínta modíos addíderís, & pro hís octíes multíplícatís mílle nongentas & vígíntí chœnicas, fient ín ſumma bís & quínquagíes nonagínta ſex míllía trecentí & vígíntí vírí & totídē chœnices, & cōputatíone Gręcorum myríades quíngentę & vígíntí nouem, &

díos Italícos capít, vt locupletíſſimis teſtíbus cõprobatũ eſt, quũ ſextarius medímni ſint octo chœnices: chœnícem bínos ſextarios, & quaternas cotulas capere neceſſe eſt. modíus enim ſedecím ſextarios capit. Nec cõſentaneum eſt íd quod a Polluce dictum eſt, cotulam tertiã partẽ chœnícis eſſe, quaſi ſcílicet chœnix ſeſquíſextarius Italícus fuerit. Quo minus probãda eſt Theodorí gazę víri medíci opinío, quí ſextarium quodã ín loco vertít. Níhil autẽ certíus ínuení q̃ quod apud Heſychíum legítur, quí Anaſtaſii Imperatorís tempore ſcrípſit, cum res Romanæ íam Græcís homínibus plane innotuíſſent. Cyathus (ínqt ílle) capít líquorís vncías duas, δέχεται δὲ κύαθος ὑγροῦ ἀνὰ ἑγγίας δύο. Sí cyathus vncías duas capít, & ſextarius ígitur vncías capít quatuor & vígintí, íd eſt centũ nonagínta duas drachmas. & ſic ad momentũ extremũ conuenít nobíſcũ Heſychius. nec cyathus decem drachmas, ſed ſedecím capere cõprobatur. quí numerus duodenario multíplicatus duas líbras conficít. Heſychíum autẽ de Romano cyatho locutum ex eo patet q̃ vncías duas Romano vocabulo díxit. Quare confectam (vt arbítror) probatíonem habemus. Comperto enim cyathí modulo, relíqua dubía eſſe nequeunt. Herodotus ín Polymnía, íd eſt líb. ſeptímo de copíis Xerxís loquens, Gręcíam ínuadentís, ὅτω πεντηκοσίας τε μυριάδας καὶ ἑκοσι καὶ ὀκτὼ χιλιάδας τρεῖς καὶ ἑκατοντάδας δύο καὶ δεκάδας δύο ἀνδρῶν ἤγαγε ξέρξης ὁ δαρείου μέχρι σκιάδος καὶ θερμοπυλέων, Ita bís (ínqt) & quínquagíes centena & octogínta tría míllía, & ducentos vígíntí homínes Xerxes ad Thermopylas vſq; duxít. Et paulo poſt, ὥσε δεῖν μοι θωῦμα πεῖσαι πρὸς ὄγδοα τὰ ξέιδρα τὴν πρταμῶν ὑίωμ. ἀλλὰ μᾶλλον ἔκως τὰ σιτία ἀντέχησε θωῦμά μοι μυριάσι τοσάυτησι. ἐυρίσκω γὰρ συμβαλλεόμυος ἐς χοίνικα πυρῶν ἕκαστ᾽ ὃι ἡμέρης ἑλάμβαυε καὶ μηδὲν πλέον, ἔνθεκα μυριάδας μεδίμνων πλεομυίας ἐπ᾽ ἡμέρῃ ἑκάστῃ, καὶ πρὸς, ξικοσίσης τε ἄλλας μεδίμνους ἢ πασᾶράκοντα, íd eſt, Itaq; mirũ míhí nõ vídetur quorũdam amníũ fluenta defecíſſe tot hominũ míllía: ſed quonam modo frumentum ſuppetíerít tot hominũ míllíbus, íd vero mírum víderí potèſt. Siquídem vt chœnícem frumentí quíſq; ín ſíngulos díes acciperet, ac níhíl amplíus, ſubducta ratíone ínuenío centena dena míllía medímnũ quotídíe abſumí potuíſſe, & trecenta præterea quadragínta medímna. Hoc loco vertendo Laurentíus Valleñ. vír de líterís meritíſſímus, errore lapſus eſt tanto íngenío índígno. Sic eñ vertít, Quo mínus míror prodítum eſſe fluenta quædã non ſuppedítaſſe: magís míror vnde tot myríadíbus cíbaría ſuppetíerínt. Nã ſubducta ratíone ſic cõperío, ſí ſíngulí quotídíe ſíngulas frumentí chœnícas, íd eſt ſemodía non amplíus accepíſſent, abſumpta fuíſſe ſíngulís díebus centũ míllía medímnoꝝ, & trecentos ac quadragínta medímnos: quí ſíngulí cõſtãt e ſenís modíís. Sic legítur ín líbrís ímpreſſís: ſed centũ & decem míllía Laurentíum ſcrípſiſſe nõ dubíto. Mítto ígitur q̃ ílla verba, prodítũ eſſe fluenta non ſuppedítauíſſe, male verſa ſunt: quía Herodotus íd affírmare vídetur amníũ fluenta prodídíſſe, hoc eſt deſtituíſſe exercítũ tãtũ. Hoc ígítur vt mittamus tanq̃ ab ínterprete alíud agente verſum, ne hoc quídem dixít Herodotus quíd chœnix, quíd medímnus caperet. At Laurẽtíus vtrũq; ex perſona ſua ícterpretatus, ín altero longe falſus eſt. Vídeamus ígítur quonam modo ratíonem ínierít, vt hæc verba ad Herodotum adderet. In vndecím myría-

Cyathus ſecũ dũ Heſychíũ.

Herodotí locus de copíís Xerxís.

Valleñ. erratũ

díbus vt locutus eſt Herodotus, íd eſt ín centũ ac decẽ míllíbus & trecentís medímnís mílle ac centũ hecatontadas, íd eſt centenarios míllíum eſſe planũ eſt, hanc ſummã ſexíes ducere debemus, vt ex medímnís ad modíos veníamus: quo fit vt íã ſex míllía ſexcentí decẽ & octo centenarii míllíum fíant. tũ eã ſummã rurſus duplícabímus, vt ex modíis ſemodíi fiãt, íd eſt chœníces, vt Laurentíus voluít. ſic fiet ſumma cẽtenaríorũ tredecím míllía ducentí ac trígínta ſex. Hãc cẽtenaríorũ ſummã ſi íta partíamur, vt ex cẽtenaríís míllenarii fiãt, quas chílíadas Herodotus appellat, fiẽt omníno mílle trecẽtí vígíntí tres míllenarii, & ſex cẽtenarii, íd eſt tredecíes cẽtena ac vígíntí tría míllía ſexcẽtí homínes totidẽ & chœníces. Reſtãt quadragínta medímní ín ducẽtos & quadragínta modíos díuidẽdí. & hí rurſus ín quadríngẽtos octogínta ſemodíos & chœnícas, quí numerus íam dictę ſummę accedít, vt ſint tredecíes cẽtena vígíntí quatuor míllía & octuagínta. Quí numerus longe abeſt a quínquagíes bís cẽtenís míllíbus, & relíqs numerís excurrẽtíbus. Quare planũ fit Laurentíũ Vallenſem nuſq; nõ fere acrem hominẽ & vigilantẽ, tamen oſcítanter hunc locum traduxíſſe, pene níhíl vt penſi habuerít: tũ lectoríbus Herodotí, quí Græcũ nõ obſeruant exẽplar, ínſigníter ímpoſuíſſe. ſed auctorẽ eũ cũ Herodoto habemus medímnũ non Latíne modíũ, ſed ſex modía ſígnificare, quod Polítíanus ígnoraſſe vídetur, & ante eũ nõnullí líbrorum Græcorum ínterpretes. Quare apud Plutarchũ Latíne verſum ín Lucullo, quod legítur, Lucullũ pœnuría cõmeatuũ preſſum quũ ín Míthrídatem ínfeſtís copíís cõtẽderet, trígínta ſecũ míllía Galatarũ duxíſſe, quí totidẽ modía trítící portarent: medímna legendũ eſt, vt ſínguli ſenos modíos geſtauerínt, homínes pręualẽtes corpore. Sic enim apud Plutarchum legítur, ὡς τ γαλάτας ἕωθεν τρισμυρίους, ἑκάστυ ἑνὶ τῶν ὤμων κομίζοντα σίτυ μέδιμνον, Nam apud nos gerulí frumẽtarii vulgo duodenos modíos ex portu ín horrea portant. quare Galatę homínes pręualídí ſenos onere viatorío modíos geſtare potuerũt. Quí mínores erant noſtrís, vt ſupra docuímus, quãto menſura raſa a cumulata díſtat. & præterea medímní íllí fortaſſe mínores erant Attícís. Vt ígítur mentem Herodotí aſſequamur de chœnice, age fac modíum, non bínas tãtũ chœnícas, vt Laurentíus voluít, ſed octonas cepíſſe, íd quod ſupra díxímus: hoc poſíto, ſumma ſex míllíum ſexcentorum decem & octo centenaríorum, nõ duplícato tantum, ſed octuplícato creſcet, fientq; duo & quínquagínta míllía nongentí quatuor & quadragínta centenarii, quí bís & quínquagíes centena nonagínta quatuor míllía quadríngentos faciunt. Par eſt enim dícere bís & quínquagíes centena nonagínta míllía, & bís & quínquagíes míllíes cẽtena mílliesq; nonagínta. ſic ín ſuperíore numero tredecím míllía ducentí centenarii, efficíunt centíes tredecím míllía & centíes ducẽta, hoc eſt tredecíes centena & vígíntí míllía. ergo ſi bís & quínquagíes nonagínta quatuor míllíbus & quadríngentís chœnícíbus, quadragínta medímnos, íd eſt ducẽtos & quadragínta modíos addíderís, & pro hís octíes multíplícatís mílle nongentas & vígíntí chœnicas, fient ín ſumma bís & quínquagíes nonagínta ſex míllía trecentí & vígíntí vírí & totidẽ chœnices, & cõputatíone Grẹcorum myríades quíngentę & vígíntí nouem, &

prætera ſex míllía trecentí ac vígíntí víri. Myrías (vt ſępe díxi) decẽ míl-líum numerũ ſignificat. Apud Herodotum autẽ numerus hominũ legítur myríades quíngentę vígíntí octo, & tría míllía ducentí & vígíntí: ita fit vt numerus chœnícum ſuperet numerũ hominũ tredecím míllíbus & cen-tum, quod errore calculí factũ eſt, ſíue Herodotí culpa, ſíue emendatorum fuit. Intellígímus tamen (íd quod quęrímus) Herodotum cenſuíſſe chœ-nícem, non ſemodíũ, ſed modíí octauã partẽ eſſe. Eſſe autẽ errorem calculí ín hoc loco non magís mirũ eſt, q̃ eo loco vbí tríbutorũ Perſidís fit mẽtio, vt ſupra adnotatũ eſt. Q̃ autẽ ín ſuperíore calculo lapſus nõ ſim, q̃q̃ loco lubrícο facile ſcírí poteſt, ſí quís numerum medímnũ, íd eſt cẽtum & decẽ míllía trecenta & quadragínta ſexíes ducẽdo, ex medímnís ad modíos trã-ſeat, ſic enim íam fient ſexcenta ſexagínta duo míllía quadragínta, quę rur-ſus octíes ducta, vt ex modíís chœníces faciamus, fiũt ín ſumma, quínqua-gíes bís nonagínta ſex mıllía trecẽtę & vígíntí: tametſi ſíue vno, aut altero loco, ſíue ín pluríbus lapſus ſim ín ſummís ſupputandís, índulgendã míhí veníam facile ab optímo quoq; viro promítto, modo ne calculí errore du-ctus, falſo quíppiã conſtituerím, íd quod vítaſſe me omnino exíſtímo, nec tamen (quę eſt humana conditío) temere alíquíd affirmauerím, vt omnino regreſſum míhí ad maiorẽ etiã veníã negem, quã ne ambítioſis quidẽ pre-cíbus & pene ſupplícíbus (ſí res íta tulerít) expoſcere grauabor. quíppe quũ ne exímíí quidẽ ſcríptores extra aleam fuíſſe hallucínãdí quotídíe re-uíncantur. Quo mínus íta exíſtímarí velím quaſí míhí firmíus alíud prę-díũ actionũ etíam mearum omníũ eſſe nedum ſcríptionũ credam, q̃ ín ara (vt ingenue fatear) míſerícordíæ ſitũ. Q̃ ſí Caſſíanı quídã íudíces tã prę-fracta ínuẽtí fuerínt ſeuerítate, vt oẽm míhí veníę ſpem abſcíſſam eſſe pro-nũcíẽt (íd enim vnũ vereor) candídíſſímũ quẽq; lectorẽ (vt ſpero) lícebit appellare, íísq; ſupremũ calculũ porrígere quí ex bono & æquo íus dícunt de mulcta merítoq; ſcríbentíũ. Nam ıure ad eos prouocandí ſublato, quo-tuſquíſq; experírí audeat, vel aduocata facundía fretus atq; ſubnixus? At-enim ín auſpícãdo hoc opere nullũ me íudícẽ reiecturũ eſſe præfatus ſum dũtaxat nõ neſcíũ íudícãdí: nẽpe eo ſtaturus omnino qđ docti cenſuíſſent. Vbí nũc ígítur ílla fidutía operís arbítratu omníũ approbãdí? Equídẽ nõ ídeo hæc dícẽda duxí q; conſcientiã non eãdem nũc ín fine ſuſcepti operis feram, quã íã índe ferebã a prímordío, neq; ílle anímus cõcídít reí cõpertæ ſecurítate pręfidẽs, ſed altíores ſpíritus ín príncípío ſublatí vt attẽtionem mihí facerẽ, peroraturo me ſenſim ſubmíttere ſe debuerũt hominũ bene-uolentię, vt ſí deducẽda re ín íudícíũ & pertractãda alíquíd ímprudens of-fenderím (vt eſt humana natura tenoris inoffenſí neſcía) íd íurí certo ne obſít. Id vero íta cõdonarí míhí poſtulo, ſí íure cõmunı atq; omnibus vſur-pato poſtulo: qđ ſí míhí nõ negatur, níhíl íã lectores moror quo mínus de capite & exíſtímatione mea ín cõſílíũ ſtatím eatur. Hãc emẽ ſortẽ (vt ſpe-ro) deo bene íuuãte ín vrnã conıecímus. Quapropter Míneruam, Mercu-ríũq; huíus generıs íudícíorũ pręſides, potẽtesq;, vímq; omnẽ ímagínariã numíníũ príſcí æuí ſuffragíís atque ſuperſtítíone líterarum ſtudío præfe-ctorum, oro, ſí fas eſt, atq; obteſtor, ſí líberalíum díſcíplínarum antíſtites

Deprecatio ad lectores & iudices hui⁹ operis.

syncera atq; assidua obseruãtia colui, ex quo primũ, licet sero, his sacris ini-
tiatus fui, huius vt iudicii euẽtũ mihi bonũ, faustũ, felicẽq; faciãt. Cuius vo
ti compotem ita futurum me censeo atq; exposco, si omnium maxime stu-
diosiorum hoc sacramentum bona fide suscepi, constanterq; seruaui: qua vel
vna re maxime diis litari solet ipsis. Neq; enim tot stipendiis Mineruæ fa-
ciendis æra vnq̃ mœrentem me, nec queſtus ambitusq; blandimentis ac si-
gnis Philologiæ quisq̃ vidit emansitantem: sed nec vxor, nec liberi eiusdẽ
sacramenti fortasse futuri tyrunculi: procacissima duo studiorũ auocamen-
ta, dieculam vnq̃ mihi vnam exemere temporis literis destinati, duntaxat
quãtum mihi licuit a munere publico feriari. Vtinamq; diuina benignitate
commodior antehac nobis valetudo rebus cæteris competiuisset. Alacrem
certe ac sui iuris animum præstiteram, earumq; rerum curis vacãtem quæ
identidem interpellare literarum studia dictitantur. Quin ne sic quidem
etiam missionem vnq̃ ab statiuis iis castris postulare certum est, quorum
nunq̃ emerita stipendia strenuissimo cuiq; fuisse censeo: tametsi inter causa-
rios profiteri multis ipse nominibus potuissem, & ad rẽ quoquo modo im-
migrare faciendã. cuius siue constantiæ siue pertinaciæ exemplum a nullo
adhuc nostratium proditum esse noui. Etenim praua hominum nostrorum
opinione, temporumq; iniquitate factum est, vt res iis literaria decoxisse vi
deatur, qui post adolescentiam, quum causas ipsi possent actitare, aut circa
patrimonium augendum quoquo modo satagitare, literarum studiis vaca-
re maluerunt: quod genus ociari vulgus etiam prudẽtum & cessare appel-
lat: videlicet cuiusq; operæ nauatæ fructum in numerato positum esse cre-
dentes: philosophiæ, philologiæq; (qui est amor literatæ sapientiæ) inania
ieiunaq; nomina cauillantes, atq; iis demũ decora esse dictitantes, quos res
atq; fides per ignauiam vmbratilem socordiamq; defecerint. Nuper tamen
instauratæ vtriusq; linguæ felicitate studia iuuenum nostrorum magnope-
re exarserũt: pauci enim literarum admiratione ducti pertinaci studio mul
torum æmulationem excitauerunt: simul Italorum industria, qui libros in
dies alios atq; alios ediderunt, literarum bonarum nomen non pridem no-
stris inauditum, primum inuisum, deinde neglectum: postremo festiuum ac
plausibile esse cœpit. Nunc etiam eousq; honori habitum, præsertim litera
rum græcarum auctoritate (quæ ab initio ipsæ prodigiosæ, ac propemodũ
diræ putabantur) vt ii qui maxime refractarii per inscitiam futuri videban
tur, liberos suos iis literis instituendos iam percupide tradant, nominatim
etiam quasi ex formula cauentes, vt literis bonis probatisq; eruditi reddan
tur. Hic iam est animorum habitus: tametsi paucis ad frugem bonam eua-
dere contingit, non ingeniorum culpa (vt Francomastiges volunt) sed ho-
minum errore, qui paucorum annorum cultu acquiescentes, literarũ & stu
dii fructum in ima vena inquisitionis reconditum esse nesciũt. sicut omniũ
artificiorum indicaturam expolitio facit. Sed sic quoq; iuuat multos exiſte
re, qui vel præcoci fructu studiorũ gaudeant. Et ad alia vitæ instituta transi
euntes, partim honorem literatis habeant, partim etiam literatorum ipsi vi
deri numerum augere velint. Est enim ea ratio animorũ culturę, vt vel sero
tina, vel præmatura, vel incohata tantum, nunq̃ frugiperda sit. Qui autem

Stipendia facere Mineruę & æra nõ mereri, est quæstum non facere ex studio literatũ vt ii faciũt qui stipẽdia vel publica accipiũt vel priuata. Emerita stipendia dicuntur, cum veterani militiæ vacationem impetrant. Cauſarii milites ante tempus immunitatẽ obtinẽt ꝓpter aliquã causam iustã.

Philologia.

Frãcomastix dicitur Francorum hominũ obtrectator, vt Homeromastix Homeri.

Frugiperdæ arbores dicunt.

quarũ flores vanescentes ad fructũ nõ perueniunt.

vel quęstuariæ ætatis vel ambitui iam maturæ & accõmodatæ dispendio, disciplinis etiam ciuilibus studere citra compendii spem instituãt, rari inueniuntur hodie: quando perire id omne tempus putatur multorum opinione, quo nec res plenior fit, nec fastigium hominis crescit gerẽdis magistratibus. In rebus autem humanis nulla (vt quidẽ reor) maior est indignitas, q̃ quum fortuna vndiq; constans, omniumq; rerum aut plurimarum secura, literarum amœnitatem floccipendens, inertiam vt blandam amplectitur: quod raro non euenit, aut quum studium literarum flagrans in claris ingeniis improbitate fortunæ res mediocris deficit. Sed vt ad me redeam, & si crimen nondum agnosco, eiurare tamen veniæ petitionem nolim, si ita forte commodum sit: etenim (vt est humani ingenii male firma natura) vereor necubi lapsus sim imprudens, quum tot loca lubrica pertransierim. Sed & illud subinde recursat, ne piaculare existimetur, aut certe suapte conditione inuidiosum, me hominem nulla auctoritate nixum, nullis præceptis magistrorum imbutum, maiestatem sæpe Pliniani nominis attentasse, superioris æui opinione consecrati. Q̃ q̃ non meum hoc exemplum, sed tertias iam manus (vt minimum) censorias pertulit, & sic quoq; doctorum sentẽtia longe abest, vt ex reis falsi auctoribus liber ipse impostura q; temeraria atq; animaduertendæ publice eximatur. Quotus enim quisq; hodie flagitiis eius adnotandis abstinet? (libri dico non auctoris) vt quisq; commentãtium aliquid potuit cõminisci? Nec id mirum videri debet: omnes enim iamdiu inquirimus veritatem, quam per exoletissima vtcunq; vestigia cõfusissimaq; inuestigasse palmarium semper existimatum est. Hac via maiores nostri linguam vtranq; bona ex parte restituere nobis. Quid ni igitur eorum vestigiis insistentes, longissime etiam abstrusas repetamus reliquias veritatis? In hac autem indagine maxime nos torserunt fallacia quædam mendosaq; vestigia, quæ primore aspectu certa, in tenebras tandem erraticas ferebant.

Eiurare veniæ petitionem, est iure iurando promittere se veniam nõ petiturum. i. ei iuri renũciare, vt quidam loquuntur.

Deprehẽsi dicũtur qui vltra progredi vel nequeũt vel nõ audẽt.

Ibi deprehensa cura ac vigilantia sæpe hærere coacta est, cœptamq; interdum inquisitionem abrũpere animi destinatione subita. Reuocabat enim me subinde repræhensabatq; absoluendę rei desperatio, verebarq; interdum si per confusanea perplexaq; vestigia rem indagare pergerem, cuius exitum certum inuenire non esset, ne in ambagiosum quoddam opus insinuarem incautus. Hic si quis a me quærere insiterit, qui fieri tandem potuit, vt idem auctor Plinius in diuersis exemplaribus sui prorsus dissimilis factus sit? (Hoc enim sæpe affirmauimus) huic ego primum illud Homericũ respondere non dubitem, ex libro Iliados vndeuicesimo,

Ἀλλὰ τίπτ᾽ ῥέξαιμι. Διὸς δ᾽ ἀτὰ πάντα πέλονται,
πρέσβα Διὸς δυγάτηρ ἄτη. ἣ πάντας ἀᾶται.

Sed quid agam? dæmon proles Iouis, omnia versans
Euentu vario, nulli non officit Ate.

Ata.

Quid enim aliud causæ esse dicam, q̃ ꝙ dea quædam potentiaq; malefica per omnia humana acta bacchatur Ata nomine, stygii Iouis filiarum natu maxima, quæ homines infortunio quodam semper afficere gliscit, humanis ipsa rebus exitum nunc dirum, nunc noxium & incommodum inducẽs. Hanc ego Atam latine noxam appellare soleo: Hebræi Satanam appella-

uerunt.Deinde illud Virgilianum addam ex poemate Georgico,Sic omnia fatis In peius ruere,ac retro sublapsa referri:Non aliter q̃ qui aduerso vix flumine lembũ Remigiis subigit,si brachia forte remisit, & reliqua. Nam & Plinius ipse si nunc reuiuiscat,& ab eo quæratur,cur multis in locis cõmode intelligi nequeat:sic forsan respondeat,ex eodem poeta,

ἐγὼ δ' οὐκ αἴτιός εἰμι, Διὸς δ' ἔτις καὶ μοῖρα κραὶ ἠερόφοιτις Ἐρινύς.

Haud ego causa fui,stygius sed Iupiter,atq;
Eumenis in tenebris grassans,ac parca maligna.id est.

Nolite committere vt id mihi vitio vertatis,cuius ego insontem plane me ostendere possem,& cuius culpa debet in Iouem illum stygium, ac Parcas ipsas reiici,Erinnynq; illam diram tenebrarum incolam: quæ maleuola numina,rebus humanis infensa maleficam noxam interturbandis & corrumpendis operibus actisq; mortalium omni hora summittunt. Profecto admirari sæpe subit tam late serpsisse errorum contagia, vt omnia exemplaria quibusdam in locis itidem deprauata fuerint. Sed sic natura comparatum esse scimus,vt situ squaloreq; omnia obducantur,quæ diu condita in lucem non proferuntur,vt terras incultas senticeta occupent,segetesq; neglectæ loliis & carduis præfocentur.Hac ratione antiqua volumina seculis imperitis vitiata sunt,exẽplaribus aliis aliisq; transcribendis.Sed iam a digressu in viam redeundum.Ex loco igitur Herodoti supradicto argumentum habemus validissimum,chœnicem frumẽti eam esse mensuram,quam vnus homo quotidie absumere possit.Est enim chœnix(vt ait Suidas)cibarium diurnum,ἡ γὰρ χοῖνιξ ἡμερήσιον τροφή.Declarat hoc & illud vulgatum Pythagoræ symbolum,ἐπὶ χοίνικος μὴ καθίζειν, Super chœnice ne sedeas. Cuius est hæc sententia,quum vnius diei victum parauerís, ne eo statim acquiescas: id quod facere solent,qui in diem viuere dictitantur,in crastinum non prospicientes.Quod scitum etsi memorabile,tamen a sensu humano potius q̃ diuinitus emanauit.Nam dominus noster sectatoribus suis contrarium dogma tradidit, sed & omnibus Christianis hoc quodam modo genus vitæ præscripsisse videtur,quum in oratione inquit,Panem nostrum quotidianũ da nobis hodie.Et sic quoq; in diem orare nos docuit,vt docet Cyprianus in enarratione eius orationis . Quo fit vt tantum inter quosdam homines hiantes auaritia,& inter veros Christianos conueniat, quantum inter Aristippum & Diogenẽ. Hui(inquiet aliquis)huiusmodi veritatis prisca reputatio,nunc inter prudentes risu excipi solet. Perinde quasi euangelica lege tacito cum sensu mortalitatis Christiani homines soluti esse possint, nec eo etiam hodie iure genus humanum teneatur,quod moribus in desuetudinem abiit.Sed melius est nunc eam disputationem non attingere, quæ priuatum sibi ocium poscit.Homerus Odyss. decimonono circa principiũ chœnica pro cibo vel pane potius accepit: apud quem Telemachus Vlyxis filius ad Eurycliam nutricem ita inquit, Chœnix.

οὐ γὰρ ἄφρων ἀνέξομαι ὅσσον ἐμεῖο γε
χοίνικος ἅπτεται, καὶ τηλόθεν ἐλθόντος.

Nam quencunq; mea dignabor chœnice,prorsus
Haud cessare sinam,q̃q̃ procul aduena fertur.

Hunc hominem q̃q̃ ex longinqua regione hoſpitem, domi tamen inertem ſedere non patiar, & panem meum compreſſis manibus eſitare. Athenæus libro tertio auctor eſt Clearchum quendam verborum aucupẽ ex iis quos ipſe Onomatotheras vocat, quaſi verborum innouatores, nominumq; aucupio gaudentes, chœnicem hemerotrophidem appellare ſolitum. quod vocabulum diurnum alimentum ſignificat. Proinde ſi chœnicẽ pro duobus ſextariis intelligamus, vt certe intellígere debemus, is erit modus diurni cibarii, vt miles quiſq; darianus octonis diebus frumenti modium vnum accipere debuerit, id eſt ſeſquimenſe medimnũ. Hæc mẽſura (vt arbitror) Gomor ab Hebræis dicitur. Statuta enim a domino hæc menſura erat colligendæ viritim mannæ in ſingulos dies, vt ſcriptum eſt Exodi. xvi. cap. Rabanus tamen tres chœnicas cepiſſe dicit. Sed iis quæ diximus de chœnice, conſentaneum eſſe videtur id quod a Marco Catone dicitur, quod in vulgatis exemplaribus mutilatum eſt, Familiæ (inquit) cibaria, qui opus facient per hyemem tritici modios quaternos, per æſtatem modios quaternos ſemis, villico, villicæ, epiſtatæ, opilioni modios ternos: compeditis per hyemẽ panis põdo quaterna, vbi vineã fodere cœperit, panis põdo quina, vſque adeo dũ ficos eſſe cœperint: deinde ad panes quaternos redito. Hacten⁹ ille. Hoc aũt intellígere debemus, minore modo cõtẽtos eſſe poſſe, qui pulmẽtaria cũ cibariis habeãt: vel q opus nõ faciãt, vt villicus & epiſtates, q operis magis prefecti q̃ operarii ſũt. Epiſtates em̃ curatorẽ operis ſignificat. docet hoc Columel. lib. xii. de officio villicationis loquẽs. Cęterũ q̃ illa verba Catonis ſupradicta de menſtruis cibariis intelligantur, conijcere poſſimus ex vſu antiquorum, quibus mos fuit (vt auctor eſt Donatus in Phormionem Terentianum) quaternos frumenti modios quolibet menſe ſingulis ſeruis admetiri, idq; demenſum appellatum eſſe vel a menſe, vel a metiẽdo, ex quo more (inquit ille) Terentianum illud emanauit, Quod ille vnciatim vix demenſo ſuo ſuum defraudans genium comparſit miſer, id illa vniuerſum abripiet, haud exiſtimans quanto labore ſit partũ. Frugi enim mãcipia minori menſura ſeſe tolerantia, peculium inde augebant. Id demenſum Lucæ duodecimo Sitometrium dicitur, quod incommode tritici menſura verſum eſt ab interprete. Hęc ego quum ſcriberem piſtorem accerſiri iuſſi, ideo mihi notum q̃ pane ab eo vtebar, & ipſe emercandi frumenti cauſa interdum ad me ventitabat. Cum hæc igitur ab eo ſciſcitarer, vix tandem extudi vetus teretur: verebatur enim vt ſenſi, ne quid in panificum nationem imprudens effaretur. Sed quum fidem feciſſem nihil me huiuſcemodi cogitare quod ille ſuſpicari poſſet, eo ægre hominem perduxi, vt diceret ex ſextariis ſingulis noſtris, id eſt binis medimnis tritici probi, panes primariæ notæ ſedecies duodenos minimum factitari. Primario autem pani iam cocto & tepido duodenas vncias lege municipali taxatas eſſe, id eſt libræ noſtræ dodrãtem. Petenti autem quantum in furfures abiret, reſpondit hemimedimnum, id eſt quadrantem ſextarii noſtri. Porro ſecundarios panes pondo quaternum librarum fieri ſolere, quantum quini panes primarii penderent, q̃q̃ ſingulí ſecundarii pro quaternis tantum primæ notæ cederent venirentq̃. Id ideo inſtitutum, quoniam nihil furfurũ in eo pane eſſet qui e maſſa confice-

Onomatotheres.

Gomor.

Epiſtates.

Demenſum.

Sitometriũ. Panificium xatiſienſe.

retur cribro ſuccreta pollinario, ideoq; huius candorem in ſecundario pane compenſari pondere. Cum pondera tunc & panes expediri iuſſiſſem, ad libram parem propemodum reſponderunt. Tametſi vncia ſæpe decedit in ſingulas libras, indulgentia eorum qui legis cuſtodes conſtituuntur. Eſt autem primarii noſtri panis ea omnino magnitudo, vt qui plurimum panis eſitet, non vltra binos etiam recentes in ſingulos dies abſumat, id eſt ſingulos in ſingula conuiuia, etiam deſtrictis (vt fit) ſummis cruſtis. Qui autem mediocris in panis eſu ſit, etiam dodrante Romano in ſingulos conuictus ſatietur. Hac ratione fit vt e ſingulis modiis ſenideni panes redigantur, qui octonis diebus viritim ſufficiunt, & quarta pars ſuperſit in furfures ſecreta. Celſus libro quarto de iis loquens qui fluore alui laborant, Alia via eſt vbi velis ſupprimere, cœnare, deinde vomere, poſtero die in lecto cõquieſcere, veſpere vngi. Deinde panis circa ſelibram ex vino amineo mero ſumere, tum aſſum aliquid, maximeq; auem: poſtea vinum idem bibere, idq; vſq; diem quintum facere. Selibram panis tantum eſſe dico quantus eſt dimidiatus noſter primarius. Hac igitur ratione comperimus quaternorum modium excretam farinam affatim in menſem ſuppetere, ita vt furfures ſuperſint quartam partem implentes. Verum hoc de iis intelligendum, qui liberaliora vitæ inſtituta ſequuntur. Eſt enim alia ratio ſellulariorum artificum eorumq; qui artes operoſas factitãt, quiq; iis opificiis vitam tolerant, quæ multa corporis fatigatione conſtant. Hos enim vberioribus cibariis vti, ac craſſioribus neceſſe eſt: præſertim quum cibarii magna parte pulmẽtarii vice vtantur, ac ter fere aut quater in dies epulentur. his ternos dodrãtes partim ſecundarii panis, partim poſtremæ notæ ſtatuo. Adde etiam heſterni panis, id eſt qui iam conſederit, aut etiam ante triduum cocti. Sed & inter eos artificiorum varietas, & corporum fatigatio refert: pluſculo enim pane gerulis opus eſt & malleo tũdẽtibus & helcyariis, & id genus operis, q̃ ſarcinatori aut ſutori & aliis qui ſedentario tantum opificio incumbunt. Artificiis igitur remiſſioribus, qualia ſunt eorum quos Græci chirobios appellant, quaſi manu victum quæritantes, quos quidam ventrimanos dixerunt, quaterna (vt ſummum) pondo ſufficient panis ſecundarii, id eſt quaterni dodrantes noſtri. Verum piſtores panificium in tria genera fere diuidunt, in primarium panem, qui candidus dicitur, in ſecundæ notæ panem qui ciuilis dicitur. Hunc Celſus libro ſecundo Autopyrum verbo græco appellat, cui nihil pollinis tenuiſſimo incerniculo ademptum eſt, & in ſecũdo genere firmitudinis alimentariæ ponitur. Tertium genus cibarium appellat Celſus quaſi plebeium, quem infirmiſſimũ eſſe tradit in alimenti ratione. Hunc noſtri poſtremæ notæ aſſignant. Sic igitur ſtatuo, quemadmodum lautiore victu vtentes binis libris Romanis candidioris panis ſatiantur, ꝙ nec corporis labore exerceantur, & pane acceſſionis vice vtantur, ſic artificibus remiſſioris operæ quaterna pondo ſuffectura dico panis ſecundarii. Intenſioris autem operę mercenariis, quales ſunt baiuli, phalangarii, & malleatores, & alii improbo labore laſſeſcentes, quos Cicero quodam in loco fæcem vrbium appellat, ex Xenophonte in Oeconomico, qui eos βαναυσικοὺς vocat, & ex Ariſtotele: iis vt paulo plus quaterna pondo Romana tri-

Selibra panis

Chirobii.

Panis tria genera.

buerim, sic crassioris panis, præsertim (vt diximus) q̃ pane iurulento pro pulmentario bona ex parte vescantur. Hoc conuenit cum dicto Catoniano, qui compeditis per hyemem panis pondo quaterna taxauit, vbi vineam fodere cœperint panis pondo quina, vsqueadeo dum ficos esse cœperint: deinde ad panes quaternos redit. Pulmentarium enim tenue, id est ficos vnius libræ loco cedere voluit. Nullus est enim in vrbibus etiam infimæ sortis mercenarius, qui non pulmētarium aliquod cum pane adhibeat in victum. Panis noster cibarius quaternum fit librarum. huius dodrantem, id est quaterna pondo Romana cuiuis sufficere existimo, q̃ dodrans quaternos panes librales, id est Catonianos æquat. Nunc si vlterius ratiocinari placeat, comperi percunctando ab illo pistore ex medimno tritici probi octies duodenos (vt minimum) dodrantales panes confici, ita vt quadrans furfurum reliquus sit. Siquidem constat ex senis modiis tritici probi, id est ex medimno octonos cumulatos, & interdum octonos, & quadrantem farinæ redire. Si igitur furfuribus cum pollíne confusis panes dodrantales fiant, ex medimno denos duodenarios panum & octonos habebimus: vt facile est colligere, si quis in singulos modios senos denos panes numeret. Fiūt enim pro octo modiis farinæ octies seni deni, id est centum & duodetrigínta. Nunc si in dies singulos ternos panes dodrantales numeremus, hebdomada qualibet paulo minus vnum modium absumet, ita duodetrigínta dies quaternos modios absument, hoc est panes octuaginta quatuor, quibus si duas addas hebdomadas, hoc est quatuordecim dies, qui duos & quadragínta panes poscunt, fiūt centum & vigínti sex. Restant duo panes ex medimno, ex quo fit vt quaterni medimni in vndetrigínta dies sufficiant. Et hactenus ita loquor, quasi quarta pars tantum in furfures abeat, & octo tantum duodenarii candidi panis ex medimno redeant. Hoc enim a panifice comperi. Nunc si addas id quod ille reticuit, abunde quaterni modii in menses tricenarios sufficient, id quod Cato statuit. Compertum enim habeo ex iis qui ex iurisdictione hoc inquirere potuerunt, & ex Commentariis Decurionum, posse ex medimno non modo octies duodenos, sed etiam eo amplius senos, octonos ve redire, quod ille panifex fateri magis grauabatur, q̃ inficiari pergebat. Hęc si quis exacte æstimare vellet, omnino conueniunt cum Catoniano dicto, qui villatícis operis per hyemem quaternos modios statuit, & quaternos semis per æstatem, & compeditis, id est ergastulariis seruis, qui vincti fodiebant, aliudve opus faciebant, per hyemem panis pondo quatuor. Et vbi iam intenditur labor, hoc est fossuræ tempore panis pondo quina, vsq; dum ficos ederent, quo tempore ad quaterna pondo eos redigit. terna pondo nostra, quaterna Romana valent, vt sæpe diximus; quaterna nostra quina Romana & quadrantem qui modus iis statuitur qui pulmentario non vescerentur, sed panem tantum esitarent. Ex hoc planum fit, quem modulum Herodotus & antiqui per chœnicem intellexerunt, cui sesquipinta nostra haud dubie respondet. Hæc ideo longius repetenda duxi, q̃ mensurarum, ponderumq; modus mutua probatione deprehenditur. Age videamus porro, ex iis quæ diximus apparuit ex singulis modiis sedecim pondo candidi panis & semissem fieri, & large quartam partem in fur-

fures abire,nam multo plus in actis municipalibus inueni.Diximus etiam supra,modũ tritici probi vigintiquatuor libras,& eo aliquid amplius pendere.Quare necesse est, vt quadrans furfuris semissem pollinis pendeat , vt tres modii quadrantes sedecim libras:reliquus autem quadrãs octo libras pendeat.Non idem autem esse pondus panificio & tritico ex eo coniicio,q̃ aliquid humoris in pane residet.Id incertum esse & varium ex Plinio videtur libro.xviii.qui balearici tritici modios tricena põdo panis reddere tradit,sed circa Clusium & Senas fieri lege certa naturæ vt tertia portio panis ad pondus grani accrescat.Catonis autem verba significare videntur ex singulis modiis tricena pondo panis redire:quaternos enim sestarios tricenis diebus taxat,& paulo post quaterna pondo panis in dies statuit,qua ratione fit,vt quaterni modii centum & viginti pondo panis reddant. Ex hoc tamen cõstituere nihil possumus,nisi id quod supra dictum est. Verum illud attexendum ex eodem Plinio libro supradicto,quod ad rem mihi magnopere pertinere visum est.Similago(inquit)ex tritico fit laudatissima. ex Africo iustum est e modiis redire semodios,& pollinis sextarios quinq̃. Ita em̃ appellant in tritico,quod florem in siligine.Præterea secundarii sextarios quatuor furfurumq̃ tantundem.Panes vero e modio similaginis.CXXII. e floris modio.CXVII.Precium huic annona media in modios farinę.XL. asses.similagini castratæ octonis assibus amplius . Siligini castratæ duplum.Paulo autem superius Plinius dixerat,e siligine lautissimus panis pistrinarumq̃ opera laudatissima.Ex Plinii igitur verbis hoc colligo, Africum triticum præstantissimum fuisse: ex cuius farina primum similago quæ & simila dicitur,cribro tenuissimo a polline cernebatur,ita vt ex polline restante secundariam veluti similam elicerent, & crassiorem rursus pollinem a furfuribus laxiore incerniculo succernerent.Similagini autem precium asses quadragenos in modios fuisse mediocri annona: qua ratione duo medimni Romani qui sextarium Parisinum faciunt, duodequinquaginta denariis valuerunt,hoc est duodecies quaternis.Quatuor enim denarii.XL.assibus valuerunt.At castratæ similagini eo amplius octoni asses in modios accedunt,& siligini castratæ(quę fruges erat Italica,hoc est triticum delicatissimum,& candidissimum)eius summæ duplum,hoc est asses senidení,in modios singulos.Quod ita intelligo,vt modii floris tenuissimi huiusmodi siliginis senis & quinquagenis assibus vænierint.Quare subducta ratione constat duodecim eius modios,id est sextarium nostrũ sexcenis septuagenis binis assibus mediocri annona fuisse,id est sexagenis septenis denariis,quæ minimo minus a nobis vndenis Francicis & dodrantibus, id est quinis denis solidis æstimantur.Porro duodecim modii similaginis ratione a Plinio posita ex quatuor & viginti tritici modiis fiebãt, quos sæpe iam diximus duos nostros sextarios ęquasse,nisi quatenus rasa mẽsura a fastigiata distat.Quippe cũ dicat Plinius ex modiis semodios redire, & pollinẽ primariũ & secundariũ restare,ex siligine autem cãpana (vt ipse inquit) quaternos sextarios redire iustũ erat, hoc est modii quadrãtẽ:quo fiebat vt duodeni modii castraturæ ex duodeqnquaginta siliginis modiis incerneré tur.Et ita rationẽ tenemus & intelligẽtiam Pliniani dicti, quod haud scio

Pollis. Flos.

Similagosimilava.

Locus Plinii explicatus.

an hactenus non intellectum transmissum sit a legentibus. Sed quod apud Plinium ibidem legitur, Iustum est e grano campanæ quam vocant castratam, e modio redire sextarios quatuor siliginis: fortasse similaginis legi debet. & itidem post duos versus, Duplum etiam precium siliginis castratæ, ita intelligi potest, vt in modios sex & nonaginta assibus constiterit, id est altero tanto amplius q̃ simila propter rationem supradictam. Q̃ si recte apud Plinium in loco superius citato siliginis legitur, siliginem intelligemus significare non modo granum delicatissimi & primarii tritici, sed etiã medullam siliginei grani. Id quod fortasse Celsus his verbis significat libro secundo cap. xvii. Ex tritico firmissima siligo. deinde simila. deinde cui nihil ademptum est, quod autopyrum Græci vocant. Infirmior est expolline, infirmissimus cibarius panis. Sic enim locus ille legitur in libris emẽdatis, licet in vulgatis mutilatus sit. Iuuenalis Satyra quinta, Sed tener & niueus mollique siligine factus, Seruatur domino. Huiusmodi delicias frumenti hodie non habemus, ex quibus Romani antiqui opera pistoria faciebant, quæ aliqui dulciaria, Suetonius mellita appellauit: cum inquit de luxu Neroniano loquens, Indicebat & familiaribus cœnas, quorum vni mellita quadragies sestertium constiterunt. Quod vt credamus efficit Lampridius, qui de Heliogabalo loquens, Habuit (inquit) dulciarios tales & lactarios, vt quæcunq; coqui de diuersis edulibus exhibuissent, vel structores vel pomarii illi, modo de dulciariis modo de lactariis exhiberent. Celsus de his loquens, Scire (inquit) oportet mel & caseũ inter valentissima esse, quo minus mirum est opus pistorium valentissimum esse, quod ex fruméto, adipe, melle, caseo, constat. Ego cum Romæ essem annos abhinc decem, panem quotidie esitabam quo Pontifex Iulius vescebatur. Erãt panes paruuli quos quis facile inuolare manu posset, si bene memini, sed candidissimi & suauissimi: quales (vt arbitror) Plinius. CXX. ex modiis singulis simile factitari solitos scribit. Erat tum annona percara Romæ & per Italiam. Sed cum interrogarem quanti væniret id triticum ex quo tam lautus panis fieret, tanti esse eum panem dicebant, vt cum rationem extemporali supputatione, & in digitos deducta inirẽ, eius farinæ sextarius noster amplius ducatis duo decim Romæ esse videretur, quod an verum esset non comperi, nec inquisiui. Neq; etiam tum meo victu Romæ stabam, vt id inquirere succurreret. Similago σεμίδαλις a Græcis dicitur. Pollin autem γύρις. Primo loco apud eos ponitur semidalites panis qui fit ex similagine. Secundo chondrites, qui ex alica. Tertio aleurites, & deinde syncomistus qui triticea farina fit non succreta. Secundum hoc aleurites idem esse videtur cum autopyro. Sed illud animaduertendum in verbis Catonis, q̃ villaticis seruis solutis qui opus faciunt, quaternos modios in menses statuit, vinctis autem seruis in dies singulos quaterna pondo: quod vt in eandem quantitatem redit, sic conditionem variam solutorum mancipiorum & ergastulariorum facit. Illi enim peculium parsimonia augere poterant, vt ex Terẽtio & Donato diximus: hi in pœnam dati expeculiati quoq; erant. Vt autem hanc rationẽ colligamus, in medimno seni sunt modii, & in modio octonæ chœnices, & chœnix cibariũ diurnũ: ita medimno duodeqnquaginta homines quotidie

Siligo quid.

Celsi locus.

Iuuenalis.

Opera pistoria,

Panes Iulii Pomp. Max.

Panes Græcanici.

satiantur. Et Parisino sextario sex & nonaginta: sic fit vt modius Parisinus mille centum & quinquaginta duobus sufficiat. Porro Spartianus auctor est, Seuerum Pertinacem Imperatorem Romanum morientem reliquisse canonem frumentarium in septennium suffecturum: ita vt septuagena quina millia modium quotidie absumi possent, id est sena millia ducenti quinqua genti sextarii nostri. quo fit vt ratione prædicta sexcena millia plebeiorum tesseras frumentarias acciperent in diem chœnicarias. Hunc enim numerū efficit modiorum iam dictorum numerus octonario multiplicatus, vel numerus sextario rum nonagies sexies ductus. Hactenus de medimno, modio & chœnice, & iis mensuris quarum mētio superius facta est: transeundū ad reliquas. Quadrantal latine dicitur schema mathematicum, quod græce Cubus dicitur, vt auctor est Gellius. Propter quod docti fere quadrātal amphoram esse opinantur, propter formam tesserariam quam habet, & alioquin auctoritate Festi subnixi: id tamen non habeo quo modo constituam. Iam primum Cato de vino Græco loquens, Musti. q. XX. in ahenum, aut plumbeum infundito: ignem subdito, vbi ebullíet vinum, ignem subducito: vbi iam vinum refrixerit, in dolium quadragenarium infundito: seorsum autem in vas aquæ dulcis quadrantal vnum infundito, salis modium vnum. finito muriam fieri, vbi muria facta erit, eodem in dolio infundito, post dies. XXX. doliū oblinito, ad ver in amphoras diffundito .q. XX. dubium est vtrum quadrantalia an quartarios intelligere debeamus: vt paulo post, Aquæ marinæ quartarium vnum ex alto sumito quo aqua dulcis non accedat, sesquilibram salis frangito. In antiquo tamen libro non quartarium: sed. q. legitur. Alibi, Postea sumito bituminis tertiarium, & sulphuris quartarium, conterito in mortario per se vtrunq; . Idem alibi, Vbi hauseris de mari, in dolium fundito, nolito implere, quadrantalibus quinq; minus sit q̄ plenum. Idem, Vinum familiæ quo vtantur musti quartarios. X. in dolium indito, aceti acris. q. ii. eodem infundito, sapæ quadrantalia duo, aquæ dulcis. q. I. hæc rude misceto ter in die, dies quinq; continuos. Hoc in loco quadrātalia pro amphoris quis intelliget? cum de vino odorato loquens, quod non familiæ, sed domino concinnabatur, Post dies (inquit) XL. diffundito in amphoras, & addito in singulas amphoras sapę sextarium vnum. Rursus de vino Coo loquens, In dolium (inquit) quinquagenarium infundito aquæ marinæ quadrantalia decem, tum acina de vuis miscellis decarpito de scapo in idem dolium, vsq; dum impleueris: manu comprimito acina vt combibāt aquā marinā: vbi cōpleueris doliū operculo operito. Hoc loco quadrantal amphoram significare videtur, si quinquagenarium dolium a quinquagínta amphoris intelligamus. Iucundus Veronensis professione architectus, sed antiquariorum diligentissimus, nuper Catonem imprimendum curauit, in quo cum multa verba emendauit restituitq;, tum capite. lvii. locum mutilatum ita restituit, Summa vini in singulos homines intra annum quadrantalia octo. Quæ verba si recte emendateq; restituta sunt, fateri nos cogunt quadrantal & amphoram idem olim fuisse. Cum enim octo mensibus Cato vinum familiæ bibendum statuat, id est a quarto ad duodecimum in eo numero comprehensum, quarto mense ternos congios ta-

Canon frumentarius.

Quadrantal.

Iucundus Veroneñ.

xat,& ſequentíbus vſq; ad nonum quínos,nono,decímo,vndecímo, & duodecímo ſingulís amphoram índulget.Et eo amplíus ſaturnalíum & compitalíum nomíne ſingulos vel bínos congíos ín capíta:fit ſumma ſex & quínquagínta vel ſeptem & quínquagínta congíorum, quí ſeptem amphoras efficíunt.Quare octauam amphoram íntellígímus benígno addítamento a Catone ſtatutam. Rurſus Plínius líbro decímoquarto, Publíus Lícínius Craſſus, & Lucíus Cæſar Cenſores anno vrbís condítæ.DCLXXV. edíxerunt nequís vínum Grecum Amíneumq; octonís ęrís ſíngula quadrantalía venderet: hæc ením edícti verba ſunt,Tanta víno Græco gratía erat,vt ſíngulæ potiones ín vno conuíctu darentur.Síc apud Plínium omnium exemplarium fide legítur, quæ verba ſi non mendoſa ſunt, hoc ſignificant ſíngula quadrantalía vínι Græcí,quod ín tanta auctoritate erat vt ſemel ín conuíctu vno míſceretur,octonís aſſíbus,íd eſt paulo plus ternís ſeſtertíís nummís væníſſe taxatíone edíctalí. At Columella líbro quarto íta ínquít, Vtq; trecentís nummís quadragenæ vrnæ væneant, quod mínímum precíum eſt annonæ,conſumant tamen ſeptem culeí ſeſtertíum duo míllía & centum nummos. Quadragenas vrnas vígíntí amphoras valere notum eſt.præſertím Columellę æſtímatíone.Quare Columella maxímã vínι vílítatem non ínfra quínos denos nummos ín amphoras deſcẽdere affírmauit. Quod dictum omníno Plíníano loco refragatur.Nam & ípſe Plínius alíbí de Opímíano loquens,centum nummos ſtatuít Opímíano víno,non ínuetérato:ſed recentí aut etíam muſteo.Híc ne octonís míllíbus legendum eſſe contendamus,facít magnítudo precíí quod octogínta aureís æſtímamus, íd eſt tríbus míllíbus & ducentís ſeſtertíís.Nam & Plínius ípſe eodem líb. íta ínquít,de precío vínι loquens,Rara quíppe adhuc fuere,nec níſi ímportatís ſíngulís teſtís míllía nummum.Nulla autem teſta mínor eſſe poteſt amphora.Quadrantal(ínquít Feſtus)vocabant antíquí amphoram, quod vas pedís quadratí octo & quadragínta ſextarios capít.Plautus,Anus hęc ſítít,quantíllũ ſítít?modíca eſt,capit quadrantal.Quíd ſi dícamus quadrãtal vas íta dictum a Latínís príſcis vt Cybíũ a Grecís? ídq; ex eodem Feſto alíbí hís verbís, Cybium dictũ eſt quía eíus medíum æque patet ín omnes partes,quod genus a geometrís Cybos dícítur.Vnde etíam teſſellę quadratę Cybí dícuntur.Nihíl alíud de quadrãtalí cõſtituere poſſumus, quod ad menſurę quídem modum pertínet. De forma ením conſtat:nec de loco quídem Plínii ſupradícto.Híc ením eſt vnus eorum quos cõploratos eſſe puto.Quod ſequítur ſtatím apud Plínium ín eodem capítę ín omníbus exemplaríbus corruptũ eſt.Quíbus vínís auctorítas fuerít ſua ín menſa,M.Varro hís verbís tradít,L.Lucullus puer apud patrem nunq̃ lautum conuíuiũ vídít,ín quo plus ſemel Græcum vínum daretur.Ipſe quum redíít ex Aſía míllía cadorum congíorum díuíſit amplíus centum.C.Cenſius,quem Prætorem vídímus,Chíum vínum ín domum ſuam íllatum dícebat, tum prímum quum ſíbí c ardíaco medícus dedíſſet.Hortẽſius ſuper decem cados hæredí relíquít.In vetuſto exemplarí non cados,ſed cadũ legítur:quare non decem cados(quod rídículum eſt)ſed decem míllía cadum lego.Cuíus emẽdatíonís ſubſcríptorem habeo Nonium, quí locum hunc íta cítat ín men-

Locus Plínii.

Cybium.

Loca Plínii quædam deplorata.

Locus Plínii emendatus.

tione cadi ex Varrone de vita Patrum. Hortensius supra decem millia cadum hæredi reliquit. In superiore autem loco non millia cadorum congiorum sed millia cadum congiarium, ex vetustorum obseruatione lego. Sunt autem congiarii cadi qui congium tantum capiunt, id est senos sextarios Italicos. Centum millia huiusmodi cadorum, amphoras valebant duodecim millia & quingentas. & modios Parisinos mille quingentos & circiter sexaginta. Hortensii autem. X. millia cadorum æstimare non possum post varietatem opinionum de cado: sed tamen non potest maior esse summa Hortensii q̃ Lucullí. Culeus mensura est vicenas amphoras continens, vel vrnas quadragenas, qua nulla maior mensura liquoris, vt aiunt illa carmina. Plinius libro decimoquarto, de vinea Palæmonis grammatici loquens, Digna opera quæ in cecubis setinisq; proficeret, quando & postea sæpenumero septenos culeos singula iugera, hoc est amphoras centenas quadragenas musti dedere. Ac ne quis victam in hoc antiquitatem arbitraretur, idẽ Cato denos culeos redire ex iugeribus scripsit. Hæc sunt (vt arbitror) mensurarum vocabula Græcis Latinisq; auctoribus celebrata, quæ interdum ipsa ad speciem & formam quandam vasis, magis q̃ ad modum quendam certumq; referuntur. Nam quum Cato in instrumento villici amphoram quinquagenariam enumerauit, eam intelligi voluit quæ duobus sextariis maior sit iusta mensura: vt nunc quadragenarios modios dicimus, qui modulis quatuor legitimam mensuram excedunt: sic vrnam quinquagenariam dixit Cato quæ amplius duabus vrnis legitimis capiat. Pro huiusmodi amphora Columella de vino dulci loquens, Quum deferbuerit (inquit) in sextarios quinquaginta irim bene pinsitam, nec plus vnciæ pondere addito, quinquaginta sextarios pro amphora quinquagenaria dixit. Et rursus, Ex hac compositione quantum in sextarios musti quadragenos octonos adiiciendum sit, incertum est, quoniam pro natura vini æstimare oportet quid satis sit. Ego tamen si humida fuerit vindemia, trientem, si sicca, quadrãtem medicaminis miscere solitus sum, ita vt quatuor vrnarum esset musti modus. Vrna autem quatuor & viginti sextariorum, pro amphora octo & quadraginta sextarios dixit. at quum alibi ita inquit, Omne vinum quũ condieris nolito statim diffundere: sed sinito in doliis liquescere, postea quum de doliis aut de seriis diffundere voles, vere florente rosa defæcatũm q̃ liquidissimum in vasa bene picata & pura transferto: si in vetustatẽ seruare voles, in cado duarum vrnarum q̃ optimi vini sextarium aut fæcis generosę recentis sextarios tres addito. Hoc in loco amphoram dicere poterat nisi ad formã vasis respexisset. Sic Plinius cados cõgiarios dixit, ac si congios in cadum formatos diceret. Amphoræ formã tesserariam esse docuimus. Cadi formam turbinatam, id est coni & strobyli, hoc est nucis pineę simílem fuisse, ex Plinio intelligimus, qui libro decimoseptimo de aloe loquens turbines cadorum dixit. Vtebantur autem antiqui etiam ad salsamenta cõdenda. Idem Plinius libro. xxxii. Quin & testis cadi salsamentarii tusis cum axũgia vetere ad parotidas vtuntur. Amphorã in ceruicem graci lescere solitã ex Catone intelligimus, cum inquit, Amphorã defracto collo puram impleto aquę puræ. Columella, Dolia quoq; & serię cęteraq; vasa

Congiarius cadus.

Culeus.

Quinquagenaria amphora.

Cadus.

Amphoræ forma.

antè quadrageſimum vindemiæ diem picanda ſunt, atq; aliter ea quę demerſa ſunt humi, aliter quæ ſtant ſupra terram. Idem, Tum in ſerias ſingulas, quæ ſint amphorarum ſeptenum addito medicaminis pondo vnciam, ſcrupula octo gypſi. Seria. Seria formā certam vaſis denotat, non certam mēſurā. Plinius lib. xiiii. Magna & collecto iam vino differentia in cella, circa Alpes ligneis vaſis condūt, infodiuntq; terræ tota aut ad portionem ſitus, aut cælum prębent: alii impoſitis tectis arcent. Dolium quadragenariū. Dolium autem quadragenariū & quinquagenarium Cato quum dicit, dubitari poteſt an quadraginta quinquagintave congiorū, aut quadrantaliū dixerit, an totidem amphorarū, vt quum de græco vino loquens ita inquit, Muſti. q. xx. in ahenū aut plumbeū infundito, ignē ſubdito: vbi ebullibit vinū, ignem ſubducito: vbi iam vinū refrixerit, in dolium quadragenariū infundito. Et paulo poſt, Poſt dies. xxx. dolium oblinito, ad ver in amphoras diffundito. Et rurſus alibi, In dolium quadragenarium infundito aquæ marinæ quadrātalia decem: tum acina de vuis miſcellis decarpito de ſcapo in idem dolium vſquedū impleueris, manu comprimito acina, vt combibant aquam marinā: vbi compleueris doliū operculo operito, relinquito qua interſpiret: vt triduum præterierit, eximito de dolio, & in torculario calcato, & id vinum cōdito in dolia lauta & pura & ſicca. Hoc in loco quinquagenarium ab amphoris dictum accipio, Menſuræ Pariſinæ. quum ex eo dolia pura impleantur. Octonæ amphoræ modium noſtrum faciunt, id eſt Pariſinum, cuius iuſta menſura ſex & trigínta congios noſtros capit, quas vulgus ſextarios nulla ratione vocat. Sic ſingulæ amphoræ decem & octo quartarios noſtros capiunt, hoc eſt ſextarios Romanos duodequinquaginta. Quaternæ amphoræ ſemodios noſtros faciunt, Cadus vero noſter quem lingua vernacula veſtigia latinitatis retinens: Caccum vocat, & trientē modii facit, amphoras duas & beſſem capit hoc eſt duodenos cōgios Pariſinos. Fidelia. Fidelia inquit Nonius vas Samiū ad plurimos vſus. Perſius, Nec tamen inuideas q; multa fidelia putet In locuplete penu. Plautus in Aulul. Sed ſi reperero o fides, mulſi congialē plenam faciam tibi fideliam. Eodem modo dixit congialē fideliam, quo Plinius cadum congiariū. Fideliam lingua noſtra filietā corrupto vocabulo dicit. Orca. Orca vas erat Hiſpanicum vt ex Varrone coniicio libro primo de re Ruſtica, Sæpe vbi conditum nouum muſtum, orcæ vt in Hiſpania feruore muſti ruptę: necnō & dolia, vt in Italia. Feſtus orcæ formam dat his verbis, Orca genus marinæ bel luę maximum, ad cuius ſimilitudinem vaſa ficaria orcæ dicūtur. Sunt enim teretes atq; vniformi ſpecie: cui congruit dictum Perſii, Anguſtæ collo nō fallier orcę. Licet Hermolaus lib. xxxv. amphoræ ſpecie orcā fuiſſe auctore Probo citato dicat, vas fuit vinarium oleariūq; & ſalſamentariū, atq; ſalgamariū, cuius ratio non menſura ſed ſua forma conſtat. Orcis hodie apud Dolium. ſalſamentarii negociatores vtuntur. Dolia certā menſurā non habebāt, ſed quędā olim fieri capaciſſima ex Columella intelligimus, qui de picādis doliis loquens, ita inquit, Sunt autem ſeſquiculearibus doliis picis durę pondo vicena quina ſatis. Seſquiculeare dolium Columel. trigínta amphorarū dolium appellat, quam iuſtam menſurā & vſitatam fuiſſe ex eius verbis cōiicere aliquis poſſit. Dolia (inquit Nonius) vaſa ſunt grandia quibus vinū

recõditur. Víctruuius líb. vi. ſignificare vídetur legítimã dolíi olearíí magnitudínem culearẽ fuíſſe, hís verbís, Cellarum autẽ magnitudines adfructuum rationes & numerũ doliorũ ſunt facíẽdę, quę quum ſint culearía, per mediũ occupare debẽt pedes quaternos. Plaut. ín Pſeud. Anũ íllã doliarẽ, claudã, craſſam, Chryſidẽ. Ventrioſa autẽ fuíſſe dolía ex ſupradícto loco Víctruuíí, & ex Col. líb. xiíí. admonemur. Sic enim ínquít de vaſis ſalgamaríis loquẽs, Hæc vaſa dedíta opera fierí oportet patente ore, & vſq; ad ímũ æqualía, nec ín modum dolíorũ formata, vt exẽptís ad vſum ſalgamís, quíc quíd ſupereſt ęquali põdere vſq; ad fundũ deprímatur, quum ea res ínnoxia penora conſeruet, vbí nõ ínnatẽt ſed ſemper ſint íure ſubmerſa: quod in vtero dolíi víx fierí poſſet propter ínęqualitatẽ figuræ. Rurſus Plínius dolíi magnitudínẽ alíam ponít, líbro nono de Polypo loquens quí ín Betíca captus eſt. Oſtendere (ínquít) Lucullo caput eíus dolíi magnitudíne, amphorarum quíndecím capax. Vína autẽ ín dolíís ínueteraſcere non ſinebãt antí quí: ſed ín amphoras & cados díffundebant. Inde íllud ſatyrící poetæ, Ipſe capíllato díffuſum Conſule potat. Et Horatíí ín Epíſtolís, Vína bíbes íterum Tauro díffuſa, íd eſt Tauro íterum Conſule ínueterarí cœpta. Plínius líb. xíííí. Apothecas fuíſſe & díffundí ſolita vína anno. D. XXXIII. Vrbís apparet índubítato opímíaní vínί argumento, íam íntellígente ſuum bonũ Italía. Quí hunc morem ígnorat, íntellígere híc nequít Senecæ díctũ ín qnto epíſt. ad Lucíl. Aríſton aíebat malle ſe adoleſcentem tríſtem, q̃ hílarẽ & amabílẽ turbæ. vínum ením bonũ fierí quod recens durum & aſperũ víſum eſt, non patí ætatẽ quod ín dolío placuít, íd eſt quod muſteũ adhuc, & a lacu recens maturũ íam potuí víſum eſt. Culeus modíos noſtros duos & ſemís capíebat, íd eſt ſexagínta Romanos. Magnũ autem vas fuíſſe ex eo apparet, ꝙ ín culeo ſcorteo damnatí lege Pompeía cum cane & gallo & vípera ínſuebantur, vt apud Tranquíllũ & Modeſtínũ íuríſconſultum legímus. Cęterum Cato cum díxít, Vínũ ín dolíís hoc modo vænire oportet. Víní ín culeos ſíngulos: quadragenæ & ſíngulæ vrnæ dabuntur, non ad íuſtam mẽſuram reſpexít, ſed ad morem negocíatorum, quí acceſſíonis nomíne ín ſíngulos culeos ſíngulas vrnas ſtípulabantur. Culeos nunc ſeſquímodíales habemus, íd eſt duodenum amphorarum, cuíus vocabulum vulgare, ad latínum alludít, quo genere Lígerís fluuí accolæ vtuntur. Eſt & alíud genus cũleí maíorís captus quos Tonellos appellant. Columella líbro decímo tertío, Odores autem víno fere aptí ſunt quí cum defruto coquuntur, írís, fœnum græcum, ſchœnum: harum rerum ſíngulæ líbræ ín defrutarium, quod ceperít muſtí amphoras nonagínta, quum íam deferbuerít & expurgatum erít, tum adíící debent. Et rurſus ídem, Cum amphoras muſtí nonagínta ín defrutarío decoxerís, íta vt íam exíguum ſuperſít decoctura, quod ſignificat decoctum ad tertías, tum demum medícamina adíícito. Defrutarium appellat ahenũ pręgrande quo muſtum coquítur, ad ſapam aut defrutum facienda, quo modo hodíe quoq; fít. Nã & Cato in ínſtrumento víllící ahenum vnum. XXX. culeorum enumerat, íd eſt ſexcentarum amphorarũ, & alíud decem culeorum, quod ducentas amphoras capít. Quare apud Catonem dolíum quadragenarium, quadragenum amphorarum capax

Diffundí vína.

Culeus.

Defrutarĩũ.

intelligo:idq; ex collatione locorũ licet cuiuis intelligere. Cato capite centesimo,Schœnũ(inquit)& calamũ in pila cõtũdito,quod fiet sextariũ vnũ: quadragenario in dolio cõfundito,vt odoratũ fiet.At vero Columella loco supradicto librã vnam dixit satis esse nonaginta amphoris musti,quę ad tertias decoctę,triginta fiunt amphoræ defruti.Quare quum Plinius dicit de vinis quæ inueterauerunt:rara quippe adhuc fuere,nec nisi importatis singulis testis millia nummum:non de doliis,sed de amphoris & cadis intelligo:quippe etiam alioquin vina diffusa exportabãtur,nec in doliis diu esse sinebantur,quę propter magnitudinem exportari facile non poterant,præsertim quum essent fictilia.Batus & Corus hebraica sunt vocabula, vt docet Iosepus lib.viii.Antiquitatũ.Batus capit sextarios septuaginta duos: Corus autẽ medimnos Atticos vnum & quadraginta,vt ipse lib.iii.inquit circa finem. Quare corus maior erat modio nostro triticario,qui cẽtum & quadraginta quatuor modios capit Romanos.Proinde fallũtur illi qui quadraginta non medimnos sed modios capere corum scripserũt.Errorem eorum secuti qui medimnum,modium latine interpretantur.Strabo de Taurica Cherroneso loquens,quam frumento abundasse scribit,& ob id georgiam appellatam esse,λεύκωνα δέ φασιν ἐκ τῆς Θεοδοσίας ἀθηναίοις πέμψαι μυριάδας μεδίμνων διακοσίας καὶ δέκα.Leuconem(inquit) autem ex Theodosia vicies semel cẽtena millia medimnum frumenti Athenienſibus misisse. Quo loco interpres ducentas & decem myriadas modium transtulit,quum totidem myrias medimnũ Strabo scripsisset.Hæc amplius octoginta quinq; millibus modium nostrorum valent.Hic licet æstimare quãta fuerit liberalitas Hieronis Syracusanorum Regis,qui vt auctor est Valerius lib.iiii. audita clade qua Romani apud Trasimenum lacum afflicti erant,trecenta millia modiorum tritici,ducenta hordei,auriq; ducenta & quadraginta pondo Vrbi Romanæ muneri misit:quod ne Romani nollent accipere , in habitum id victoriæ formauit,vt eos religione motos munificentia sua vti cogeret.In aliis exẽplaribus pondo ducenta quinquaginta legitur:adeo numeri(quod sæpe testamur)in exemplaribus auctorum omnium corrupti sunt.Nam & apud Liuium.CCC.viginti pondo leguntur, libro secundo de secundo bello Punico , his verbis,Legati Syracusani in Senatum introducti nunciarunt cædem C. Flaminii exercitusq; allatam, adeo affecisse Regem Hieronem,vt nulla sui propria regniq; sui clade magis moueri potuerit.Et paulo infra, Iam omniũ primũ ominis causa victoriã aureã pondo.CCC.XX. afferre sese,acciperent eam tenerentq;,& haberent propriã & perpetuã: adiecisse etiam.CCC.mil.modiorũ tritici,ducenta hordei, ne cõmeatus deesset,& quantum prẽterea opus esset,quo iussissent subuecturos:quæ ne accipere grauarẽtur,magnopere se Patres cõscriptos orare. Libra auri nõ minus centum aureis solatis æstimari potest:quare ducenta quinquaginta pondo vt minimum viginti quinq; millibus valuerũt. Q; si Liuium sequimur, eo amplius septem millibus donum illud fuit.Trecẽta autem millia modiorum tritici duo millia modium nostrorum & paulo minus centum valent,etiam vt modios Italicos non Siculos intelligamus, quorum differentiam antea adnotabimus . Hæc si æstimationem Ciceronianam sequamur

Batus. Corus.

Liberalitas Hieronis.

Libra auri.

(vt minimum) decies sestertium valuerunt, & quinq; & vigínti míllíbus auri taxabuntur. Ducenta míllia hordei quanti valuerínt, ex trítico æstímarí potest. Hæc ígitur líberalítas non tam magnífica q̃ munífica fuit: ex anímo donantís æstímabílis magís q̃ ab opíbus. Quartarium apud Catonem sic congíí quartam partem sígnificare exístímo, vt tertíarium tertíam, & sextarium sextam. Amurcæ (inquit ílle) ín vas æneũ índito congíos duos: postea ígne leuí coquíto, rudícula agítato crebro, vsqueadeo dum fiat tam crassum q̃ mel. Postea sumíto bitumínís tertíarium, & sulphuris quartarium, conterito ín mortarío per se vtrunq;. Columella líbro. xííí. In sextaríos duo dequínquagínta fermentí líbram, fící arídæ pondo quadrantem, salís sextarium, hæc subterito & subtrita cum quartarío mellís aceto díluito. Quartarium ín mensura pro quadrante congíí íntellígo, vt ín pondere pro quadrãte líbræ. Nos brochum appellamus sesquísextarium Parísínum, qua mensura dímídío maior est vrna, íd est hemíolía est vrna brochí. Nam sedecím vrnę modíum nostrum faciunt, íd est quatuor & vigínti brochos. Vrna vt díximus etíam hemíãphorium seu semíamphora dícitur. Illud admírarí subít, quonam modo modulos antíquos vrbs nostra seruare potuerít etíam Græcos: quod ne magnopere mírer, facit q; etíam verba ípsa græca língua ípsa vernacula tot sęculís sępíus ímmutata retínet. Iamprímum medímuũ vocabulum língua vernacula íncolume pene seruat: secũda tantum & tertía lítera íntertrítís, mímnam vocans, quasiq; per syncopen proferẽs, huíus dímídíum, íd est ternos modíos Romanos, díminutíue ídíomate nostro formãs. Modíus autem gallícum vocabulum est & arídorum & líquídorum mensuræ: non modum príscum, sed varíum pro locorum varíetate obtínens. In alíís vasís nostrís & conditoríís & modularíís etíam etyma græca agnosco. Prima mensurarum nostrarum deorsum auspícando cheopína a nobís dícítur, ex eo (vt arbítror) dícta, q; ín ea tãtũ fundítur vel haurítur vínί, quãtũ homo sítíbundus vno haustu absumere possít. Hæc duplex píntam efficit: ex eo vocabulo detortam quod Græcí pitynam appellant, vas quoddam vínaríũ sígnificantes. Ex pityna enim per syncopen pítna, deínde trasposítíone pínta dícta. Píno enim græce bíbo sígnificat. Mínima mensura hemíxestes a nobís dícítur. Quod mere & íntegre græcũ est, hoc est dímídíatus xestes. Est em̃ Xestes hemína, vt superíus díximus. Hís quę demonstrauí hoc corrolarium addam, huíus vrbís homines non modo Romanas Atticasq; mensuras vsu línguaq; pertínacíbus ad hoc ęuí cõseruasse: sed etíã Solonís drachma & mensurís ab eo legíslatore emodulatís eo vtí hodie. íd quod ex oratíone Andocídís oratorís Attící probare facile est, quæ περὶ μυστηρίων ín scríbítur. De statu enim Athenieñ. loquẽs post euersam trígínta tyrannorũ olígarchíã propter quã populus ín Pyræũ secessérat, psephísmaq;. í. plebíscítum quoddã referẽs ob cõponendã populí díscordíã promulgatũ, íta ínquít, τιθεμένου εἶπε. ἔδοξε τῷ δήμῳ πολιτεύειν ἀθηναίους κατὰ τὰ πάτρια. νόμοις δὲ χρῆσθαι τοῖς σόλωνος, καὶ μέτροις καὶ σταθμοῖς. χρῆσθαι δὲ καὶ τοῖς δράκοντος θεσμοῖς, ὅτι ἂν ἐχρώμεθα αὐτῷ τῷ ἔμπροσθεν χρόνῳ, íd est. Tísamenus tulít, populusq; scíuít, vt Athenieñ. regerentur ínstítutís patríís, legíbusq; vterentur Solonís, eíusq; põderíbus & mẽsurís. Símul vt legíbus vterẽtur Draconís, vt anteactís tẽporíbus fecímus. Ex hís

Quartarius.

Vrna.

Mensuræ Parísínæ antíqua vocabula retínent.

Cheopina χέπινα. Pinta.

Hemixestes. Xestes.

Solonis drachma & mensuris vtũtur Parisieñ.

verbis colligimus, mensuras Atticas ponderaq; ad auctorem Solonem relatas esse. quas cum Romani ab Athenis cum legibus mutuati sint, & nos a Romanis acceperimus, apparet id plane confectum quod astruendum duximus.

Quartarius. Quartarium autem dicimus non quartam partem alicuius maioris mensuræ, vt Latini vocauerūt: sed vas quod quatuor mēsuras caperet, id est quaternas cheopinas. sic tertiarium, quod tres. Porro quartarios quaternos sextarium nulla ratione lingua vernacula vocitauit, quæ quidem hodie assignari possit in iis mensuris quas habemus, quare latine congium potius q̄ sextarium appellandum duxerim, vt Græci choa dicunt.

Brochus. Brochus a verbo græco βρέχω dicitur, quod fundo significat. Brochus enim vas est fundendo vino accommodatum, implendis deplendisq; culeis & vasis cōditoriis, & vino quocunq; modo transuasando. Hoc Græci œnophorum ex eo appellant, q; comportādo vino aptum sit. Inde illud satyrice dictum a Iuuenale,

Oenophorus Lagena. Tādem illa venit rubicundula, totum Oenophorum sitiens, plena quod tenditur vrna Admotum pedibus. Lagena vas est ea forma qua hydrię fictiles hodie a Bellouacis importantur, a tereti enim collo distenta ventris laxitas iterum sensim ad imum gracilescit. Docet hoc Columella lib. xiii. de seruā dis malis loquens, Nihil tamen certius aut melius (inquit) experti sumus, q̄ vt cydonea maturissima in lagena noua quæ sit patentissimi oris, detersa lanugine quæ malis inest, componātur leuiter & laxe, ne collidi possint. Deinde quum ad fauces vsq; fuerint composita, vimineis furculis sic transuersis arctentur, vt modice mala comprimant, nec patiantur ea quum acceperint liquorem subleuari, tum q̄optimo melle vas repleatur, & relíqua. Plinius libro vndecimo, Summum gulæ fauces vocantur, postremum stomachus, hoc nomine est sub arteria iam carnosa inanitas adnexa spinæ, ad latitudinem ac longitudinē lagenæ modo fusa. Idem libro. xxviii. Auriū grauitati prodest vrina capri vel tauri, aut fullonia vetus calfacta vapore per lagenæ collum subeunte. In superiore tamen exemplo, antiqua quæ vidi exemplaria non lagenæ modo, sed lacunæ habēt vel laciniæ potius hoc est flexuræ sinuosæ. Nec mihi lagenæ formam stomachus habere videtur, qui cō sectionibus faciendis aliquando interfui, & stomachum cum ventriculo spiritu distentum vidi, potiusq; cucurbitę formam leniter inflexæ, & ab summo imoq; tubulatæ habere existimarim: nolim tamen hoc in loco periclitari vt aliquid de hoc statuam.

Stomachus proprie dict⁹. De stomacho proprie accepto Aristoteles libro primo de historia animalium ita inquit, πλοκτὴ δὲ διὰ τοῦ διαζώματος εἰς τὴν κοιλίαν, ἕρκωσις ὢν τῶν φύσιν, καὶ τάσιν ἔχων, καὶ ὠὴ μῆκος καὶ ἐπὶ πλάτος. Per septum transuersum in ventrem pertinens ibiq; desinens, natura carnosus & in longitudinem latitudinemq; intensiorem admittens.

Ventriculus. De ventriculo autem qui abusiue stomachus dicitur ab auctoribus, ἡ δὲ κοιλία ἡ τοῦ ἀνθρώπου ὁμοία τῇ κυνείᾳ ἐστὶν. ὃ πλὴν τοῦ ὑτέρου μέζων. ἀλλ' ἐοικυῖα ὑτέρῳ ἐνὶ δύο ἔχουσι, Ventriculus autem hominis canino similis est, vt qui non multo intestino maior sit, sed similis intestino latiori. In his verbis nihil simile dicto Pliniano videtur. Quare Plinius de stomacho & ventriculo simul locutus esse videtur sub stomachi nomine. Angustias enim stomachi excipit vētriculus in quo cibus concoquitur, quasi in intestino quodā laxiore, quam Cicero aluum appellat in

ſecundo de Natura Deorum,& tortuoſam eſſe dícit, quod non cõuenít cũ lagenę forma. Lagenã nomen fuíſſe menſuræ teſtís eſt Athenęus hís ver- Lagena.
bis líb.ví.λάγηνον δὲ μέτρον λέγουσιν ἕναι ὄνομα παρὰ τοῖς Ἕλλησιν, ὡς χοᾶς καὶ κοτύλας, χωρεῖν δὲ ἄμφω κοτύλας ἀττικὰς δώδεκα, Lagenam menſuræ nomen eſſe aíunt apud Grę-
cos vt chum & cotulam,duodecímq; cotulas atticas capere.Seria vas erat Seria.
variæ capacítatís ad multos vſus accommodatũ.Columel.líb.xííí.de víno dulci facíendo loquens,Tum ín ſerías ſingulas quæ ſint amphorarũ ſepte-
num addíto medícamínís pondo vnciam ſcrupula octo gypſi. Erant enim ſeríę grandia vaſa vt dolía, vnde vínũ ad vetuſtatẽ ſeruãdũ ín vaſa mínora díffundebatur. Idem, Poſtea quũ de doliís aut de ſeríís díffundere voles, vere florente roſa defęcatũ q̃ líquídíſſímũ ín vaſa bene pícata & pura trãſ-
ferto,ſi ín vetuſtatẽ ſeruare voles,ín cado duarum vrnarum q̃ optímí víní ſextarıũ,aut fęcís generoſę recentís ſextarios tres addito.Idem de myrtíte víno loquens, Poſt nonũ díem q̃ íd factum eſt vínũ purgatur,& ſcrupulís arídę myrrhę ſería ſuffríatur,operculũq; ſuperímponítur,ne quíd eo decí-
dat. Hoc facto poſt decímũ díem rurſus vínum purgatur,& ín amphoras bene pícatas,& bene olídas díffundítur.Ego tamen nõ arídę myrrhę ſcru-
pulís ſuffríandam ſeríã puto: ſed ſcopulís arídę myrtí ſeríam ſuffrícandã. Seríam oblonga forma fuíſſe puro,& ín ſummo ceruícatam.Idẽ Columel. de ſalſura ſuillę carnís loquens,Sed quũ ad fauces ſeríę peruentũ eſt, ſale
relíqua pars repletur,& ímpoſítís ponderıbus ín vas cõprímítur:eaq; cato ſemper conſeruatur,quæ tãq̃ ſalſamentum ín muría ſua permanet.Fídelíæ Fidelia.
qua forma fuerínt legíſſe me nõ memíní,ſed fictíles & vítreas apud Colu-
mellã legímus.Hæc habuímus de menſurís quę díceremus.Sed obíter ví-
dẽdũ quíd ſít quod Apocalypſeos ſexto capíte ín deſcríptíone tertíí ſígíllí Apocal.lo.
legítur, Bílíbrís trítící denarío vno, & tres bílíbres hordeí denarío vno. hoc quũ ego mírarer,Græce ſic reperí ſcríptum, χοῖνιξ σίτου δηναρίου, καὶ τρεῖς χοίνικες κριθῆς δηναρίου,íd eſt,Chœnix frumẽtí denarío,& tres chœnices hordeí denarío.ac ſí díceret,quantũ quís díe vno frumentí abſumere poteſt,dena-
río vno vendítur.Interpres chœnícem trítící duas líbras pendere exíſtíma uít,& ídeo bílíbrẽ tranſtulít. In quo verbo exponẽdo Líranus ſomnía nar-
rare míhí vídetur.Inter ſcholía autẽ quæ ín eum líbrũ edíta ſunt, legímus chœnícem duos ſextarios Romanos ſígnificare,quod quũ ſít verũ,non bí-
líbrís trítící ſed trílíbrís verti debuít,ſí ſíc loquí neceſſe fuíſſet. tantũ eñ pendet ſextarıus trítící Romaní, quũ modius,teſte Plínío,quatuor & ví-
gíntí pondo pendeat.Greçe tamen non trítící,ſed frumentí legítur: quod quũ ſít nomen generís,líbralís ſextarius eſſe potuít ſí leuíſſímũ genus fru-
mentí appenderetur,vt hordeũ.Verũenímuero vt vnde exorſa eſt hęc com-
mentatío eo tandẽ cludatur: trıens,quadrans,& alía nomína ab aſſe & vn-
cía derıuata, non modo pondera,ſed etíã mẽſuras ínfra ſextarıũ,nũmorũq; vocabula ſígnificarũt.Quare quũ de menſurís dictũ ſít,reſtat vt de nũmo-
rum ſígnificatíone,exempla cítentur.Plín.líb.xxxííí. Nota ærís fuít ex al-
tera parte Ianus geminus,ex altera roſtrũ nauís: ín trıente vero & quadrã Quadrans & Triens.
te æra. Híc quadrans,teruncíus alíter dícítur: de quo ſatís díxímus.Erat enim aſſís & líbellę quartarius: denı autẽ quadrantes ſeſtertíũ valebant,&

Sportula id est centum quadrantes.

quaterni sestertii denarium. Ita fit vt pro sportula deni sestertii darentur. Quos denis caroleis & semisse æstimandos esse dico. Caroleos nostri denarios, quasi dextantes aliquãdo vocitarũt. ita vt assem, nostrũ solidũ esse existimemus, duodenos denariolos valentẽ. tãti est illa sportula a Iuuenale Martialeq; decantata, quæ merces salutationũ erat olim, & togatis, id est comitibus & assectis dabatur rectæ cœnæ loco. De qua Iuuenalis, Nunc sportula primo Limine parua sedet turbę rapienda togatę. Sed quũ summus honos finito cõputet anno, Sportula quid referat, quantũ rationibus addat, Quid facient comites, quibus hinc toga, calceus hinc est: Martialis idẽtidẽ centũ quadrantes vocat, misellos appellans ob tenuitatẽ pecuniæ. præsertim Romæ, vbi omnia cara erant, vt ex præcedentibus liquet. Columel. hoc strinxit ĩ præfatione rei Rusticę his verbis, An honestius dixerim mercenarii salutatoris mendacissimũ aucupiũ, circũuolitantis limina potẽtiorũ, somniũq; regis sui rumoribus augurantis? Ex hoc tamen coniicere opes diuitũ Romanorũ licet, qui numerosę turbę quotidianã hãc mercedẽ darent. Tranq. de initio principatus Neronis loquens, Adhibitus sumptibus modus, publicę cœnę ad sportulas redactę. Augusti autẽ instituto diuites cœnam rectã dabant, quæ maioris erat, & liberalitatis & impensæ. Propter quod Martialis, Promissa est (inquit) nobis sportula, recta data est. Sportulam enim præ recta cõtemnendã arbitrabãtur. Idem Tranq. in Domitiano, Sportulas publicas sustulit, reuocata cœnarũ rectarũ consuetudine. Hactenus de sportula.

Cœna recta.

Sestans.

Sestans nũmulus erat quadrante minor duas vncias valens. Plin. lib. supradicto, Populus Romanus stipẽ spargere cœpit, L. Posthumio, Q. Martio Consulibus: tanta pecunia erat, vt eã conferret L. Scipioni, ex qua is ludos fecit. Nã q; Agrippæ Menenio sextãtes æris in funus cõtulit, honoris id necessitatisq; propter paupertatẽ Agrippæ, nõ largitionis esse dixerim. Vnciaria stips apud eũdẽ lib. xxxiiii. ca. v. dimidio minor est sextãtaria, par ferme obolo nostro. Apud Græcos hæc ratio nũmularię rei fuit, vt obolus Atticus octonos chalcos valeret. licet Plinius denos dicat. lib. xxi. Bini aũt chalci, id est æreoli quadrantẽ efficerent, quod ab eis tetartemoriũ dicitur, & per syncopen tetartemorum, ob id alio nomine dichalcum vocitatũ. Chalci autẽ quaterni hemiobolium, id est semiobolus dicebatur: seni chalci triens, immutata ratione sermonis: non enim triens dicebatur tertia pars oboli, vt tetartemorium quarta, sed q; tres essent partes oboli, id est dodrans, ita fit vt triens maior semisse, id est semiobolo fuerit. Semissem nũc nõ assis nostri, sed oboli intelligi volo. Polybius suo tẽpore ita rem nũmulariã constitutã fuisse dicit in. ii. histor. vt. xii. asses Romani drachmã efficerent cũ binos asses obolo tribuat. Sic enim scribit, ὡς μὲν οὖν ἐπὶ πλεῖστον τὰς καταλλαγὰς ὁ τοιοῦτος, ὡς ἑκατὸν πάντ' ἔχῃ τὰ πρὸς τὴν χρείαν ἡμιασσαρίου τοῦτο δ' ἐστὶ τέταρτον μέρος ὀβολοῦ. Verũ cũ de annone vilitate non verisimilia scripserit, vt supradictũ est, non magnopere hoc eius dicto moueor. Cęterum apud Grecos tritemorum, id est triens pro tertia parte cuiusq; rei accipi solet, vt quum dicunt, τριτημόριον ταλάντου καὶ πλατημόριον ταλάντου, id est trientẽ quadrantẽq; talenti, & quadrantẽ diei pro sex horis. Theodorus Gaza in tractatu de mensibus, ἡμέρας πιγαρὸν τριακο-

Ratio rei nũmariæ apud Græcos. Chalcus. Dichalcum.

οἰάς καὶ ἑξήκοντα καὶ πέντε ὁριζόμενον ἡμῖν ὁ ἐνιαυτὸς ἔσται καὶ τῶν ἡλίου περίοδον, προσπεμπομένου τοῦ καὶ μορίου ἡμέρας ἐπ' ἔλαττον ἢ ὡς πεντημόριον ὅλου ἀριθμῷ τοῦτο, Diebus igitur (inquit) trecentis & sexaginta quinq; finitus nobis erit annus secũdum solis ambitũ, dũtaxat addita huic numero parte quadã diei quæ minuscula sit, q̃ quadrãs. Triobolũ alio nomine hemidrachmiũ dicitur, senos enim obolos drachma efficit, vt auctores sunt Plinius & Pollux, & alii. Trioboli nota ab altera parte effigiem Iouis, ab altera noctuã habebat: quã illi glaucen appellant. Ex quo factũ arbitror prouerbiũ, Noctuam Athenas γλαῦκα εἰς ἀθήνας, cõtra eos negociatores vsurpatũ qui eas merces in emporia important, quæ ibidẽ vernaculę sunt & multæ: q̃q̃ ad auem noctuã referri vulgo soleat, quæ in Attica frequens videtur. Tetrobolum quatuor obolos dicebant, hoc est bessem drachmæ. numisma erat habẽs effigiem Iouis, vt triobolum. & postica parte binas noctuas. Diobolum duos obolos valebat, qui triens erat drachmæ. Obolus primã habet breuẽ, sed in compositione productã, vt in diobolo, triobolo, tetrobolo, τριώβολον, τετρώβολον, διώβολον. Cũ ergo drachma Attica quaternis sestertiis Romanis valeret, id est denario vno, sestertius Romanus sesquiobolum Atticũ valuit, vt obolus omnino semissem nostrũ & denariolum valuerit, ac si septuncialem nũmulũ haberem. Hac ratione diobolos septenos sestãtes nostros valebat. quare Plautus in Pœnulo quũ dixit, Nõ ego homo trioboli sum, nisi ego illi mastigię exturbo oculos atq; dentes. sic intellexit ἄξιον τριωβόλου, vt Gręci loquũtur, id est non æstimãdus triobolo Attico, seu duobus sestertiis. Sic alibi, Aru spex non homo trioboli. genitiui sunt schemate Græco enunciati. & trioboli igitur hominẽ vocat vocabulo monoptoto, vt nauci hominẽ antiqui dixerũt & frugi. Idem in eodẽ Pœnulo, Seruorũ sordidulorũ scorta diobolaria. Festus meretrices diobolares appellatas ex eo dicit, q̃ duobus obolis ducerentur. Diobolaria ergo scorta dixit tãti prostantia, quãti solidus noster est & sestans. Solidus noster (vt sæpe dixi) notus etiã est Transalpinis & externis finitimis. Quũ autẽ hęc scribẽ ducatus vnus probi characteris quadragínta solidis nostris permutabatur. Cęterũ nos oboli vocabulũ a Græcis mutuati sumus. Romani enim eo nõ vtebãtur. Q̃ autem recte hos nũmulos æstimarim, his exemplis cognoscitur. Prostibula enim scorta & in lupanari prostantia sermone vulgari solidũ vnũ merere dictitãtur, quod cõuenit cũ diobolo. Bos etiã olim numisma erat Atticũ, bouis nota percussum didrachmũ alio nomine dictũ. Quare hecatombœum dictum quicquid duabus minis Atticis æstimabile esset, id est ducentis drachmis. Inde Hecatombœa arma apud Homerũ Iliados sexto, vt quidã volunt, vbi Homerus permutationẽ armorũ Diomedis & Glauci scripsit, cuius meminit Iustinianus in præfatione Pandectarũ, & nos explicuimus in Annotationibus nostris. Ab eo nomismate notũ est apud Gręcos adagium, βοῦς ἐπὶ γλώττης βέβηκεν, Bos super linguam situs est vel firmatus: cõtra eos vsurpatũ qui aut pecuniæ auctoramẽto loquendi libertatẽ perdiderũt, aut mulctæ irrogandæ metu quæ dicenda sunt reticent. Huiusmodi multi in Francia, vt alibi sępe fuerũt. quod genus hominũ cũ semper noxiũ rebus bene gerendis fuit, tum vero illi deterrimi atq; exitiabiles qui non bouem

Triobolum.

Noctuam Athenas.

Tetrobolũ.

Homo trioboli.

Diobolaris.

Didrachmũ. Hecatõbœũ.

Prouèrbiũ.

modo in ore,sed ouem in fronte, vulpem in corde gerunt. Sed ad hunc locum pertinere videretur, id quod ab Aulo Gellio dicitur libro decimo Noctium Attic. Coniectare autem (inquit) ob eandem causam possumus ꝙ Italia olim esset armentosissima,mulctamq; quæ appellatur suprema, institutam in singulos dies duarum ouium. XXX. boum,pro copia scilicet boum,proq; ouium pœnuria. Sed quum eiusmodi mulcta pecoris armentiq; a magistratibus dicta erat, adigebantur oues bouesq; alias precii paruí alias maioris: eaq; res faciebat inæqualem mulctæ pœnitionem. Idcirco postea lege Aterina constituti sunt in oues singulas æris denι, in boues æris centeni.Minima autē mulcta est ouis vnius. Suprema mulcta est eius numeri quē diximus. vltra quā mulctā dicere in dies singulos ius nō est,& propterea suprema appellat,id est sūma & maxima. Quādo igit nūc quoq; a magistratibus populi Ro.more maiorū mulcta dicit, vel minima vel suprema,obseruari solet,vt oues genere virili appellētur.atq; ita M.Varro verba hęc legitima, qbus minima mulcta diceretur cōcepit, M. Terentio quādo citatus neq; respōdit, neq; excusatus est,ego ei vnū ouem mulctā dico.Ac nisi eo genere diceretur,negauerūt iustā videri mulctam. Festus,Peculatus,id est furtū publicū dici cœpit a pecore: tūc quū Romani prętер pecudes nihil haberēt.Plinius lib.xxxiii. Vtinam posset e vita in totū abdicari aurū,sacra fames,vt celeberrimi auctores dixere,proscissum cōuiciis ab optimis quibusq;,& ad pernicię vitę repertū. quātū fœliciore æuo,quū res ipsę permutabātur inter se,sicut & Troianis tēporibus factitatū Homero credi conuenit: q̄q̄ & ipse miratus aurū,existimationes rerū ita fecit,vt centū boum arma aurea permutasse Glaucum diceret,cū Diomedis armis nouē boum, ex qua cōsuetudione mulcta legū antiquarū pecore constat etiā Romæ.Plinii verba Gellii auctoritate, qui sub Adriano Imperatore scripsit ita interpretāda sunt, vt mulcta Romæ pecore cōstaret verbo tenus. nam minima mulcta in singulos dies erat ouis vnius æstimatio prisca,id est denarius vnus, seu asses deni: sūma autē mulcta trigin ta boum & duarum ouiū æstimatio,id est tria millia & vigintι æris,id est trecentę & duę drachmę. Hoc cōsentaneū esse videtur cū eo quod dicitur in lege vltima de modo mulctarū in codice Iustiniani. Illa em̄ lege omnes iudices infra Procōsularem potestatē vltra quadrantē aurι mulctare quę̄q̄ vetātur.Libram aurι obryzι diximus cētū & duodecim solatis aureis æstι mandā esse.Huius quadrans paulo minus triginta aureis coronatis valet, id est argentι drachmis trecentis.Proconsulare autem imperium summam mulctam non vltra aurι semissem dicere poterat, id est aureos sexaginta. Vbi mulcta a lege non erat æstimata. Hactenus coercita erat omnis potestas pro contumacia quidem punienda,aut leui admisso. cuius pœna erat arbitraria. Nam delicta priuata,vt concussio,& furtū, vlterius mulctari poterāt,cum etiā publicatione partis bonorū & vltra quædā leges sanctę sint.Hodie apparitores & viatores,qui vel interdicto vel iussu iudicū aliquid vel iubent fierι,vel vetant,fere centū librarū argentι mulctam interminari solent,si quid contra iussum edictūve factū, aut admissum fuerit.

De modo mulctarū.

Quod temere,vt opinor,in vſum receptũ eſt.Eodẽ titulo permiſſa erat po teſtas præfecto prętorio vſq; ad quinquagenas libras auri pro ſummo ma leficio mulctandi,quod non tã ad dignitatẽ prętecturæ,q̃ ad flagitii atro citatem refero : ſi tamen quinquaginta libras auri ponderalis intelligere debeamus.quũ Proconſul qui intra ſemiſſem arctatur,omne imperium ha buerit,vt ex titulo de officio Proconſulis intelligimus,& prętерea ex prin cipum Romanorũ conſuetudine.Moris enim fuit principibus Romanis & Cæſaribus vt accepta ſtatim purpura Tribunitiã poteſtatẽ & Procõſulare imperium extra vrbem aſſumerent inter alia Cęſarea dignitatis vel prin cipatus inſignia. Tacitus lib. xii. Virilis toga Neroni maturata, quo ca peſſendę Reip.habilis haberetur,& Cæſar adulationib⁹ Senatus liberius ceſſit,vt viceſimo ætatis anno Conſulatũ Nero iniret,atq; interim deſigna tus Proconſulare imperiũ extra vrbẽ haberet , ac princeps iuuentutis ap pellaretur. Apud eũdẽ lib.xiii. Agrippina cõtra Neronẽ filiũ excandeſcẽs & exprobrãs q; matris beneficio,id eſt ſuo, Nero ad imperium aſſumptus eſſet,Baiarũ (inquit) ſuarũ piſcinas extollebat,quũ meis conſiliis adoptio & Proconſulare ius & deſignatio Conſulatus, & cætera adipiſcẽdo impe rio præpararentur. Lampridius,Interfecto (inquit)Vario Heliogabalo Alexander vrbe Arcena genitus Varii filius, cõſobrinus ipſius Helioga bali accepit imperiũ,quũ ante Cæſar a Senatu eſſet appellatus,interfecto .ſ.Macrino: Auguſtũq; nomen idẽ recepit, addito etiã vt & patris patriæ nomen & ius Proconſulare & Tribunitiã poteſtatẽ, & ius quintæ relatio nis,deferente Senatu vno die aſſumeret.Capitolinus de Maximo & Balbi no,Decretis ergo omnibus imperatoriis honoribus atq; inſignibus,perce pta Tribunitia poteſtate,iure Proconſulari,pontificatu maximo, patris & patriæ nomine meruerũt imperiũ.& in M.Philoſopho.Suſcepta filia Tri bunitia poteſtate donatus eſt,atq; imperio extra vrbẽ Proconſulari.Præſi des autẽ prouinciarũ, ius tãtũ prætoriũ habebãt quod inferioris erat im perii q̃ Proconſulare,Vopiſcus in probo, Accepto igitur hoc Senatuſcon ſulto ſecũdũ orationẽ permiſit patribus,vt ex magnorũ iudicũ appellatio nibus ipſi cognoſcerent,Proconſules crearent,Legatos Cõſulibus ius prę torium Præſidibus darent:quas leges Probus ederet,Senatuſcõſultis pro priis conſecrarẽt.Ex quibus verbis intelligere poſſumus Præſidibus pro uinciarum dari ſolitã a principibus Prætoriã poteſtatẽ,& quibuſdã recto ribus Proconſularẽ,quod ius Probus Imperator ad Senatũ detulit. Cuius hodie inſtar eſt,q; curia ſuprema præſides prouinciarũ & Prętectos ad iuſ iurandũ adigit,& principũ conſtitutiones prius animaduerſas & conſide ratas promulgandi ius habet. Mirũ vero mihi viſum eſt in nomiſmatibus antiquis inter titulos imperatorios hoc non legi.Contra id quod diximus de mulcta maxima apud priſcos exẽplũ apud eũdem Gellium lib.ix.vbi de Appii Cęci filia loquitur,quæ ob vnũ improbũ verbũ ab Aedilibus mul ctata eſt. Ob hęc mulieris (inquit) verba tã improba. ac tã inciuilia Ae diles plebei mulctã dixerũt ei æris grauis.xxv.millia.id factũ bello Puni co primo.vigintiquinq; millia æris ducẽtorũ & quinquaginta boum mul ctam æquarũt,id eſt totidem aureorũ noſtrorũ . Quare (vt dixi) ſuperius

Tribunitia poteſtas & procõſulare imperium.

Ius prętoriũ.

De modo mulctarũ.

dícta non de mulcta maleficíorum & críminũ,ſed de mulcta contumaciæ intellígenda ſunt.Nã apud Athenienſes qui iure eo regebãtur a quo iura Romana origínẽ primã ducũt,magnas fuiſſe maleficíorũ mulctas ex Demoſthene apparet,qui in oratione ὑπὲρ κουφίλου, quã contra Mídiam habuit hominẽ prędiuitẽ, quodã loco ita ínquit, ὑμᾶς δ' ἄνδρες ἐδίωξαν σμίκρωνι δέκα ταλάντων ἐζημίωσαν. καὶ σκίτωνι τοσούτων ἕτερον, δόξαντα γράφειν. καὶ ὅτι παιδία, οὐκ φίλους, οὐκ συγγενεῖς, οὐδ' ὀλίγου ἐλείπετε τὴν πρόνοιαν ἑκάστοις, Vos autẽ iudíces Smícroní mulctam talentorũ decẽ írrogaſtís,& totidẽ alíorũ Scítoní,ob íd ꝙ rogationẽ quãdã íniquã & legíbus aduerſam promulgaſſet: quã pœnam nec eíus líberí,nec amící, nec cognatiónis aduocatiónisq; eíus interceſſio ſupplex & míſericordiã implorãs deprecarí potuerãt.Quín & ípſe Demoſthenes acceptorũ vigintí talentorũ cõuictus ob ſilentiũ Harpalo vẽditũ, quínquaginta talentís mulctatus eſt. quã ſummã cũ nec conficere poſſet, nec vínculorũ tędium ferre vellet,clam ín exílium abíit.Hæc mulcta non mínor eſt triginta míllibus aureũ coronatorũ. Hic operepręciũ eſt æſtímare leges ſumptuarías,non íllas priſcas quæ denos æris in dies ſingulos ſtatuebãt impẽſę eſcarię,ſed recentíores & poſt victã Aſiam latas,de quíbus Gellíus líb.íí.ſic ínquit, Poſtea L. Sylla Dictator cũ legíbus priſcis ſitu atq; ſenío oblíteratís,pleríq; ín patrímoníís amplís helluarẽtur,& famíliam pecuniãq; ſuã prandíorũ gurgítibus proluiſſent, legẽ ad populũ tulit,qua cautũ eſt,vt Calẽdís,Idíbus,Nonis,díebus ludorũ & feriís quíbuſdã ſolennibus ſeſtertíos tricenos ín cœnã ínſumere ius poteſtasq; eſſet: cęteris autẽ díebus omnibus nõ amplíus ternos.Poſtremo lex Iulía ad populum peruenít Cæſare Auguſto ímperante, qua profeſtís quidẽ díebus ducẽtí finiũtur,Calendís,Idíbus,Nonis,& alíis quibuſdã feſtíuis trecẽti. Nuptíis autẽ & repotíis ſeſtertíí mílle. Eſſe etíam dícit Capíto Atteíus, edictum díuí ne Auguſtí an Tyberíí, non ſatís cõmemíní: quo edícto per díerum varías ſolẽnitates a trecenís ſeſtertíis vſq; ad duo míllía ſumptus cœnarũ propagatus eſt, vt hís ſaltem fínibus luxuríæ efferueſcentís æſtus coerceretur.In líbrís ímpreſſís ſeſtertíí míllíes pro ſeſtertíí mílle legítur, quí æſtímatione noſtra quínq; & vigíntí aureís æſtímantur coronatis.ꝙ ſi Gellíus ſeſtertía mílle ſcripſiſſet, quínq; & vigíntí míllía intellígerem, ſi ſeſtertíũ míllíes centuplícato ſumma creſceret. Sed animaduertendũ mihí vídetur a denís aſſíbus leges ad ſeptenos & ſemíſſem veníſſe, hoc eſt ad ternos ſeſtertíos etiã Sylla Dictatore, cuíus príuignus Scaurus theatrũ luxu fidem excedente extruxit.Ridícula ígitur lex Syllana mihí fuiſſe vídetur,quæ íd ſancíret quod nemo ſequeretur. Notãda ígitᷣ ílla Auguſtí, quæ ducentos ſeſtertíos ín ſíngulas cœnas taxauit, hoc eſt aureos quínq; noſtros,& díebus feſtís trecentos.Nuptíis autẽ & repotíis,íd eſt poſtridíe nuptíarũ ſeſtertíos mílle. quæ ſumma lõge abeſt a ſumptu quẽ ín nuptíis factítamus. Ex ſupradictís patet quíd centuſſis apud Lucíllíum fuerít,íd eſt quadraginta ſeſtertíí,qui legẽ ſumptuariã centuſſem vocítauit ob cẽtũ aſſíum taxatiónẽ,vt auctor eſt Macrobíus ín.iíí.Satur.Vnde cœnę centenaríæ a Tertullíano dictę.Priſcę autẽ Romanoꝝ paupertatis índícia ſunt, quæ a Valerío líb. íííí. ſcribũtur de paupertate, ex quo verba hęc trãſcrí-

Mulcta Demoſtheni índicta.

Leges ſumptuariæ.

Centuſſis.

Priſcorũ Romanorũ paupertas.

benda duximus. Itaq; cũ ſecundo Punico bello Cneus Scipio ex Hiſpania Senatui ſcripſiſſet, petens vt ſibi ſucceſſor mitteretur, quia filiam virginẽ adultæ iam ætatis haberet, neq; ei ſine ſe dos expediri poſſet, Senatus ne Reſp. bono duce careret, patris ſibi partes deſumpſit, conſilioq; vxoris ac propinquorũ Scipionis conſtituta dote, ſummã eius ex ærario erogauit, ac puellam nuptui dedit. Dotis modus .XL. millia æris fuit, qua non ſolum humanitas Patrum conſcr. ſed etiã habitus veterũ patrimoniorũ cognoſci poteſt. nãq; adeo fuerunt arcta vt Tatia Cæſonis filia maximam dotem ad virum .X. millia æris attuliſſe viſa ſit. Et Megalia quia cũ quingentis mil libus æris maritĩ domũ intrauit, dotatæ cognomen meruit. Quadraginta millia æris noſtra nomiſmate quadringentos coronatos valent, quingẽta millia æris quinq; millia aureorũ. Propter quã ſummã per Antonomaſiã Megalia dotata vocitata eſt. Dotes autem poſtea creuiſſe ex Iuuenale didicimus, apud quẽ decies centena millia, & bis quingenta legimus, Bis quingenta dedit tanti vocat ille pudicam. Alibi, Et ritu decies centena dabũtur Antiquo, veniet cum ſignatoribus auſpex. Decies ſeſtertium (vt ſæpe diximus) quinq; & viginti millibus aureorum noſtrorũ æſtimari poſſunt. Hoc addendũ. Seneca de Conſolatione ad matrẽ, Scipionis filię ex ærario dotem receperunt, quia nihil eis relinquerat pater. Aequũ mehercules erat populum Ro. tributum Scipioni ſemel conferre, cũ a Carthagine ſemper exigeret. O felices viros puellarum quibus populus Ro. loco ſocerĩ fuit. Beatioresne iſtos putas quorum pantomimæ decies ſeſtertio nubũt, q̃ Scipionem, cuius liberi a Senatu tutore ſuo in dotem æs graue acceperunt? His verbis liquet decies ſeſtertium & decies centena idẽ eſſe. Strabo libro iiii. de Maſſilienſibus loquẽs, φιλ δὲ λιτότητα τὴν βίωμ καὶ φιλοσωφροσύνης τὴν μασιλιωτῶν ὐκ ἐλάχισον ἄν τις θείη τὸ τεκμήριον. ἡ γὰρ μεγίστη πρoῖξ ὀλίγῳ ἀυτοῖς ἑκατὸν χρυσοῖ, εἰς ἐσθῆτα πένητ, καὶ πένητ εἰς χρυσοῦν κόσμον. πλέον δὲ ὐκ ἔξεστι, Frugalitatis autẽ vitæ & continentiæ Maſſilienſium maximũ hoc indicium exiſtimari poteſt, q̃ dos apud eos maxima centũ ſunt aurei, & eo amplius in veſtẽ quinq;, & in mũdũ muliebrẽ aureũ quinq;. amplius autẽ dotĩ dicere non licet. Centum aureos Romanos Strabonem intellexiſſe puto, tũc enim quũ ſcripſit Strabo omnia Romanis parebãt in Gallia. Ex p̃dictis etiã apparet quãti æſtimari debeãt ſportulę ſolẽnes in prouincia Pliniana, quarũ fit mẽtio in Epiſtolis ad Traianũ, his verbis, Qui virilem togam ſumũt, vel nuptias faciunt, vel ineũt magiſtratũ, vel opus publicũ dedicãt, ſolẽt totã Bulen, atq; etiã e plebe nõ exiguũ numerũ vocare, binosq; denarios vel ſingulos dare. Mille em̃ denarii centũ aureos valẽt, duo millia denariũ ducẽtos aureos. Quare illę ſportulę tãti aut pluris cõſtabãt, cũ ipſe dicat, ita vereor ne ii qui mille homines, interdũ etiã plures vocãt, modũ excedere, & in ſpeciẽ dianomes incidere videãtur, id eſt diuiſionis & largitionis. Criminoſum enim verbum diuiſionis erat propter ambitus ſuſpitionẽ, ſed in omnibus Plinii exemplaribus hoc verbũ varie corruptum eſt. Nunc vt fauſta ac felici clauſula diſputationem hanc pergamus, percurramus ea quæ in euangelio leguntur. Iam primum Matthæi decimo, Nonne duo paſſeres aſſe vęneunt? ὐχὶ δύο στρουθία ἀσσαρίου πωλεῖται; Aſſis duos ſextantes noſtros valuit, id eſt denariolos

Dotata Megalia.

Dècies ſeſtertium.

Dotes Maſſilienſes.

Dianome. diuiſio.

Loca in Euãgelio explicata.

As & Aſſis

Dipondius.

quatuor. Et Lucę. xii. οὐχὶ πέντε στρουθία πωλεῖται ἀσσαρίων δύο; Nonne quinq; paſſeres vęneunt aſſibus duobus, id eſt dipondio? Quare Cicero pro Quintio dupondium pro pecuniola poſuit, Si dupondius (inquit) tuus ageretur Sexte Neui, ſi in paruula re captionis aliquid vererere, non ſtatim ad C. Aquilium, aut ad eorũ aliquẽ qui cõſuluntur cucurriſſes? Et Matthęi. xx. Denarius diurnus tres ſolidos & ſemiſſem valet, quãti vinitores fere conducí ſolent. συμφωνήσας μετὰ τῶν ἐργατῶν ἐκ δηναρίου τὴν ἡμέραν, Pactus cũ operariis denario in diem. Q; autem denarius fuerit Romanus ex eo apparet q; cap. xxii. dicitur, Oſtendite mihi nomiſma cenſus. At illi obtulerũt ei denariũ, in quo effigiem Cæſaris fuiſſe dicit, ὅι δὲ προσήνεγκαν αὐτῷ δηνάριον. Ex quo apparet in denario fuiſſe effigiem Cæſaris Auguſti vel Tyberii: & tales hodie denarii circũferũtur, ne quis de eo dubitare poſſit. Plinius libro ſexto, Annii Plocamii qui maris Rubri vectigal a fiſco redemerat, libertus, circa Arabiam nauigãs aquiloníbus raptus pręter Carmaniam, quintodecimo die Hippuros portũ Taprobanes inuectus, hoſpitali Regis clementia ſex menſiũ tempore imbutus alloquio, percontanti poſtea narrauit Romanos & Cęſarem. Mirũ in modũ in auditis iuſtitiã ille ſuſpexit, q; pares põdere denarii eſſent in captiua pecunia, quũ diuerſę imagines indicarẽt a pluribus factos. Hęc Plinii verba improbant eorũ opinionẽ qui rei nummariæ æſtimationem hodie conſtitui non poſſe putarunt: ea maxime ratione, q; & Conſulum & principũ tẽpore variata pondera nomiſmatum fuerũt: ita vt pro cuiuſq; percutientis arbitrio nomiſmatis pondus & indicatio euaria-

Blõdi opinio de re nummaria.

uerit. Id quod Blondus Flauius lib. v. Romę triumphantis affirmauit, antiquitatis diligentiſſimus inquiſitor. Cũ enim ad eã partẽ veniſſet, & eam ſibi trãſmittendã videret, Hęc omnia (inquit) qualia per ſingulas ætates fuerint examuſſim oſtendere non magis difficile q̃ impoſſibile fuerit. non ſolũ quia obſcuris & noſtra ætate ignotis verbis ſunt a maioribus tradita, ſed quia omnis fere ætas ſuã habuit cudendi varietatẽ & formã. Videmus enim multos ex Conſulibus priſcis ſui vultus cuſiſſe nũmos ſemper meſura & pondere variatos. Quod maiore poſtea ſtudio principes factitarunt. Et paulo inferius de talenti varietate loquẽs idẽ pene pronũciat, & ad extremũ ingenue fatetur ſe rem difficillimã & ſitu vetuſtatis obductam nec ingenio nec diligentia ſuperare potuiſſe, cũ nulla extarent priſcorũ volumina in quibus aperta dictorũ verborum mentio fieret. Ipſe tamen lib. iii. eiuſdẽ operis cũ hanc rem tentare vellet, Hãc nos difficillimam (inquit) numerorũ & ponderũ vetuſtiſſimã conſuetudinẽ, ad noſtri temporis collationẽ inuiti hoc loco tractamus, quã infra ſuo loco tractare conſtituimus. Et paulũ infra, cũ in denariis, quos aureos fuiſſe volebat, æſtimãdis magnopere hallucinatus eſſet, centũ millia æris, id eſt primæ claſſis cenſum

Cenſus primę claſſis.

ſub Seruio Rege, decẽ millibus ducatorũ taxauit, quẽ nos mille tantũ aureis coronatis æſtimamus. Nũc redeamus ad rem. Ioannis ſexto, Ducẽtorũ denariorũ panes non ſufficiunt eis, vt vnuſquiſq; modicũ quid accipiat, διακοσίων δηναρίων ἄρτοι οὐκ ἀρκοῦσιν αὐτοῖς ἵνα ἕκαστος αὐτῶν βραχύ τι λάβῃ. Deinde ſubdit, Diſcubuerũt ergo viri numero quinq; millia. Ineamus nũc rationẽ, Ducẽti denarii vigínti aureos noſtros valent, id eſt quinq; & triginta Francicos.

cõmoda apud nos annona esse dicitur,quũ terni primarii panes quincunce veneũt,qui nũmus vulgo albulus appellatur. Si igitur cõmodã annonam sequamur,& qualis eo anno fuit quũ hęc scriberem,in singulos Francicos duodequinquagita quincũces numerabimus , quẽ numerũ si tricies quinquies ducas propter. xxxv. Frãcicos,mille sexcẽti & octogínta quincũces fiẽt qui singuli quũ ternos panes faciãt, fiũt in summa panes quinq; millia & quadragínta.Qua ratione vnusquisq; panẽ vnũ habere potuit,& sic pane satiari,qđ cõuenire cũ dicto Euãgelistę nõ videt,sed scilicet carior erat annona Hierosolymis, id quod facile crediderim ex Strabone, qui agrum Hierosolymitanũ sterilẽ esse dicit.Nã & hic sępe panis primari⁹ sextãtib⁹ vęnit.Qua ratione quatuor millia & ducẽti panes essent. Marci etiã sexto ita legitur , ἀπελθόντες ἀγοράσωμεν δηναρίων διακοσίων ἄρτους , καὶ δώσομεν αὐτοῖς φαγεῖν , Eamus emptũ panes ducẽtis denariis,& demus illis vt edant:quasi scilicet ducẽti denarii satiare turbã tãtam possent,quod apud Ioannẽ hyperbolice refertur,in quo agnoscimus stuporẽ discipulorum, qui mirarẽtur dominũ tãtam turbã pascere velle,quũ id nõ posse fieri arbitrarẽtur.Marci.xii. καὶ ἐλθοῦσα μία χήρα πτωχὴ ἔβαλε λεπτὰ δύο ὅ ἐστι κοδράντης , Et accedẽs vna vidua paupercula iecit minuta duo,quod est quadrãs.Quadrãtes autẽ ęreos fuisse patet ibidẽ vbi dicitur iecisse æs in gazophylacíũ,pro quo Gręce χαλκὸς dicitur. In Actibus Apostolorũ,siue acta appellare malimus.cap.vndeuicesimo ita legitur de exorcistis Iudęis , Multi autẽ ex eis qui fuerant curiosa sectati, cõtulerũt libros,& cõbusserũt eos corã omnibus,& cõputatis preciis illorũ,inuenerũt pecuniã denariorũ quinquagínta millíũ, καὶ εὗρον ἀργυρίου μυριάδας πέντε. Sic emẽ ad verbũ legitur) & inuenerũt argẽti myriadas quinq;.quod interpres recte trãstulit,quinquagínta millia denariũ, nõ vt Plutarchi interpretes in Antonio & Pompeio , millia nũmũ pro denariorũ millibus vertẽtes. qua ratiõe quadruplo minor fit sũma,vt supra adnotatũ est.Hęc sũma quinq; millia aureorũ nostrorũ valet,ne temere putemus librorũ summã a Luca Apostolorũ scriba cõmemoratã.Id emẽ omnino admiratione dignũ tãti libros adiurationũ comparatos . Trígínta autẽ argenteos,quo precio Iudas sceleratissimus perfidiã indicare sustinuit Iudęis licẽtibus,nõ trígínta denarios fuisse propterea arbitror,q; vbiq; argẽteos legi,nũq; denarios, id est gręce argyria,nõ denaria. Scio hodie in æde diui Ioãnis Lateranẽsis Parisiis ostẽdi argẽteũ vnũ,qui ex illis trígínta esse dictitatur,quos Iudas in tẽplũ abiecit,characterẽ diuersum a denario Romano habẽtem.Habet emẽ effigiẽ hominis nõ luscam eminẽte altera mala,vt Romana nomísmata visuntur,sed aduersam & integrã,& a tergo flosculũ,vtrinq; nullo indice. Pondus vt conijcere licet,nõ emẽ attrectat,sed trãs vitrũ cernitur,didrachmũ esse potest,si satis cõmeminí . Ex iis autẽ quę adnotauimus alia quoq; omnia intellígí æstimariq; poterũt,nec aliqd esse puto quod nõ sit a me de prędẽsum in iis,quę apud auctores legí,vnũq; tãtũ est cuius omnino periculũ recipere in me nolim,quod apud Victruuiũ lib.iii. legitur,vbi de senario & denario loquitur his verbis,Ex eo etiã vidẽtur ciuitates Gręcorũ fecisse, vti quẽadmodũ cubitus est sex palmorum,ita in drachma quoq; eo numero vterẽtur.Illę emẽ æreos signatos vti asses,ex ęquo sex quos obolos

Argenteus quo Christus diuenditus.

Victruuii locꝰ molestissimꝰ

appellant,quadrantesq; obolorȳ,quę alíi díchalca, nõnullí trichalca díc̃ũt, pro dígítís vígíntí quatuor ín drachma conſtítuerunt. Noſtrí autẽ primo decẽ fecerũt antíquũ numerũ, & ín denarío denos æreos aſſes cõſtituerũt, & ea re cõpoſitío nũmí ad hodíernũ díẽ denaríí nomẽ retinet.etíãq; quartã eíus partẽ quod efficiebatur ex duobus aſſíbus & tertío ſemíſſe, ſeſtertíũ vocítauerunt.Poſtea quoníã aduerterunt vtroſq; numeros eſſe perfectos & ſex & decẽ,vtroſq; ín vnũ conıecerũt, & fecerũt perfectíſſímũ decuſſíſexís. Huíus autẽ reí auctorem inuenerũt pedẽ. E cubíto ením quũ demptí ſunt palmi duo,relínquítur pes quatuor palmorũ. Palmus autẽ habet quatuor dígítos. Ita efficítur vtí habeat pes ſexdecím dígítos,& totídẽ aſſes æreus denarius,vel vt ín alíís exẽplarĩbus,æratíus . neutrũ tamẽ recte: denarius ením nunq̃ æreus fuít apud Romanos,nec drachma apud Grȩcos:ſed ante argẽtum ſignatum decuſſís,vt centuſſís æreus fuit . Quare non æreus ſed æreos legẽdũ eſt,vt ad aſſes referaẽ.Sed ex hoc Víctruuíano loco id habe mus qd̃ ſupra ex auctorib9 Grȩcís collegí, drachmã ín ſex obolos díuídí, & obolos ſíngulos ín quaternos quadrantes , quos díchalcos, íd eſt bínos chalcos valẽtes appellãt.vel trichalcos,íd eſt ternos chalcos valẽtes.ſic fit vt numerus quatuor & vígíntí ex ſenarío quater ducto ímpleaẽ.Quare ve rũ eẽ nõ poteſt,qd̃ apud Plíníũ legíẽ ín fine líbrí vícesímí prímí, q; obolus decẽ chalcos habeat,aut cm̃ obolus octo chalcos habuít,íd qd̃ nos díxím9, & ſic ín quaterna díchalca díuídíẽ. aut duodenos,ſí quadrãtes trichalcí,íd eſt ternaríí fuerunt,qd̃ nõ Athenís,ſed alíbí fuíſſe puto,ſícubí fuit.Quod autẽ ſequíẽ,vídeamus an verũ ſit,Vult em̃ Víctruuíus Romanos ſic dena ríũ & eíus partẽ ad pedís ratíonẽ retulíſſe alíquando poſt argẽtũ ſignatũ, vt Grȩcí drachmã & ei9 partes ad cubítí retulerũt. quo fit, vt ſic denarius ſedecím aſſes valuerít,vt pes ſedecím dígítos habet.Cítetur nunc Plínius de hoc ſentẽtíã dícturus: ſic em̃ ínqt líbro.xxxííí. Argẽtũ ſignatũ eſt anno Vrbís quíngẽteſímo octogeſímoquínto Q.Fabío Cõſule,quínq; annís an te Punícũ bellũ: & placuít denarius pro decem líbrís ærís, quínarius pro quínq;,ſeſtertíus pro dípõdío ac ſemíſſe. Líbrę autẽ põdus ærís ímmínutũ bello Punnico prímo cũ ímpẽſís Reſp.non ſufficeret, conſtítutũq; vt aſſes ſextãtarío pondere ferírentur : íta quínq; partes factę lucrí,díſſolutũq; æs alíenũ.Poſtea Annibale vrgẽte Q. Fabío Maxímo Dictatore aſſes vncía les factí,placuítq; denaríũ ſedecim aſſíbus ꝑmutarí, quínaríũ octonís,ſeſ tertíũ quaternís:íta Reſp.dímídíũ lucrata eſt.In mílítarí tñ ſtípẽdío ſemꝑ denarius pro decẽ aſſíbus datus,Nota argẽtí fuere bígę atq; quadrígę,& índe bígatí quadrígatíq; dícti,mox lege Papyriana ſemũcíales aſſes facti.

Locus Plínii corruptus.

Hís Plínií verbís ſignificatur propter pecunię penuríã factũ eſſe vt dena rius ſedecím aſſíbus permutaret: & tñ Víctruuíus ratíone íd dícít,nõ ne ceſſítate factũ,& ſuo etíã tẽpore,íd eſt ſub Auguſto denaríũ ſedecím aſſes valuíſſe.Sed rurſus ín dubíũ venít qd̃ a Plínío dícíẽ.Sí em̃ Fabío Dictato re aſſes vncíales factí ſunt , quonã modo íd fierí poteſt vt Reſp. dímídium tãtũ lucrata ſit,prȩſertím quũ ſuperí9 dixerít Plínius ín ſextãtaríís aſſíbus quínq; partes lucrífactas?quum enim aſſes líbrales facti fuiſſent ab ínítío, ſi vncía pro líbra oblocarí potuít , vndecím partes lucrí factas oportuit.

Deínde ſi denarius quí decem aſſibus valebat, ſedecím permutarí cœptus eſt, & ſeſtertíus quí duos & ſemis, pro quaternís, dímídíum lucrí factum non eſt. Hoc melíus ex Feſto íntellígítur, quí de hoc loquens, íta ínquít, Sextãtarií aſſes ín vſu eſſe cœpere ex eo tẽpore quo propter Punícũ bellũ ſecũdũ quod cũ Annibale geſtũ eſt, decreuerũt Patres, vt ex aſſibus quí tũ erant líbrarií, fierẽt ſextantarií, vt populus ære alíeno líberaretur, & príuatí quíbus debítũ publíce ſoluí oportebat, non magno detrímẽto affícerentur. ſeptẽníoq; vſus eís fuít vt príore nũmo, ſed íd nõ permanſít ín vſu. Ex hís verbís dico ínítio ſtatim bellí ſextantes pro aſſibus locarí cœptos, vel aſſes ſextantís pondere, quod ídẽ eſt. Poſtea vero Annibale arctíus vrgẽte, quũ Italía paſſím bello flagraret, æraríũq; íã exhauſtũ eſſet, aſſes ex ſextantaríis vncíales eſſe decretos, & ſic dímídíũ lucratã Remp. quę vncíã pro ſextante ſoluẽdo defungebatur. Id enim dímídíũ refertur ad proxímũ aſſem ſextantaríũ, nõ ad príſtínũ líbralem. Id ne ín dubíũ reuocetur, effícit geminatũ eíuſdẽ Feſtí teſtímoníũ, alíbí, hís verbís, Graue æs dictũ a pondere: quía denί aſſes ſíngulí pondo líbrę, effícíebãt denaríum ab hoc ípſo numero dictũ: ſed bello Punico popul⁹ Ro. preſſus ęre alíeno, ex ſíngulís aſſíbus líbraríís, ſenos fecít, quí tãtí valerẽt. Fuerũt ígíť aſſes íllí ſextantaríí nõ dextantaríí vt ín ímpreſſís legímus contra fidẽ antíquorũ. Fabíũ & Cõſulẽ & Dictatorẽ fuíſſe certũ eſt ín bello Punico ſecũdo: vt apud Líuíũ legítur líb. íí. & líb. íííí. de bello Punico ſecũdo. Hoc autẽ quod dictũ eſt a Plínío factũ eſſe credo anno tertío bellí Punící poſt Cannenſem cladẽ: quo tẽpore propter penuríã argẽtí Triũuírí mẽſaríí rogatíone Mínutíí Tríbunípl. facti ſunt (vt auctor eſt Líuíus líb. ííí. eíuſdẽ belli) apud quos Triũuíros omne aurũ, argentũ, æsq; ſignatũ certatim ab omnibus delatũ eſt collatíone volũtaría, auctore eodẽ líb. ſexto. q̃q̃ eo anno Líuí⁹ Fabíũ Buteonẽ Dictatorẽ fuíſſe prodiderít. Proínde denaríũ íllũ quí ſedecím aſſíbus permutabatur, nõ eũ fuíſſe dico quí príus denís aſſíb⁹ valebat, hoc eſt cẽtenís víceníſq; vncíís: ſed alíũ multo deteriorẽ, quí ſenos denos aſſes ſuí generís valebat, vt quínaríus octonos, & ſeſtertíus quaternos. Hoc & apud maíores noſtros alíquãdo factítatũ legímus ínuẽto regũ ín nũmaría difficultate, íta vt argẽtí líbra ín ímmẽſum æſtímaretur, & índe nũmí eadẽ ratíone cuderẽtur. quíppe níſi & argẽtũ ínfectũ & nomíſma parílí ratíone cõgruerẽt, cõmercía hominũ expedírí nõ poſſent. Quare (vt díxí) quonã modo íllud dictũ Víctruuíí íntellígí debeat, affírmare nõ auſim, níſi Víctruuíũ quí numerí vtríuſq; perfectionẽ hominũ quoq; iudícío, pbare volebat, propoſíto ſuo aſtruẽdo ínſeruíuíſſe credamus, vt íd qđ alíquãdo díffícílí reíp. tẽpore factũ erat, pro legítimo atq; arbítrarío apprẽhenderít. Sed rurſus Varro rẽ ín cõtrouerſíã reuocat, quí líbro prímo de língua Latína, ſic ínqt, Denaríí dícebãtur q denos æris valebant, quínaríí q quínos, ſeſtertíus q ſemis tertíus. Dupondíũ eñ & ſemis antíquus ſeſtertíus eſt. Hæc verba Varronís cũ verbís Plínií líb. ííí. vbí ſeſtertíorũ meminít, índícare vidẽtur ſeſtertíum quí erat ab ínítío, non eũdem fuíſſe cum eo quí tempore Varronís & Plínií ætate fuit. Eodem pertínent verba Feſtí ín verbo ſeſtertíus. Hoc ígítur vt conſtítuere non auſim, ſic affírmare non dubítem me ín íís

Aſſes ſextãtarií.

Immínutío monetæ.

Varronís locũ rẽ controuerſam facit.

quæ díxí nō eſſe hallucínatū. propterea q̄ Plutarchū & Appíanū auctores ſecutus & Suetoníū Tranquíllū & alíos, centenas drachmas vel centenos denaríos, míllenos ærís, & quadríngenos ſeſtertíos poſt tēpora bellí Punící ſecūdí valuíſſe ſemper díxí. Q̄z ſi bellí Punící tēpore ratío nummaría argentí æríſq̄ ímmutata eſt opíbus Romanorū accíſis, fínito ſtatím bello ín príſtínū ſtatū rediít, vt Feſtus de aſſíbus ſextātaríis díxít. Pondus etíam denaríí quū prímū ſignatus eſt, drachmale fuiſſe ꝓpterea exíſtímo, q̄ nullā auctorítatē ídoneā memíní quę íd falſum eſſe doceat. nā & præter nomíſmata a nobís enumerata, habuímus denaríū vnūvetuſtate exeſum, eodē cū alíís pōdere, ín quo ab vna parte caput galeatū erat, ſub cuíus mēto. X. lítera vídebatur, denaríí (vt coníícíebā) nota ín auerſa parte lupa erat ſtās ſub arbore, capíte ín ventrē demíſſo vbera ínfantíbus prębēs. quātū autē ex charactere fugíēte percípere potuí, ínfantes ingenículātes manū vberí cū ore admouebāt, quíbus lupa díuarícans corpore exporrecto vbera ſubmíttebat. In ínfímo margíne, Roma verbum erat. In latere, duo hęc verba Sex. Po. quod nomen Conſulís fuíſſe puto eíus ſeculí quo prímū argentū ſignatū eſt. Arbor autē ficus erat ruminalís. cuíus memínít Feſtus. Itaq̄ ín nūmo aureo argenteoq̄ æſtímando ſcrupulus nullus eſſe debet, & vt eſſe verū ponamus quod a Vítruuío dictū eſt, ín aſſís tātū & quadrantís ſextantísq̄ æſtímatíone deceptus ſum. íd quod níhíl ad magnarū rerū æſtímatíonē deprehendendā obſtítít. Cæterum quod Plínius díxít, argentum ſignatum eſſe anno Vrbís quíngenteſímo octogeſímoquínto, quínq̄ annís ante prímū bellū Punícū, haud ſcío an perperam legatur, etíā ſi exēplarīū omníū ín eo vna fídes ſít. Iam prímū Eutropíus hıſtorícus prımū Punícum bellum cōtra Pœnos ſuſceptum auctor eſt anno Vrbís quadríngenteſímo ſeptuageſímo ſeptímo. Poſtea anno vndequadrageſímo ſupra quíngēteſímū, Quíntus Fabíus Maxím⁹ Díctator aduerſus Annibalē míſſus ín ſecūdo bello Punico. Porro defunctos Annibalís bello Romanos Macedonícū bellum excepít, anno quínquageſímo ſupra quíngenteſímū, eodem Eutropío auctore. Quare oportuít ſignatum fuíſſe nūmū argenteum ante annū quíngēteſímū, ſi quídem ante bellum Punícum prímū ſignatus eſt. Deínde Euſebíus ín Chronícís auctor eſt argentum prímū Romæ ſignatum anno quínto poſt Tarentum a Romanís captū, quí fuít annus mūdí quater míleſímus nongēteſímus víceſímus. Auguſtus autē tríūphū Actíacū egit, a quo ſtatím ſolus dominarí cœpít, anno mūdí cēteſímo ſeptuageſímo ſupra quínquíes mílleſímū, quí fuít annus Vrbís cīrcíter ſeptíngēteſímus. atqui ab Auguſtí tríūpho ſi annoꝝ numerū retro colligas, ducētos ac quínquaginta ad bellū Tarentínū confectum reperíes: tot ením ínterſunt annı ab anno quater mílleſímo nongēteſímo víceſímo, ad quínquíes mílleſímū cēteſímū & ſeptuageſímū. Lícet Euſebíus a cōdíta Vrbe vſq̄ ad Cæſarís Dictaturā annos ſeptíngentos & quatuor effluxíſſe dícat. Sed íd parū refert ad íd quod agímus ínueſtígādū. Deniq̄ L. Florus ín príma Epítome, ſecūdā Vrbís Romę ætatē, a Bruto & Collatíno Cōſulíbus prımís ad Appíū Claudíum, Quíntū Fuluíū Conſules ducentoꝝ circíter annorum íntercapedíne terminat, vt prímā ætatem quæ ſub regíbus acta eſt ducentorum

Quādo argētum Romæ prímum ſignatum.

quinquaginta. Appio autē Claudio Cōsule Romanus populus mare primū trāsgressus est belli gerēdi causa. Ex libro autē Liuii quintodecimo notauimus paulo ante primū bellū Punicū, populū Romanū primū argēto vti cœpisse. Quapropter planū fit numeros corruptos esse apud Plinium in loco supradicto, & ante annū quadringentesimū quinquagesimū, secūdū Lucium Florum, qui sub Hadriano principe scripsit, secūdum Eutropium qui sub Iuliano, ante annū quadringentesimū octogesimū argēteū nūmū extitisse. Nunc si Plinium emendare velimus, id facere poterimus eius scriptoris auctoritate quē Plinius ipse sequi solitus est, id est Titi Liuii, qui in præfatione libri tricesimi annos quadringētos. lxxviii. ab Vrbe condita vsq; ad Appium Cōsulē, qui primus bellū Carthaginēsibus intulit, fluxisse scripsit. Quare apud Plinium anno quadringentesimo septuagesimo octauo legendū est, si Plinius Liuiū secut⁹ est. Eutropius Liuiū secutus esse videtur: sed in eo discrepat, si veri sunt apud eū numeri, q; anno quingentesimo quinquagesimo cœptū esse bellū Macedonicū ait, cum apud Liuium libro tricesimo legatur, Anno quingentesimo quadragesimo ab Vrbe condita P. Sulpitio Galba, Cn. Aurelio Consulibus bellū cū Rege Philippo initū paucis mēsibus post pacē Carthaginēsibus datā. Hic rursus alius suborit scrupulus, vsqueadeo apud auctores numeri extantes negociū lectitantibus exhibent. Si enim a primo Punico bello cœpto ad secūdū finitum tres tantū & quadraginta anni intersunt (id eñ tradit Liuius in supradicta prefatione) quonā modo si statim Macedonicū Punicum bellū secūdū excepit, ab anno quingētesimo & quadragesimo factū esse credetur, cū inter vtrūq; numerū duo & sexaginta anni intersint. Simile est quod in Epitome Liuii libri quadragesimi noni legitur, Anno sexcētesimo & altero ab Vrbe cōdita ludos Diti Patri ad Tarentum ex precepto Sibyllæ factos, qui anno primo belli Punici, quingētesimo & altero Vrbis conditę facti erāt. Et rursus in Epitome libri tricesimi primi, Bellum Macedonicū cœptū esse anno quingentesimo quinto. quæ duo dicta plane refragantur iis quæ apud Liuiū legūtur: nunc autem transmittenda cum nihil ad rem præsentem pertineant, admonitione tamen digna. Sed ne de hoc loco Plinii emendando aliquis posthac dubitet, Plinium ipsum testem in sese citabimus: qui eodē libro alio loco ita inquit, Lucius Scipio transtulit in triūpho argenti cęlati pondo M. quadringēta quinquaginta, & vasorū aureorū pondo centū millia anno conditę Vrbis quingentesimo sexagesimo quinto. Hoc quod Plinius dicit anno quingētesimo sexagesimo cōtigisse, cōtigit post Antiochū victū, quē Romani post Philippū Regē Macedoniæ aggressi sunt, cū tamen bellum illud Macedonicum finito demū secūdo bello Punico cœperit. Verū ex supradictis apparet vehemēter illos falli, qui nomismata argentea ostentāt, quasi a Bruto exactore regum percussa, atq; etiā ab ipsis regibus signata. Non omittendū videtur in hac adnotādarum rerū sylua (quę vt in memoriā ipsę subeūt, sic in ordinē redigūtur) id quod a Thucydide lib. iii. belli Peloponesiaci dicitur, milites singulos pedestres & classiarios binas drachmas in dies accipere solitos: de classe enim Athenienſium loquens, quam & instructissimam & numero & pulchritudine nauium fuisse affirmat, ita

Numeri apd authores deprauati multū negocii legētibus exhibent.

inquit. Itaq; æstate vna vniuersæ naues ducentæ & quinquaginta fuerunt, quę res maxime pecunias eorũ exhausit, cũ sumptu Potidęę. Nã qui Potidęę erãt milites pręsidiarii binas drachmas merebãt, ita vt miles alteram drachmã ministri nomine acciperet, ὥστε ἀι πᾶσαι ἅμα, ἐγίγνοντο ἑνὶ δέοντι διακόσιαι καὶ πεντήκοντα νῆες. καὶ τὰ χρήματα τὸν μάλιστα ὑπανάλωσε μετὰ πρῶτα. τῶν δὲ γὰρ πεζῶν δίδραχμοι ὁπλῖται ἐφορέθησαν. αὐτῷ γὰρ τῷ ὑπηρέτῃ δραχμὴν ἐλάμβανε καὶ ἡμέρας. Et paulo post, νῆές τε ἀι πᾶσαι τὸν αὐτὸν μισθὸν ἔφερον, Nauesq; omnes idem stipendũ accipiebant. Si miles Atheniensis binas drachmas suo famuliq; nomine accipiebat, id stipendiũ erat in mensem sexagenæ drachmę, quæ ære nostro senos aureos coronatos valent, id est denos Francicos & semissem. Apud nos autẽ qui minimo merent pedites in mensem centenos solidos accipere solent, id est quinos Francicos: qui plurimo, septenos Francicos, quã mercedem menstruã Germani apud nos acceperũt. Ex quo apparet drachmæ æstimationẽ a nobis factã a veritate non abhorrere. Hoc argumẽtũ adiuuat id quod supra in fine libri quarti diximus de mercede philosophorum molas trusatiles circũagentiũ. Et quod hoc eodẽ lib. de denario diurno adnotauimus. Xenophon in primo Hellenicon, ὅιδε ταῦτ' ἐπῄνησε. καὶ ἐκέλευσεν αὐτὸν τάξαι ναύτῃ δραχμὴν ἀπὸ κλῶ, Hi collaudato Cyri dicto hortabãtur eũ vt drachmã Atticã nautis in dies singulos pro stipendio statueret. Ipse tamẽ paulo post dicit nõ drachmã eũ statuisse, sed tetrobolũ, hoc est bessem drachmæ, cũ ante semissem tãtũ acciperẽt, id est triobolũ: de stipẽdio loquẽs auxiliario quod Lacedæmoniis ad tuendã rẽ nauticã & classiariã a Rege Persarũ cõferebatur. Quãtulę autẽ fuerint illę naues prę iis quę nũc fiũt, ex eo licet intelligere, quod idẽ lib. secũdo ita inquit, Cum autẽ ii in terra Attica essent, Atheniẽses cẽtũ naues quas instruxerãt, & mille in iis armatos quadringentosq; sagittarios circũ Pelopõnesum miserũt. ἔντων δ' αὐτῶν ἐν τῇ γῇ, οἱ ἀθηναῖοι ἀπέστελλαν τὰς ἑκατὸν ναῦς περὶ πελοπόννησον ἅπερ παρεσκευάζοντο, καὶ χιλίους ὁπλίτας ἐπ' αὐτῶν, καὶ τοξότας τετρακοσίους. Cicero lib. xii. Epist. ad Lentulum scribens, Interceptis literis cognoram⁹ Dolobellã si desperasset de Syria Aegyptoq; quod necesse erat fieri, in naues cũ omnibus suis latronibus atq; omni pecunia conscẽdere esse paratũ, Italiãq; petere. Idcirco etiã naues onerarias, quarũ minor nulla erat duũ milliũ amphorarũ, cõtractas in Lycia a classe eius obsideri. Duo millia amphorarũ ducenta & quinquaginta modia Parisina valent. Quod ideo adnotãdũ duxi, vt ex nostri tẽporis nauibus cõiici antiquarũ nauiũ magnitudo posset. In. l. Iubemus, de sacrosanctis Eccle. in Codice Imperatorio, duabus partibus minor magnitudo, id est subtripla huius Ciceroniane taxatur. Herodotus autẽ libro septimo de copiis naualibus Xerxis loquẽs, ita inqt, Ad Sepiadẽ vsq; ad Thermopylas exors malorũ Xerxis exercitus fuit: multitudo autẽ adhuc erat vt ego coniectura assequor, ex nauibus quidem ab Asia profectis numero mille ducentis ac septẽ, eorum dũtaxat qui iam inde ab initio conuenerãt millia ducenta & quadraginta vnũ & quadringenti viri, ducenos scilicet viros in singulas naues numerãtibus. Porro inter classiarios indigenas tricení Persæ, Medi, & Sacę in naues easdẽ ascenderãt, quæ multitudo sex & trigínta millia & ducentos decẽ viros prioribus copiis aggregat, ὁ πᾶς ὅδε ἦν τριηκοντα ἑξ ὡς

Stipendium militare.

De magnitudine nauiũ.

Classis Xerxis. Persarũ regis

ἐγὼ συμβαλλόμενος εὑρίσκω τόσον, τῆν μὲν ἐκ τῆν νεῶν τῆν ἐκ φοινίκης ἐουσέων ἑπτὰ καὶ διακοσίων καὶ χιλιέων, τὸν μὲν ἄρχαῖον ἑκάστων τῆν ἐθνέων ἔοντα ὅμιλον, τέσσαρας καὶ εἴκοσι μυριάδας, καὶ πρὸς χιλιάδας καὶ τριακοσίους, ὡς ἀνὰ διακοσίους ἄνδρας λογιζομένοισι ἐν ἑκάστῃ νηΐ. ἐπιβάτεων δὲ ἐπὶ τεσσέων τῆν νεῶν χωρὶς ἑκάστων τῆν ἐπιχωρίων, πρῳρέων καὶ μαράων καὶ σακέων τριήκοντα ἄνδρες. ἔστω ἅπαν ὅμιλος γίνεται τρισμυρίοισι καὶ ἑξακισχιλίοισι καὶ πρὸς διακόσιοίσι καὶ δέκα. His verbis apparet eā fuiſſe magnitudinem olim mediocrium nauiū, vt ducentos claſſiarios milites caperēt. & eo amplius tricenos capere poſſent. id quod verba ipſa auctoris conijciētis ſignificare videntur. Eas autē naues triremes fuiſſe auctor ipſe Herodotus prodidit his verbis alio in loco, τῆν δὲ τριηρέων ἀριθμὸς μὲν ἐγένετο ἑπτὰ καὶ διακόσιαι καὶ χίλιαι, Triremiū autē numerus fuit mille ducentę & ſeptē. Si cui igitur vacet ad calculum exigere id quod ab Herodoto dictum eſt, is inueniet in ſingulis triremibus ducenos & tricenos epibatas fuiſſe. Inter minora autē nauigia Herodotus numerat lembos quinquagenū & tricenū remorum, quos ipſe πεντηκοντέρους & τριηκοντέρους appellat. Legimus & apud antiquos fuiſſe non modo triū ordinū naues, quas triremes noſtri, Gręci trieres appellant (in quibus per ſingula tranſtra terni remiges ſedent, ſuū quiſq; remū ducētes, ita vt qui nauis intimus eſt, is maximū remū tractet) ſed etiam quadriremes & quinqueremes & ſex ordinū naues. quin & a Gręcis hepteres & enneres & deceres vocabula inuenta ſunt, quæ naues ſeptenū nouenū denūq; ordinū ſignificant. Plinius libro. vii. Biremē Damaſthenes primū feciſſe auctor eſt. Triremem Thucydides Ammoclem Corinthium. Quadriremem Ariſtoteles Carthaginenſes. Quinqueremē inſtituit Neſichthon Salaminius. Sex ordinū Xenagoras Syracuſius. ab eo ad decēremem Neſigiton. Alexādrum Magnū ferunt inſtituiſſe ad duodecim ordines. Philoſtephanus Ptolemęū Soterem ad quindecim. Demetriū Antigoni ad triginta. Ptolemęum Philadelphum ad quadraginta. Ptolemęum Philopatorem, qui Tryphon cognominatus eſt, ad quinquaginta. Plutarchus de Demetrio Antigoni in vita eius ita inquit. Vnde illud eſt non minus vere q̄ eleganter dictū, Demetrii opera magnitudine ſua etiā amicis ſtuporē, pulchritudine vero etiā hoſtibus delectationē ſolita eſſe afferre. Atqui inter alia memoratu digna & naues duas cōfectas ab eo aiunt, quarū altera ſedecim remorū ordines, altera quīdecim habebat. & machinas nōnullas miro ingenio expugnādis vrbibus fabricatas. quæ quidē ſpectantibus hoſtibus incredibilem admirationem præbebant, id quod Lyſimacho euenisſe tradunt. qui tametſi ſupra alios reges inimicus eſſet Demetrio, tamen quum ab eo Solos in Cilicia obſidēte petiiſſet, vt ſibi liceret machinas eius naues q; inſpicere, atq; is benigne id concedēte Demetrio omnia opera inſpexiſſet, adeo ſtupefactū aiūt & magnitudine & pulchritudine, vt ei viſę ſint nō humano, ſed diuino ingenio condite. Idem alibi, Itaq; Demetrius ad regnū paternū recuperandū (quod arduū & difficile factu videbatur) toto animo conuerſus, breui tēpore paulominus q̄ centū millibus peditū, decem equitū coactis, claſſem deinde quingētarum nauiū variis ex locis ſtudio incredibili atq; induſtria comparauit. Et paulo poſt, Omnes autem admirabantur non ſolū multitudinem, ſed etiā magnitudinem eorum operum quæ inuſitata mole longe

Triremes & quinqueremes & vlteriora vocabula.

Demetrius Poliorcetes.

Memorabile nauigium.

aliorũ cõsuetũ modũ excedebãt. Nemo em̃ reperiebatur qui nauẽ sedecim ordinũ aut quindecim vidisset. Verũ postea Ptolemęus qui Philopator dictus est, vnã quadraginta ordinũ faciẽdã curauit, quę proculdubio omnes alias naues quę antea visę fuerãt, magnitudine ac mole sua magnopere superabat. vt quę in lõgitudinẽ ducẽtos ac octoginta, ab imo vsq; ad trãstra duodequinquaginta cubitos pateret. Remiges in ea ad quatuor millia, nautę ad quadringẽtos erãt. & p̃ter hos paulominus tria millia armatoꝝ, qui foros eius obtinẽtes eadẽ vehebãtur. Sed hęc (inqt) nõ tã ad vsum q̃ ostẽtationẽ fabricata videbatur, earũ similis machinarũ quę pene immobiles sunt. Demetrii aũt naues nõ modo magnitudine & arte mirabiles, sed etiã ad certamẽ bellicũ, vsumq; hominũ aptę atq; habiles erãt. Athenęus libro. v. de opulẽtia Aegyptiorũ loquẽs, & p̃cipue Philadelphi Ptolemæi, Multis aũt (inqt) regibus Philadelphus, cũ diuitiarũ magnitudine p̃stitit, tum etiã studio ingẽti incubuit, ad apparatũ omne genus, instrumẽtũq; regiũ magnifice ambitioseq; comparandũ. Quare nauiũ multitudine reges omnes longe supergressus est. Maximas naues habuit triaconteres, id est tricenũ ordinũ duas, icoserẽ vnã quę vicenũ erat, quatuor quę ternũdenũ. duas quę duodenũ. quatuordecim quę vndenũ. triginta quę nouenũ, triginta septẽ quę septenũ. quinq; quę senũ erãt. Quinũ autẽ otdinũ habuit decẽ & septem. altero tantũ plures partim quaternũ ordinũ, partim quaternũ & semis, quas Triremiholias appellant. Relíqua multitudo nauigiorũ quæ per varias imperii partes distributa erant, quatuor millium numerũ excedebat, τὰ γὰρ μέγιστα ἦν τῶν πλοίων παρ' αὐτῷ, τριακοντήρεις δύο, ἑκοσίμια, τέσσαρες δὲ τρισκαιδεκήρεις, δωδεκήρεις δύο, ἑνδεκήρεις δεκατέσσαρες, ἐννήρεις τριάκοντα, ἑπτήρεις τριάκοντα ἕπτα, ἑξήρης πέντε. πεντεκαίδεκα. τὰ δὲ ἀπὸ τριήρους μέχρι πεντημιολίας, φιλάδελφα τούτων. De magnitudine autem nauis Philopatoris eadem omnia quæ Plutarchus dixit, & eo amplius addidit lõgissimos in ea remos duodequadraginta cubitorum fuisse. ab ea parte plumbatos quæ manu remigũ cõtinetur, vt eo libramento nixus tollentiũ brachiorũ adiuuaretur, cum pars remi scalmo allígata quasi ęquilibriũ faceret, & vsum grauioris remi facilioręredderet. Tum partes eius omnes exequitur, apparatũq; tantæ molí numero & magnitudine respondẽtẽ. vt proras duas & totidẽ puppes habuisse. & septẽ rostra, & gubernacula quatuor. Idem auctor eodẽ libro tradit Hieronem, Syracusanorũ Regẽ, Romanorũ amicitia pertinaci nobilẽ, cũ circa sacrorum certaminũ gymnasiorũq; apparatũ studiosus esset, tum etiã ad naues fabricandas ambitiosius animũ intendisse, dũtaxat quæ frumentationibus viderentur esse cõmodissimę. Huius igitur generis multas Hiero cũ fabricandas mandasset, vnam in primis memorabilem perfecit. Ad quã ædificandã materiã in Aethna monte cędendã indeq; deuehendam curauit, quæ sexaginta triremibus cõficiẽdis satis esse potuisset. Quo dicto nauigii magnitudinem coniiciendã nobis reliquit. Ad nauticũ autẽ instrumentũ cum æs, ferrum, cannabim, reliquaq; quibus opus erat, partim ex Italia, partim ex Iberia, partim Rhodano flumine cõparasset, trecentos operi faciẽdo fabros artifícesq; adhibuit ac materię dedolãdę, pręter administros fabricæ subseruiẽtes opificiis, pręfecto sũmę operis architecto Archia Corinthio.

Naues Philadelphi.

Remorũ longitudo immanis in naui Philopatoris.

Reliquus apparatus.

Nauis frumentaria.

Quos ipse cum magnopere hortatus esset ad opus aggrediẽdum, insuper etiã dies totos operis se curatorem exactoremq; præbuit. Hac diligentia, his artificibus, hoc architecto rex ille Siculus dimidium tãtum nauis intra sex menses perfecit. Quo facto inchoatã eo modo nauem in mare deducendam mãdauit, vt illic extremæ manus opificium adipisceretur. Verum cũ de ea in mare deducenda excitata quęstio multis cõtentionibus esset, ad extremũ Archimedes ille mechanicus famigeratus, solus deducẽdam suscepit: paucis adhibitis operis. cõpactaq; clauicula machinali quod suscepit ꝑ fecit: tãta mole nauigii cõfestim in mare deuoluta, eius machinæ momento cuius idẽ ipse princeps inuentor fuit. ὡς δὲ πρῶτον καθελκυσμὸν ἀυτῶ τὸν εἰς πλῶν θάλασσαν πολλὴ χείτησις ἦν, ἀρχιμήδης ὁ μηχανικὸς μόνος ἀυτὸς κατήγαγε δι' ὀλίγων σωμάτων, καὶ τὰσκευάσας γαρ ἕλικα, τὸ τηλικοῦτον σκάφος εἰς πλῶν θάλασσαν κατήγαγε. His peractis alteram nauigii partẽ totidem aliis mensibus Hiero consumauit: cum interim clauis æreis denarum librarum plurimis materiã compingeret, aliquibus etiã sesquiplis eius ponderis: qui præ crassitudine non alias adigi poterãt ꝙ materia præterebrata. His clauis costæ nauis arrectariæ cum assamentis transuersariis coagmentatæ, tegulis insuper plumbeis adactis validius astringebantur, quibus etiam sub ipsis linteola cõcerpta cum pice infarcta erant. Erat ea nauis apparatu quidem vigintí ordinum remigii, ædificii vero contignatione triplici. Harum infimam contignationem oneri & mercibus delegauerat, ad quam descensus scalis multiplicibus erat. ad mediam contignationem transitus alter erat arte mechanica factus in qua ipsa cœnationes erant numero trigínta, secundum vtrunq; latus nauigii extructæ. In iis lecti quaterni strati viris accommodati. Inter quas nauclericum conclaue quinq; lectorum capax erat. Præterea thalami tres in eadem cõtignatione erant, culinaq; supradictis locis subseruiẽs ad puppim ædificata. Omnes autem supradictæ cœnationes pauimento stratæ erant, tessellis vermiculato lapidis omnis generis. In eo pauimento Troiani belli fabulamentum visendo artificio concinnatum legebatur. Cum alioquin ea omnia ædificia tectis laqueatis & postibus exornata spectabili opere essent. Summa pars nauigii gymnasium habebat, ambulationesq; laxas pro portione magnitudinis suæ: quas etiam ipsas simul ambientes horti omni genere stirpium complectebantur, fictilibus in vasis & plumbeis cõsitorum, simul hederæ vitesq; opacabant pampinis ac corymbis inumbrantes, quarum radices alebant dolia terræ plena. Pariter quidem ille cum hortis machinamento irriguæ. Ab his erat Aphrodisium, id est cõclaue Veneri deæ dicatum, instrumentũ etiam ipsum triclinari lectisternio, pauimentoq; stratũ, Acharte lapide aliisq; variis & nitẽtibus distincto, cuiusmodi lapidũ copia in Sicilia reperitur. Ac parietes quidem habebat cupressinis tabulis assibusq; contextos, laqueatumq; tectum eadẽ materia. Fores etiam ex ebore & odorata materia compactas, atq; eo amplius pictura figillisq; exornatas. Deinceps erat exhedra quinq; lectorum capax, quorum parietes postesq; buxo compacti erant, inibiq; bibliotheca. & in lacunari sphæra, ad imitationem eius solarii effícta quod in Achradina situm erat, quæ insula est Syracusarum. Huic loco balneum iunctum erat: in quo tres lecti cum solio metreta

Claui denarũ librarum.

Contignatio .xxx. cœnationũ capax & reliqui nauis apparatus

Aphrodisiũ.

rum quinq; capaci, quod ex lapide vario ſcalptum erat, & tribus æneis caldariis. Mitto nunc habitationes militibus deſtinatas, iiſq; qui ſuper ſentinam erant. Mitto equorũ pręſepia ab vtroq; latere nauigii numero dena ſita, cum frenis & ſtratis, & omni equitũ inſtrumẽto, eorumq; miniſterii atq; equorum pabulo. Præterea lignarium & clibanos, focos & piſtrina, aliaq; miniſteria in proiecturis nauis prominentia. Quid dicam Athlantes nouenum pedum altitudinis certis interſtitiis firmatos, vt ſcalpturas prominentes ſummæ cõtignationis mutulorum vice fulcirent? Quid turres octobinas in prora & puppi, & per vtrunq; latus extructas, in murisq; propugnacula. Pręter hæc machina erat in medio cataſtromate ſuper tripodes excitata Archimedis etiam inuentum, ſaxa tritalentaria telaq; miſſilia duodeuiginti pedũ facile eiaculans ad quadringentos cubitos, quod ſpatium eſt ſtadii. Hęc & alia machinamenta propugnatoria, vt coruos, lupos & in ſummo malo carchefia ænea lapidũ cõceptacula ad lapidationẽ faciendã in hoſtium nauigia, longum eſſet enarrare. Stabãt enim in vno terni, in aliis bini aut ſinguli homines lapides eiaculãtes, quos ſerui in foris nauis ſtantes vitilibus quallis tempore pugnę ſuggerebãt trochleis ſubuehentes. Idem Archimedes cochleã commentus erat, tantæ nauis ſentinæ ab vno homine exhauriendæ. Verum vt nauigii magnitudo ac vaſtitas animo concipi poſſit, nonnulla adiiciam ex iis quę Athenęus ſcripſit ad hoc maxime pertinẽtia, ἦν δὲ καὶ ὑδροθύκη ἐπὶ πλῶ πρῴρων κλεισὶ, δισχιλίους μετρητὰς ἀχομένη ἐκ σανίδων καὶ πίττης καὶ ὀθονίων καπισκευασμένη. πρὸ δὲ ταύτης, καπισκεύασο διὰ μολιβδώματος καὶ σανίδων κλεισῶν ἰχθυοτροφεῖον. τὸν δ' ἦν πλῆρες θαλάττης, ἐν ᾧ πολλοὶ ἰχθύες ἐτρέφοντο. Erat (inquit) in eodem nauigio ſecundum proram aquæ conceptaculum cõcluſum, capax duorum millium metretarum, aſſamẽtis & pice & linteorum farctura cõpactile. Iuxta quod rurſus piſcina coaxatione & implũbatura conſtãs, plena aquę marinæ, ita vt in ea commode magna copia piſcium facile alere tur. Idem alibi, σίτου τι ἐνεβάλοντο εἰς πλοῖον μυριάδας ἑξ. ταρίχων δὲ σικελικῶν κεράμια μύρια. ἐρεῶν τάλαντα δυσμύρια, καὶ ἕτερα δὲ φορτία δυσμύρια, Frumentum autem negociatoriũ in ea nauí exportabant ad millia ſexaginta ſalſamenta ſicula ad cadum decem millia, lanarum talenta viginti millia, & alterius mercis altera viginti millia. Prætereaq; commeatus vectorũ nautarumq; ſexaginta millia. Frumenti dixit non addito modium vel medimnũ: ego tamen medimnum eum intellexiſſe puto, ex more loquẽdi Grecorũ coniecturã faciens, & præcipue Siculorũ, vt ex ſuperioribꝰ apparet. Hęc duo millia & quingẽtos modios Pariſinos faciũt. Modius autẽ Pariſinus quatuor & viginti medimnos Atticos capit. Decem millia cadorũ vel amphorarũ, mille ducentos & quinquaginta modios itidem Pariſinos. Lanarũ & reliquarũ merciũ talenta quadraginta millia. Talenta Pariſina triginta millia efficiunt, vt nunc craſſiore calculo libras Atticas vel minas, ſed & nonaginta drachmarum intelligamus, id eſt duodenũ vnciarum. Sic fiunt pondo noſtra duodeuicies cẽtena millia. Libra enim noſtra epitritã proportionẽ ad Romanã libra habet. i. tertia parte maiorẽ. Hanc ſummã ſi ad culeos duplares redigere velimus, qui trimodia noſtra efficiũt, hoc eſt quatuor & viginti amphoras, & in culeos ſingulos bina millia põdo ſtatuamus, id quod hodie nauicu

Cochlea miranda.

Nauis magnitudo ac vaſtitas.

Modius Pariſinus.

Talenta Pariſina.

Libra Pariſina.

Culei duplares.

larii faciunt, qui anniuersarios commeatus meritoriis nauigiis suscipiunt vt statim videbimus, fient nongenti culei trimodiales: quibus si mille ducentos & quinquaginta modios illos addideris, erunt in summa mille trecenti sedecim culei. Nunc si exquisitius persequi velis & semuncias in singulas libras addere, summa librarum quinq; & septuaginta millibus excrescet, quæ additamentum septem & trigínta culeorum & semissis efficiunt. Et hæc omnia præter aquam dulcem, præter piscinam, præter tot dietarũ intestinum instrumentum, præter annonam vectorum & pabulum equorũ. Hanc tamen nauem longe magificentia & splendore apparatus antecessit nauis fluuialis Thalamegos nomine, quam Philopator supradictus in deliciis habuit Nilo pernauigando, longitudine sexcentorum pedum, latitudine quinq; & quadraginta: ab infima parte ad editissimum dietarum fastigium, altitudine pedum paulo minus sexaginta. In qua dietas & cubicula & alia ædificia voluptuariæ vitæ accommodata: ambulationum porticus duplices ambibant, proram & vtrunq; nauis latus complectentes quingentorum pedum ambitu. A puppi autem nauis patens, e regione proræ vestibulum habebat ex ebore & alia primæ notæ materia cõstans, per quod ingredientes porta quadriforis excipiebat, & ex atrio in œcum, id est in prægrãde conclaue ferebat, viginti lectorum capax: cumvtrinq; per vestibulum ingredientibus patentes crebræ fenestræ auras perflantes commode admitterent. Relíqua sunt eiusmodi vt siquis omnia ad verbum prosequi velit & possit, fidem sint excessura. Illud autem quod de C. Cæsare memorię tradítum est, vt reliqua eius acta, non magnificentiæ esse puto, qui fabricatus esse cedrinas liburnicas dicitur, gemmatis puppibus & versicoloribus velis, magna thermarum & porticuum & triclíniorum laxitate, magnaq; etiam vitium & pomiferarum arborum varietate, quibus discumbens de die inter choros ac symphonias littora Campaniæ peragrabat. Nostrorum autem temporum opera, quæ maxime magnifica esse creduntur, si cum illis contẽ dantur, prope est vt perinde esse videatur, ac si formicam elephanto compares. Sed príncipes & opulenti hodie prisarum rerum ignari, sese in rebus mediocribus, & paruis admirãtur, sola ignorantia beati si argumentari velimus. Quo magis despicari & floccipendere eorum sortem licet, iis quidẽ qui felicitatẽ nec pondere, nec numero metiuntur. Hæc ideo rettuli, q; multi opinantur: ideo apud historicos magnum numerum nauium lectitari, q; antiqui nauigiolis vterẽtur prę iis nauigiis, quę memoria nostra visa sunt. sed videlicet eorum est, id censere, qui prisci æui magnificentiam memoriæ suæ finibus circunscribunt: vetera male estimantes, quorũ si quis hodie nauem Demetrianarum nauium simílem videret, id est quindecimremem vel sedecim, vt Græci appellant, ἑκκαιδεκήρη τεσσαρακαιδεκήρη, rem omni æuo inauditã videre se existimaret. Leguntur & apud antiquos nauigia triarmena, id tribus velis insignia. Atheniẽses autem classiariis opibus & copiis claruisse, cum ex Thucydide, tum ex Plinio nouimus, qui libro septimo de iis loquẽs, qui variarum artiũ specimínibus editis enituere, Laudatus (inquit) Ctesiphõ Gnosius æde Ephesianæ Dianę admirabiliter fabricata. Philon Athenis armamentario mille nauium. Legimus apud eũdem Plutarchum in An

Thalamegos nauis fluuialis. Philopatoris

Liburnicæ cedrinæ C. Cæsaris.

tonio,in bello Actiaco Antonium præter copias terrestres circiter quingentas naues pugnaces habuisse, in quibus permultæ octonum ordinum atq; etiam denum fuerunt,alioquin omnibus armamẽtis egregie instructæ. Ex quibus cum optimas elegisset,a triremibus ad decẽremes quatuor & viginti millia pugnatorum impossuit,cum classe cõflicturus esset. Magnum autem fuisse numerum nauium electarum ex eo apparet, q̃ cum Cleopatra cũ.LX.nauibus & Antonius qnqueremi aufugisset,trecẽtę captæ in eo prę lio esse narrãtur a Plutarcho:quo fit vt pauciores cẽtenis militibus in singulis nauib⁹ fuerint.Hodie maiorẽ numerũ stipãt(vt audio)in aciẽ maritimã

Onerariæ naues.

prodituri.Verum onerarias naues primę magnitudinis duntaxat negociatorias,sed tamen quæ tormentis muniuntur,non vltra centum & octoginta culeos ferre dicunt,id est nonaginta tonellos,vt nauicularíorum verbis vtar.Minimæ enim magnitudinis onerarias quadragenarias esse aiunt:mediæ notæ septuagenarias & octogenarias: maximas autem quę in mari occiduo videantur fere centenarias,raro maiores esse.Tonellum ego trimodi

Culeus trimodius.

um culeum appellauerim.Tres enim modii nostri tonellum vnum efficiũt, id est culeum geminatum.Ita fit vt maxime onerariæ nostri temporis plerunq; non maiores sint illis,quas Cicero in Lycia fuisse dixit:de nostris loquor,nam Germanorum naues duplices & triplices nostrarum esse dicũt. Octogenariæ enim naues ducenta & quadraginta modia nostra capiunt, at duo millia amphorarum ducenta & quinquaginta modia nostra æquasse docuimus.Est autem ea formula nauicularíam factitantium,vt in singulos culeos duplares bina millia pondo numerent.Tãti enim pendere vini tria modia nostra dictitantur:sic fit vt salis aut alterius grauissimæ mercis vectura ad bina millia pondo hac appellatione nuncupetur, vt si nauis centũ & octoginta millia pondo ferre commode possit cum instrumento machinario: ea octogenaria vocitetur. Ex his igitur patet quantæ fuerint antiquorum naues etiam si pauciores olim milites pro portione in naues imponebant,q̃ pro nostri temporis more,quantum coniectura assequi ex historicis possumus.Etenim si quis omnia quæ commemorauimus diligenter animaduerterit,iudicabit(vt spero)non fallaci me coniectura ductum esse in mensuris indagandis.Non me latet apud Aeginitã legi minam Atticam sedecim vncias habere,& Romanam viginti.Sed nec Pauli auctoris adnotata illa esse puto,nec si Pauli sint,ad rem quam agimus pertinere.Sũptum est enim illud dictum ex medicorum vsu,vt supra ex Celso adnotauimus,nõ ex antiquitate.Nunc ad id redeundum quod pene præterii. Diximus supra duodequinquagenos nummos ex auri libra percussos, cui dicto

Libra auri in iure.

pugnare videtur id quod dicitur libro decimo codicis Imperatorii in lege Quotiẽs,in titulo,de susceptoribus,duobus scilicet & septuaginta solidis persolutis acceptam ferri libram auri debere.Quapropter adnotandum habuimus, id non de aureis priscis intelligendum, qui ad formulas primas nũmi aurei exacti sunt, aut paulo ab iis imminuti.Nam imminutum post-

Solidus.

ea esse pondus formarum ex his verbis Isidori intelligimus. Solidus (inquit)apud Latinos alio nomine sextula dictus est,ideo q̃ his sex vncia cõpleatur. Hunc autem vulgus solidum aureum vocat, qui solidus dicitur,

ídeo quía níhíl íllí deeſſe vídeatur. Solídũ enĩ antíquí íntegrum dícebant. & totum hoc díctũ Iſodorí adíuuat Pomponíí auctorítas ín lege Nomíſmatũ, ín título de vſufructu, ín Pãdectís hís verbís, Nomíſmatum aureorum vel argẽteorum veterũ, quíbus pro gẽmís vtí ſolent, vſufructus legarí poteſt. ímmutata enĩ forma percutiendí nũmí, qui veteres nũmí extabant, non nũmí více, ſed gemmarum & rerum ín delícíís habítarum cẽſebantur: quo modo fit hodíe. Antíquí aureí (vt dixímus) bínas drachmas pẽdebãt, hoc eſt ſenos ſcrupulos, & quaternĩ ín vncías ſignabantur, ſic ex líbra Romana duodequínquagínta fiebant, hoc eſt ex duodecím vncíís: pondere autem ímmínuto ex bínís drachmís ternĩ nummí fierí cœperunt, hoc eſt ſení ex vncía. Ita fit vt aurí líbra duobus & ſeptuagínta aureís ímpleretur, lícet antíqua líbra nummaría centenas drachmas caperet, vt mína Attíca, vt ſæpe íam díctum eſt, Nomíſmatís autem ímmínutío eo tempore facta eſt, quo Romani ímperíí opes tenuíores factæ ſunt príncípum multorum nequítía, quí luxu perdítí príuatorum opes tríbutís exhauſerunt. Q̃ꝝ Romanæ víres ſeſe ípſæ confecerunt, cum Auguſtí plures eodem tempore ab exercítíbus facti, cíuílía bella & ínteſtína pro externís gererent, ſic mũdus ad ínopíã redactus, tenuíore pecunía vtí cœpit, íd quod neceſſe fuit, cum multum preciís rerum deceſſíſſet. Hoc ídem Francia experta eſt. ſi quís enĩm huíus tẽporís nomíſma cum antíqua examínet exploretq; dímídío vberíus íllud hoc ínueníet & pondere & índicatíone, atq; eo etíam amplíus. Nos enĩm Phílíppeos habuímus geníatos plus ſeſquíſolato pẽdentes. In hís geníus eſt alatus quales díuíní ſtatores píngí ſolent líliata ínſignía tenens. extant & alíí Phílíppeí ſceptratí nonnullí, alíí etíam ſoliatí, Rege íntus trabeato íura pro poteſtate reddente. Ibí maieſtatem regíam plane expreſſam agnoſceres, qualem hodíe nemo meminít, Rege vtroq; veſtígío leoníbꝰ ínnítente. Hí triplící forma percuſſí ſunt, ſed quí mínima ſignatí ſunt, bínos ſolatos trahunt, quí maxima & grauíſſíma, íí pondus habẽt ſecundũ Eduardeos Angliæ maxímum, eíſq; proxímum: hoc genus omnium quæ vídí (tãetſi nullíus generís non habuí quod quídem hodíe extet) ſcíte formatũ erat. Hos & Roſatos Eduardeosq; pondere ſuperãt Caroleí Aquítaníæ, quí fortes appellantur: ín quíbus dux armatus genu nítens leonem manibus Herculís more elídit, ſed ſuperíorum índícatura pecuatorum bonítate par eſt, quos Ioãnes Rex ſignauít, tríplící & ípſos forma & magítudíne, omnes prímam aurí notam obtínentes. Quãto autem hodíe ieíunior ſit & exanguíor (vt íta loquar) res nummaría, ex eo certe conſtare poteſt, q̃ quí Francící extant nummí equítes peditesq; olím vígíntí ſolídís valentes, (vnde Francícos hodíe quoq; appellamus) nunc ſolídís quadragínta edícto etíam príncípís æſtímantur, pluris etíam ín foro permutabíles. Q̃ſ. ſi ínquírere ín fínítímas nobís prouíncías inſtíterís, eandem apud eos, vt apud nos olím & hodíe ratíonem reperíes. Prorſus quaſi confínibus prouínciís Francía conſtítuendæ reí nummlaríæ ratíonem præſcrípſerít, íd quod optíma ratíone íudícare quís poteſt. Neq; eñ cõſiſtere cõmercía potuíſſent, quæ nobíſcũ ſem per fínítímí míſcuerunt, níſi eandem aurí notam afferrent quam accíperent. Itaq; quandíu aurum prímarium ſignatum eſt ín Francia, tandíu ípſí quoq;

Nomíſma ex tenuatum.

Príſca Frãciæ nomíſmata.

finitimi populi eodem genere vſi ſunt. Nunc autem & noſtratis, & externi nulla vncia niſi concreti viſitur & æroſi. Verumenimuero qui hodie extant imperatorii & auguſtales aurei poſt priſcos illos didrachmos ſignati, ponderi prædicto non reſpõdent a ſanctione imperatoria taxato. Vidimus enĩ & Conſtantini Magni & Iuliani & Magnentii, & aliorum recentiorum, ſed in omnibus quos expendimus ita imminutum pondus erat, vt ſeni & ſemis non plane vnciam æquarent, ſeptẽi excederẽt. Vnum etiam Iuſtiniani principis vidimus quem nobis oſtendit Chriſtophorus Longolius vir egregie doctus, & rerum antiquarũ ſtudioſus: ſed ne is quidem iam dictis grauior erat. Quare ſupradictam legem de duobus & ſeptuaginta ſolidis ideo latã puto, q; imminuto pondere nummi, libræ quoq; aureæ æſtimatio & pondus ſenſim imminuebatur: quapropter ne tandem imminutio inualeſcens, rem nummariam conturbaret, Imperator certum modum imponere voluit. q̃q̃ ſi quis legem illam diligenter conſideret, non tam in vniuerſum ſtatuere de auro ſignato videtur, q̃ de auro tributario, vt fortaſſe indulgentia principis aliquid antiquis penſitationibus remittere lege illa voluerit: id enim ſæpe fit vt maneant antiqua vectigalia, aut penſitationum vocabula, & tamen minore ſumma aut æſtimatione ſtipendiarii defungãtur. Cur autem aurei ſolidi quoq; dicantur, his verbis Lampridii declaratur in Alexandri vita. Vectigalia publica in id contraxit, vt qui decem aureos ſub Heliogabalo præſtiterant, tertiam partem aurei præſtarent, hoc eſt triceſimam partem: tumq; primum ſemiſſes aureorum formati ſunt. Atq; etiam cum ad tertiã partem aurei vectigal decidiſſet, tremiſſes, dicente Alexandro etiam quartarios futuros quando minus non poſſet, quos quidem iam formatos in moneta detinuit, expectans vt ſi vectigal contrahere potuiſſet, & eoſdem ederet, ſed cum non potuiſſet, per publicas neceſſitates cõflari eos iuſſit, & tremiſſes tantum ſolidosq; formari. Hactenus Lampridius. Intelligimus igitur aureos integros appellatos eſſe integros eo tempore quo ſemiſſes & tremiſſes fieri cœperunt. In iure autem ciuili quod nunc habemus, non vna aurei æſtimatio eſt, vt multi exiſtimant, nec ſemper ſeptuagenos binos in libras accipiendos cenſeo, ſed pro tempore aliquid ſtatuentium principũ æſtimationem faciendam, vt verbi gratia, in cap. primo de variis & extraordinariis cognitionibus Vlpianus de honorario aduocatorum loquẽs ita inquit. Licita autem quantitas intelligitur pro ſingulis cauſis vſq; ad centum aureos. Cẽtũ aureos hoc in loco pro duob⁹ auri põdo intelligo. Nã Vlpianus Alexandri tẽpore ſcripſit nondũ imminuta priſci nomiſmatis forma, niſi ſi pauca ſcrupula auaritia temporũ legitimo põderi detraxit, vt ſupra docuimus. Viſuntur enim hodie Mameę matris eius nomiſmata, & ego omnium Imperatorum vidi eadem forma ab Auguſto ad Commodũ Cæſarem, ſed & hoc quod diximus non ſolum argumentis, ſed etiam Taciti auctoritate comprobare poſſumus, qui lib. xi. de tempore Claudii principis loquens, Continuus inde (inquit) & ſæuus accuſandis reis Suillius, multiq; audacię eius æmuli, nam cuncta legum & magiſtratuum munia in ſe trahens princeps, materiam prædandi patefecerat. non quicq̃ publicæ mercis tam vænale fuit, q̃ aduocatorũ perfidia, adeo vt Samius inſignis Eques Romanus

Longolius.

Aurei æſtimatio in iure.

Honorarium aduocatorũ.

quadringentis nummorum millibus Suillio datis, & cognita præuaricatione, ferro in domo eius incubuerit. Igitur incipiente Caio Silio Consule designato consurgunt patres, legemq; Cintiam flagitant, qua cauetur antiquitus, ne quis ob causam orandam pecuniam donumve accipiat. Deinde obstrepẽtibus iis qbus ea cõtumelia parabatur, discors Suillio Silius acriter incubuit: veterum oratorum exempla referens, qui famam in posteros prẽmia eloquentiæ cogitauissent pulcherrima, alioquin & bonarum artiũ principem sordidis ministeriis fœdari, ne fidem quidem integram manere vbi magnitudo quæstuum spectetur. Qz si in nullius mercedem negocia inantur pauciora fore: nunc inimicitias, accusationes, odia & iniurias fouerí, vt quomodo vis morborum, precia medentibus, sic fori tabes, pecuniam aduocatis ferat. Et paulo infra de Suillio & aliis aduocatis loquens, qui causam diuersam tuebantur, Cæsarem (inquit) circunsistunt anteacta deprecantes, & postq annuit tacens, incipiunt. Quem vllum tanta superbia esse vt æternitatem famę spe præsumat, vsui & rebus subsidium præparari, ne quis inopia aduocatorum potentioribus obnoxius sit. Neq; tamen eloquentiam gratuito cõtingere, omitti curas familiares, vt quis se alienis negociis intẽdat: multos militia, quosdam exercendo agros tolerare vitã. Nihil a quoq; expeti, nisi cuius fructus ante præuidetur: prõpta sibi exempla: quantis mercedibus P. Clodius & C. Curio concionari solíti sint, se modicos Senatores, qui a Republica nulla nisi pacis emolumenta peterẽt: cogitaret plebem quę toga enitesceret, sublatis studiorũ preciis etiam studia peritura, vt minus decora. Hæc ita haud frustra dicta princeps ratus, capiendis pecuniis statuit modum vsq; ad dena sestertia, quæ egressi, repetundarum tenerentur. Qui locus tribus verbis corruptus est in exẽplaribus, quę circunferuntur. His verbis Tacití apparet Vlpianum licitã quantitatẽ appellasse eam quæ Claudiano Senatusconsulto præfinita erat eo tẽpore quo aduocati inuidia maxima flagrabãt ob delationes & perfidiã præuaricãtiũ. Dena autẽ sestertia dena millia nummũ sestertiũ valent, vt satis ostẽdimus. hoc est centies cẽtenos sestertios. Atqui nos alibi docuimus & ratione & auctoritate singulos aureos cẽtenos valuisse nũmos, hoc est vicenas quinas drachmas, ita vt auri ad argentũ proportio maior esset duodenaria. Quare planum fit dena sestertia & cẽtenos nũmos eandẽ fuisse summã, sed Vlpianus aureos dicẽdo tẽporis sui consuetudini seruiuit iam obsoleto more loquendi per sestertia. In cap. Nõnulli, de accusationibus, Digestis, Pauper dicitur qui minus q̃ quinquaginta aureos possidet. Quinquaginta aureos auri libra intellígo, propter Hermogenẽ eius dicti auctorẽ, qui æqualis Alexandri Imperatoris fuit. In lege Si duobus cõmunia: de legatis, Iustinianus varie precia mãcipiorũ taxauit: minimũ autẽ preciũ nõ infra. XX. solidos: maximũ nõ supra octoginta intendit: solidos non dubie aureos eius temporis intelligere debemus, qui subsesquupli erãt priscorũ aureorũ, ita vt triceni solidi vicenos aureos valerẽt. Qua ratione fit vt minimũ preciũ serui triginta nostri aurei fuerint, summũ autẽ centũ & vigintí: quę ęstimatio lõge minor est illis, quas in prẽcedẽtib⁹ ex Plinio & aliis collegi, preciis scilicet iã rerũ omniũ deminutis: sed nec illi aurei recentiores auro obryzo signati

Lex Cintia.

ſunt vt antiquí:ex quo apparet recẽtiores príncipes nomíſma bífariam minuíſſe,pondere ſcílicet & aurí índicatura:quomodo & noſtrí fecerunt,& totus deniq; occídentís orbis,íd quod inſtitutum aíunt,ne aurum molliſſimũ & argentum purum quod duodenarium appellant,vſu ac collybo deterere tur.Plínius auctor eſt Líuiũ Druſum ín Tríbunatu plebís octauã partem ærís argento míſcuíſſe.Et rurſus alíbí,Míſcuit (ínquit) denarío Tríũuir Antonius ferrum:míſcentur æra falſę monetæ,alíi e pondere ſubtrahunt.

Dénarius noſter.

Inde eſt vt opínor quod hodíe multí denaríí antíquí huíuſmodí extãt,e matería míſcellanea.Denarium nunc appellamus Caroleum nummũ argenteum,quí ãtíquũ ſeſtertíum valet.Aſſem autẽ appellare poſſumus,quẽ duodenarium vocamus,& íta ín partes díuídere, vt antíquí ſuum aſſem díuídebant,ín ſuí generís partes,quadrantes ſextanteſq; dícentes. Síc vncíæ loco erít denaríolus,quẽ Græcí chalcum dícũt.ſíc quínarius & ſenarius, vel quincunx & ſemís , quí quínos & ſenos denaríolos valent ſeſtertíos dudum ſignauímus,quí duos ſolídos & ſemíſſem valerent,ſed íã rarí víſuntur,facti enim non placuerunt:extant & trepondíí prídẽ ſignatí groſſí,Curíí vocatí ab auctore prædíuíte auorum memorıa.Centuſſem dícere poſſumus pro ea ſumma quã alternís prope verbís negocíatores cẽtum ſolídos appellãt, vt decuſſem pro decem.Lícet enim verba antíqua ín vſum noſtrum ínterpolare,quæ quídem æuí ſítu non putída facta ſint. Vídímus poſt quadrienní ũ edictumpręconío promulgatum,quo omnibus nomíſmatís príſcís vſus abrogabatur,tam noſtratíbus q̃ externís: perínde quaſí nullus nummus locabílís eſſet,quí non æqualís noſtræ memoríæ fuíſſet,quod edictum vníus hominís ímpotẽtía príncípí extuderat, quí omnía pene omniũ magíſtratuum munía ſuí íurís ac poteſtatís fecerat,quum muneris ſuí víces proprías vix tertío quoq; actu obíret.Sed q̃uis mínax ac tumultuoſum pręconíum, cõſenſus hominũ íure optímo neglexít:præſertím auctore ſublato de medío.Quod enim tandem edictum íníquíus excogítarí potuít, & ín maíores noſtros magís íníurium, q̃ monumenta memoriãq; Regum perpetuo delerẽ? Eo enim mandato íd agebatur , vt optímum quodq; nomíſma conflaretur,& índe pecunía notæ omníno deterıorís quaſſaq; ſignaretur.O ímprobum ínuentum,& ſi fierí poſſet memoríæ hominum exímendum.Olím magíſtratus Romaní,& poſt eos Repub. ſublata príncípes Iconícos ſe fingí ín nomíſmate volebant,quaſí nomen ſuum latíſſíme longíſſímeq; proditurí:quo nomíne ad noſtram vſq; ætatem permãſit eorum memorıa,velut ſtatuís per totum orbem erectís.Quod cum noſtrí príncípes olím ímítatí eſſent,ſímílem eís gloríam ætas noſtra ínuídíſſe olím dictítabitur,vníus hominís vel paucorum crímíne,tametſi vtínam ípſe ſęculum ſuum noſtrumq; hac vna nota ínuſſiſſet.Huíuſmodí hominum vel temerítatem,vel ruſticítatem arguít lex príma de veterís nomíſmatís poteſtate , vndecímo líbro Iuſtíníaní Codícís,hís verbís,Solídos veterum príncípũ veneratíone formatos , íta tradí ac ſuſcípí ab emẽtíbus & díſtrahentíbus íubemus , vt níhil omníno refragatíonís oríatur,modo vt debítí põderís ſint & ſpecíeí probæ: ſcíturís íís quí alíter fecerínt,haud leuíter ín ſe víndícãdum. Verũ ea quæ díxímus de amphora & menſurís cæterís, rurſus ín dubíũ vocabuntur, cũ

Nomíſmata ãtíqua peſſímo inſtítuto, noſtro tẽpore alíquãdíu abrogata.

χαλκός. Chalcus.

Cẽtuſſís.

locus ille Plinii succurrerit vbi de vino Opimiano loquitur. Quare etsi procul a me abesse suspitionẽ illam volo, quasi more hominis obtrectare gesti entis & delatoria (vt dicitur) curiositate in cõmentarios inquisiuerim scriptorum nostro sæculo clarissimorum, atq; existimatissimorum, facere tamẽ nequeo, quin in operis huius coronide Hermolaum Barbarum virum summa laude dignum, iterum ad disquisitionem doctorum hominum reuocem. non q̃ manibus virorum doctorum diem dicere gaudeã, qui vadimoniũ obire apud superstites nequeunt: sed q̃ veritatem asserere in lucem volens, locupletes eius rei vades, quos nobis viuens reliquit, citãdos omnino ad hoc iudicium duxi. Præuaricationis enim insimulari aut certe oblíuionis possem, si locum illum Plinii silentio præterirem, qui vt ab Hermolao intellectus est, id quod nos diximus de vncia euertit, ob quod omnino fuit res in iudicium deducenda. Plinius igitur lib. xiiii. de vini generibus loquẽs, quæ in auctoritate fuerunt. Alicui anno (inquit) fuit omnium generũ bonitas. L. Opimio Consule. cum C. Gracchus Tribunus Pl. seditionibus agitatis interemptus, ea cæli temperies fulsit (coctura vocant) solis opere, natali vrbis sexcentesimo trigesimo quarto, durantq; adhuc vina ducentis fere annis in speciem redacta mellis asperi. Etenim hęc natura vinis in vetustate est. nec potari per se queunt, nisi peruincat aqua, vsq; in amaritudinem carie indomita, sed cæteris vinis commendandis minima aliqua mixtura medicamenta sunt. quo fit vt eius temporis ęstimatione in singulas amphoras centeni nummi statuantur. ex iis tamen vsura multiplicata semissibus quæ ciuilis ac modica est, in C. Cæsaris Germanici filii principatu annis centũ sexaginta singulis vncias vini constitisse nobili exemplo docuimus, referentes vitem Pomponii Secundi vatis, cœnamq; quam principi illi dedit. tantum pecuniarum detinent vini apothecæ. Hunc locum ita legit Hermolaus, & ita se emendasse testatur, quem in altera editione enarrans post explicatam de vsuris retractationem, vt redeamus (inquit) ad propositum, si amphora, id est (vt Festo placet) octuaginta vini libræ, sub Opimio centum nummis valuit, faciunt autem octuaginta libræ nongentas sexaginta vncias, efficitur vt semisses vsuræ hoc est nummi seni annorũ centum sexaginta nongentos sexaginta nummos inferant, atq; ita singulæ vini vnciæ singulis nummis vsuris nomine constiterint. Hactenus ille cum dixisset, quasi penso suo absoluto, ad alia transit, cum magna (vt videtur) securitate compertæ rei defunctus. Primum siue hoc dixerit Festus, siue non. id quod datur accipio, id est vini amphoram octuaginta librarum esse, hac enim ratione efficitur vt sextarius sit vnciarum viginti. Nam quum duodequinquaginta sextariis amphora impleatur, si libris duodequinquaginta totidem besses addas, vt sint duodequinquagies vicenæ vnciæ, fiunt octoginta libræ. Quin & ipse Hermolaus in priore editione, Amphora (inqt) vini quadrantal latine dicta Festo Pompeio, congios octo continebat, id est sextarios. XLVIII. sextarius vncias viginti Festo, sed Africano libras duas aut tres, nunq̃ tamen plures duabus heminis. ita fit vt singulæ amphoræ. lxxx. Festo, vel .xcvi. Africano, aut certe. cxliiii. vini pondo capiant, quibus in. xii. vncias resolutis, efficiuntur autem nongentæ sexaginta vnciæ, si

Locus Plinij de vino Opimiano.

Diem manib⁹ dicere, est mortuorum animas accusare, cum iã non possunt apud viuentes criminibus obiectis respondere.

Vades locupletes sunt fideiussores idonei i causis criminalibus dati.

Hic metaphorice scripta probata intelligũtur.

Coctura.

octoginta pondo sunt,aut mille centum quinquaginta duæ, si nonaginta sex,aut mille septingentæ viginti octo,si centum quadraginta quatuor. Ex quibus verbis tametsi ambigere magis q̃ rationem colligere doceamur,tamen (vt dixi) quod a me stat, id cupide accipio, & in rem meam verto. hac enim auctoritate probo sextarium vel dipondium fuisse id quod astrue re conor,vel certe vnciarum viginti,cum apud Plinium legatur quindecim vnciarum esse,id est libræ & quadrantis,quod nullo alio testimonio subsistere potest. Verum illud non concedo,vt vncia vini duodecima libræ pars sit:nec in sextario vncias vini viginti esse dico, sed duodecim,& in amphora quingẽtas septuaginta sex,quas Hermolaus nongẽtas sexaginta esse putauit. id quod ante ex Martiale abunde probatum est: alioquin sextarius qui citra controuersiam in duodenos cyathos diuiditur, non vnciarum vicenum,sed duodenum tantum esset, si vncia vini apud Plinium ad pondus non ad mensuram referretur, quod nec Pliniano sextario, nec Pompeiano congruit,quodq; Hermolaum non animaduertisse mirũ est,præsertim cum Plinium in manus accepisset.quota est enim vncia pars libræ, tota est cyathus sextarii. & vncia tam ad quotam partem, q̃ ad pondus refertur apud auctores: & (quod maius est) interdum ad longitudinem vel crassitudinem,vt in primo libro ostẽsum est a nobis.Plinius libro.xviii. de medica loquens, Si sit humidum solum herbosum ve,vincitur,& desciscit in pratum, ideo protinus altitudine vnciali hærbis omnibus liberanda manu potius q̃ sarculo. Vncialem altitudinem pollicarem intelligo, id est digiti & trientis vt Frontinus auctor est. Nimirum Hermolaus blandiente calculo deceptus est:siquidẽ cum centies sexagies senos nummos cum octuagies duodenis vnciis ad vnum quadrare subducenda ratione inuenisset,ilicet non excussum quod arridebat admisit: vltra enim addubitare eum non sinebat deprehensæ vsurarum rationis fidutia gestiens: quod tamen affirmare vereor, ne plenum sit audaciæ. Ipse enim Hermolaus de altera sua editione ad Antonium Caluum scribens Venetum Patricium, ita inquit, Peruenit quidem res ad vmbilicum, sed nullus tamen dies est quo non fiat aliqua accessio:nunc cum impressoribus agitare cœpi lente,de industria rem differens,vt diutius in fermento sit:nihil time,diligẽtiã adhibiturí sumus,qualem in altera editione prætermissam sæpe mecum questus es. Et paulo inferius,Multo autem(inquit)plus operis & laboris adii q̃ putabam, quod omnium rerum quæ in cælo & sub cælo sunt gnarum esse oportet qui Plinium profitetur intelligere,tanto magis qui castigare. Hæc verba significant Hermolaum magnam animaduersionem adhibuisse secundæ castigationum editioni. In hoc igitur loco ego numerũ nummorũ deesse dico, sicut & in aliis quibusdã locis apud Plinium, qualis est ille libri decimiseptimi in principio de Lucii Crassi domo. Et lib.xxxiii. de argento Carthaginí imperato, vt in superioribus adnotauimus. Quare sic legendũ puto, Qz vt eius tẽporis æstimatione in singulas amphoras cẽtenì nummi statuãtur,ex iis tamen vsura multiplicata semissibus quæ ciuilis ac modica est in C. Cæsaris Germanici filii principatu anno cẽtesimo sexagesimo singulas vncias vini cõstitisse nobili exẽplo docuimus,vt sensus sit apertus hoc modo,& omino

Locus Plinij emendatus

extricatus,sicq; Plinii locutũ intelligam?.Quare si eius tẽporis.vel sic, Verũ si temporis Opimiani estimatione in singulas amphoras cẽtenos nũmos statuas,ex his tamen vsura multiplicata semissibus in C.Cæsaris principatu anno centesimo sexagesimo,& reliqua.Verba sunt enim Plinii coniectura assequentis id quod dicit,Si(inquit)Consulatu Opimii vinũ illud centenis nummis valuit,(id quod verisimile est)& interusurii semissiũ ratio habeatur,necesse fuit anno centesimo sexagesimo,quo tempore Põponius cœnam Caligulæ dedit,vncias vini singulas tot nummis constitisse. Hermolaus hunc locum castigans duo verba mutauit,illud quo fit pro quod vt,& singulis pro singulas legens.Anno autẽ centesimo sexagesimo lego,sensu ita exposcẽte,& alioquin ab antiquo vno exemplari admonitus. Hic etiam periclitari libet & aliquid comminiscí,vt ineundę huius rationis formã aperiamus,vtq; si nobis collimare non cõtigerit,post nos existat aliquis qui a scopo non aberret:sic enim artes cõsumatę sunt,aliis super alios cõmentãtibus,animorũq; contẽtio ad eã tandẽ peruenit quã Græci Eustochiã,id est animorũ vel oculorũ intentionẽ non aberrantẽ appellãt,nostri collimationem dixerunt,quasi tragulam quandã perspicaciæ ad inuẽtionis scopulum limis oculis intẽdentiũ.Q̃q̃ sunt qui collineationẽ appellare eam malint,a lineis visualibus in vnũ locum cõtentis.Hoc veluti iure gentiũ vtentes,post doctissimorũ hominũ sentẽtias,& nostrã in mediũ sæpe in hoc opere attulimus:nec qui post nos sententiam dicturi sunt,assentiendi magis q̃ cẽsendi exemplũ amplectẽtur si operã prolixe literis impẽderint,alioquin chartarũ inani dispendio tot libri noui sub prę̃la quotidie mitterẽtur. Id modo ne referat Gallus an Italus sit qui ad scribedum animũ appulerit. Quod non ideo dico,quasi hoc nobis instituto Italia literarũ bonarũ magistra interdixerit,quæ nulli non laudem suam benignitate summa vt bona quoq; sua impartit:sed nostratiũ hominũ improbitas memoriæ semper obuersatur,cui nunq̃ satis videbor respondisse:qui vtinã ipsi tam Italos q̃ Italiam amauissent:melius enim(vt arbitror)& nobis & honori suo cõsuluissent.Semisses igitur vsurę centũ &.LX.annorũ,id est centies sexagies seni nummi(vt Hermolaus dixit)nongentos sexaginta nummos efficiunt,quibus si sors addatur(quam ipse omisit)fiunt mille & sexaginta. Ita Hermolai ratio procedere non potest,cum sortis & vsurarum ratio habenda sit.In amphora autem octo & quadraginta sextarios esse constat, & duodecim cyathos in sextario, quos numeros si inter se ducas, fiunt cyathi quas vncias Plinius dixit, quingenti septuaginta sex. Si ergo apud Plinium sic legas, singulas vncias binis constitisse, & subintelligas nummis : quod fieri ex præcedentibus potest,duo & nonaginta nummi plures erunt, q̃ vt summa eorum duplicata mille & sexaginta nummis ad vnum congruat. Summa enim cyathorum duplicata mille centum & quinquagintaduo erit. Ita Plinius duobus & nonaginta nummis vsuras auxerit.q; si vsuras vsurarum reputemus,octauo quoq; anno & quinto mense anatocismus renascitur, id est cẽtesimo & vno mẽse:qua ratione centũ annis vsura subnascens, duodecies senos nummos peperit, id est duos & septuaginta, & sexaginta annis paulominus duos & quadraginta, qui fiunt simul pro fœnore iterato cen-

Collimare.

Eustochia.

Italici.

Anatocísm⁹ antiquis vsitatus.

tum & quatuordecim. Ita Plínius exacte vídetur ratiõẽ ſupputaſſe. Anatocíſmum autẽ vſitatum fuíſſe antíquis notíus eſt q̃ vt oſtẽdere neceſſe ſit: quapropter fortaſſe non víní apud Plínium ſed bínis legendũ eſt. Nam víní verbum omníno eo in loco non congruit vt ſuperuacaneũ: ſic fiet vt ſextarius quatuor & vígintí nummís conſtíterit, íd eſt ſolídís noſtrís vígintí, quod omníno magnum fuit precíum, cum ea ratíone amphora, quæ octaua pars eſt modíí noſtratís, duodequínquagínta francícís conſtíterit, qui hodie quatuor & vígintí ducatís valent: cum nemo noſtra memoría apud nos bínos modíos víní plurís vendíderít quantumuís cara annona: íta víní precíum centum & ſexagínta annís duodecíes pene multíplícatũ erat, cum ſíngulę amphoræ míllenís centenís quinquagenís bínís nummís vẽderentur. & tantí cyathus poſt tot annos vendítus eſt quantí ſub Opímío ſextarius vendebatur. Hæc ratío etſi ſpecíoſa vídetur, tamen admittendam affírmare non auſim. Adhuc ením íta ratío ínita eſt quaſi non modo íncolume vínum: ſed etiã non ímmínutũ fuerít. Níhíl ígítur ex amphora centenum nũmum Plínius deperíiſſe centum ſexagínta annís exíſtímauít, præſertím cũ ad craſſítudínem mellís aſperí redactũ eſſe dícat. Ego vero ex vino noſtro conjecturã faciens íd vínũ ad ſeptímas mínímũ partes exuctũ fuíſſe cẽſeo: cuí díſpendío ſí nunc addas íd quod íntercídít in alía atq; alía vaſa ſemper etíam ípſa alíquíd ſorbentía, tranſfundẽdo, íd quod tot annís neceſſe fuít, totíesq; mutatís domínís & apothecís: vix decímam quanq; amphorã poſt temporís tantam íntercapedíné reſíduã fuíſſe credo, vt fortaſſe non bínís nũmís ſed vícenís legendũ ſít: íd verba ípſa Plínií míhí ſígnificare vídétur, cum ínquít, Tantum pecuníarũ detínẽt víní apothecę: nec alía res maíus íncrementũ ſentít ad vícesímũ annum, maíus ve ab eo díſpendíũ non proficiente precío. Vína ením ſignificat ad vícesímũ annũ íta cõmode veteraſcere, vt vſuras etiã ſemíſſes penſítare poſſínt: ſed ſí vltra aſſeruẽtur, vt nullo precíí augmẽto mírũ in modũ deminuãtur. Sic ígítur colligo quaſi ípſa per ſe carius cõgios octonos quos amphora capít, ad totidẽ ſextarios cõtraxerit ęuo ípſo abſorbente, deínde vt díffuſionís & tranſuaſationís díſpendíũ ſextarios ad beſſes aut dodrantes redegerít, teſtís ípſís ſemper cõbíbentíbus. Hís duobus íntertrímẽtís ſí ſpecímina guſtantíbus data, íacturamq; cauponatíonís heminarıæ quadrãtarıæq; addíderís, & quod alías íntercídít, quís íã addubítet ad vícenos nummos precíum in vncías extendere, quod ſemíſſes vſuræ ad bínos nummos & vltra íntenderant? Id quod ſí admittamus, ſextarií ſíngulí nummís ducenís quadragenís cõſtíterunt, íd eſt ſexagenís denaríís. Qua ratíone precíũ paulomínus centũ & vígintí partíbus auctũ eſt cẽtum & ſexagínta annís, quod fortaſſe nõ íncredíbíle erít, ſí quís reputet q⁹ mínima alíqua mixtura (vt Plínius díxít) medícamẽta erant cæteris vínís cõmendandís, vt portíone per hoc magna exorptũ vínũ eſſe íntellígamus: ín quo exucto líquore víní vís remãſiſſet íncolumís & víuída. Hoc quũ admíratíone dígnũ eſſet, ídeo Plínius rettulít, íta vt nobíle exẽplũ vẽdítí plurímo víní appellet. íd tamen mínus mírum facít píſcís mullus Romę ab homíne príuato octo míllíbus nummũ emptus, íd eſt ducentís aureís noſtrís. Hoc ením creditu difficílíus eſt q̃ amphorã víní prę̃ſtãtíſſímí & medícamẽ

tarii ducentis & octoginta octo aureis veníſſe. Tanti enim amphora ſupra dicta ratione conſtitit. Hanc etiam opinionẽ adiuuare poteſt id quod Plíni us lib. xii. inquit de Opobalſamo loquẽs his verbis, Nec manifeſtior alibi fraus, quippe millibus denariũ ſextarii empti vendẽte fiſco, trecentis denariis veneũt. Si enim Plínii tempore cum largior iam fœtura ſucci eius erat, ſinguli ſextarii ſynceri líquoris cẽtenis aureis vendebãtur, non magnopere mirum eſt inuſitatę atq; omni æuo inauditæ vetuſtatis vinũ, quod medicamenti loco cederet, ſenis aureis vænũ iiſſe. Verum illud ipſe miror, q̃ anno Opimiano, id eſt natali ipſo vini Opimiani, Plínius ſingulis amphoris cententenos nũmos taxandos exiſtimauit, qua ratione culeus noſtras, id eſt ſeſquimodius Pariſinus tribus argẽti libris valuit, hoc eſt trigínta aureis noſtris. Q̃ ſi eo anno omnium generũ bonitas fuit in Italia, cuius tot vini nobilitates Plínius libro ſupradicto enumerauit: quonã modo fieri poteſt vt tanti amphora venierit? præſertim cum feraces vites habuerit vt idem auctor tradit. quippe in Gallia vt gelicidium, vredo & ſideratio ſequens, & has cæli iniurias procella excipiens, ſummam caritatem inferant, id quod memoria mea non ſemel cõtigit: nemo tamen meminit hac in vrbe modium vini qui amphoras octo capit pluris duodecim aureis vænire, dũtaxat vernaculi. Tametſi hic habeamus omnium prope generum, id eſt albi, helui, & intenſe rubentis nigriq;, quæ nulli importatorum cedunt duntaxat quotidiæ vſu menſæ, verum precio aliquantulũ cedant nõnullis importatis, quæ ſtrenuiora eſſe credũtur titillandis palatis. Vinoſiorũ hoc hominũ iudicio factum, qui vina noſtratia, id eſt agri Pariſini mucrone obtuſiore eſſe dicti tant, nec ſatis lancinare linguas guſtu feruido & acuto. Alioquin ſanorum iudiciorum conſenſu conſtat vina Francica, id eſt vineti Pariſini omnibus numeris bonitatis præcellere, tametſi halitu vt illa externa vertiginem non cieant Sed ne illa quidem aduentitia & caput tentantia quauis inopia vini ſupradictum precium excedunt. quod de iis intelligi nolo quorum ſingulę potiones vno conuictu dantur. Qualia ſunt Luſitanica, pſeudocretica, & omnino quę ſapæ vice ſumuntur: & pro Liberi bellariis cedunt. Verũ de precio vini audiamus Col. ſic dicentẽ lib. iii. Quippe vt deterrimi generis ſint vineæ, tamẽ ſi cultę ſint, ſingulos vtiq; culeos vini ſingula eorũ iugera perę quabunt, vtq; trecentis nummis quadragenę vrnę væneãt (quod minimum precium eſt annonę) cõſument tamen ſeptẽ culei ſeſtertiũ duo millia & centum nummos. Ea porro ſumma excedit vſuram ſemiſſium. Atq; hic calculus quem poſuimus, græcini cõtinet rationem. ſed nos extirpãda vineta cẽſemus quorum ſingula iugera minus q̃ ternos culeos prębent. Minimũ precium annonæ Columella eſſe dicit cum trecenis nũmis quadragenæ vrnæ vęneunt, id eſt viginti amphoræ, quod perinde eſt ac ſi dixiſſet quũ ſingulæ amphorę quinis denis nũmis vęneũt. Si igitur viliſſima annona vinum in amphoras quindecim nummis erat: exiſtimo mediocri annona amphoram tricenis nummis vendi ſolitam, vt ſumma fuerit annona, quadrageniquini vel quinquageni nummi, dira & prodigioſa etiam ſexageni, aut ſummum ſeptuageni. Sed caritatis annonæ ac vilitatis ratio duplex, alterã copia & penuria moderatur: alterã prima vltimaq; nota mercis facit. Huius igitur

Opobalſami precium.

Vini precii apud antiquos.

loci explicatio sit in medio posita, vt pro captu cuiq; comminisci quicq̃ liceat: ne in immensum excrescat hic liber si lites litibus resoluere pergeremus. esse enim huius incœpti eam rationem videbam, vt si indulgere stilo voluissem, connexa rerum series in altum sæpe relatura nos esset, ac nihilo secius tamen libens feci vt locum quendam ex eo libro Columellæ transcriberẽ, propter insitam ac peruulgatã opinionẽ inter nostros de vitiũ cultu, & eius agricolationis alea. Is igitur auctor docere volens vberrimũ esse vinearum reddituũ, Atq; vt omittã (inquit) veterẽ illam felicitatẽ aruorũ, quibus & ante iam M. Cato, & mox Varro Terentius prodidit singula iugera vinearũ sexcenas vrnas prębuisse: his certe temporibus & Nometana regio celeberrima fama est illustris, & præcipue quam possidet Seneca vir excellentis ingenii atq; doctrinę, cuius in prædiis vinearũ iugera singula culeos octonos reddidisse plerũq; compertũ est. Nam illa videntur prodigialiter in nostris Ceretanis accidisse, vt aliqua vitis apud te excederet vuarũ numerũ duũ milliũ, vt apud me octingẽtę stirpes insitę intra bienniũ septenos culeos perequarent: vt primę vineę centenas amphoras iugeratim præberent cum prata & pascua & syluæ si cẽtenos sestertios singula iugera efficiant, optime domino consulere videantur. Nam fruměta maiore quidẽ parte Italiæ quando cum quarto respõderint vix meminisse possumus. Sic enim legitur. His verbis Columella clarissimus auctor rei rusticæ testatur nullũ genus agriculturę aut prędii fructuosius esse vinea. Ostẽdimus supra iugerũ minus esse besse arepẽni Parisini, q̃q̃ Columella libro sexto dicat semiugerũ a Gallis arepennã vocitari. Et idem auctor censet extirpandũ vinetũ esse quod minus tribus culeis prębeat in iugera, id est sexagenis amphoris, Varro lib. primo, In qua terra (inquit) iugerũ vnum denos & quinos culeos fert vini, quot quædã in Italia regiones? Sed vt has Varronis vineas rarę felicitatis omittamus, Senecæ vineas Columel. octonos culeos ferre solitas tradidit, id est centenas & sexagenas amphoras in iugera. Quod quia rarum fuit: rursus iis omissis alias videamus quę mediocres habebãtur, id est quæ centenariæ erant quinq; culeos reddentes iugeratim. Vt igitur centenas amphoras, id est duodenos modios nostros & semodiũ: vinea mediæ notæ præbuerit, & singulis amphoris minimum annonę preciũ statuamus, id est quinos denos nummos, mille ac quingentos nũmos annuersario vectigali reddidit. Q7 si mediocrem annonã ęstimare velimus, hęc summa duplicabitur, vt sint ęre nostro quinq; & septuaginta aurei coronati: hodie ex iugero & triẽte Romano, id est iugero Parisino, si quis centenas amphoras annuatim ferret, id est duodecim modios nostros & semissem duntaxat vini non minimę notę, quã nostri familiarẽ appellãt, hic baccho litasse dictitaretur, rariq; sunt in hoc agro qui tantũ percipiãt etiã infimę notę, & tamen apud Columel. hic reddit9 iugeri Romani mediocris inuenitur: quare planũ fit vinearũ cultũ apud nos nõ suopte vitio, sed cultorũ, dãnosum existimari. Quũ enim hic fere rei rusticę tractationẽ ignoremus, & qui nobis fodiũt & putãt, omnia ex cõmodo suo faciãt, fit plerunq;, vt nec exacte nec tẽpestiue cultus vitiũ absoluatur, quũ in vrbe existẽtibus dominis opus in agro fiat. Propterea Plinius libro decimooctauo, Profecto (inquit) opera, non im-

De cultu vitium.

penſa cultura conſtat, & ideo maiores fertiliſſimum in agro oculum domini eſſe dixerũt, atq; ita loquor quaſi vinitores peritos habeamus: cũ vix decimus quiſq; artem ſuã nouerit. Inde fit vt ſumptus vineę fructũ ſæpe deuoret. quod tamẽ ne deterrimo quidẽ cultu iis contigit qui vitiferũ ſolum eligere nouerunt: ſed cum iam omnis collis campusq; vitibus cõueſtiatur, neceſſe eſt inſciis cultoribus plurima vineta non reſpondere, preſertim in hoc tractu in quo carbũculatio a gelicidio alternis prope annis ſentitur. Quare cum a prima germinatione vſq; ad quintũ Nonas Maias (qui dies plerũq; vltimus eſt decretorius vitibus) gelicidiũ timeatur, & huic periculo exemptis iterum vis maior impendeat, quæ nullo non anno alicubi ſtragem infert, ſimul vredine ab æſtu caniculę, aut aquę cæleſtis inopia vuæ ſæpe retorreſcant: id quod cum hæc proderem egregium prouentum vinearum bona ex parte perdidit, niſi aut diligẽtia aut felicitas adiuuet, eſt fere quod expenſum vitibus queribundi feramus. Quanta autẽ priſcorũ frugalitas & q̃ ſtrenua fuerit diligẽtia in agricolatione, ex lectione Varronis & Columellæ in vniuerſum patet, cuius velut vnũ ſpecimen illud annotaſſe ſatis erit, quod Varro lib. primo de vinearũ cultu loquẽs, ita inqt, Saſerna ſcribit ſatis eſſe ad iugera octo hominẽ vnum. Et Columella lib. xiiii. Nã vt ampliſſimas impenſas vineæ poſcant, non tamen excedunt ſeptẽ iugera vnius operam vinitoris. Hodie autẽ quotus quiſq; vinitor tribus iugeribus ſufficit? Ita fit vt vineas non vinitoribus colendas locemus: ſed cultorum mancipibus. Propterea in agro Pariſino vineta magno excoluntur, cum multis in locis Galliæ paruum ſumptum q̃uis feraces vites poſcant. Quod & incuria dominorum, & ignauia vinitorum ita inueteratũ eſt, vt conſtitui apud nos res ruſtica nequeat, ruſticis vnanimi cõſpiratione tuentibus quod a maioribus acceperũt. Verũ (vt ad Plinium redeam) ſi centenos nummos in amphoram ſtatuamus anno Opimiano, & centenas amphoras in iugerum, qui mediocris eſt prouentus Columellæ, videamus quonam tandem reddítus euaſurus ſit, Cẽties cẽteni nũmi decẽ millia nummũ fiunt, quę nos ducẽtis quinquaginta aureis æſtimare ſolemus: quo fit vt nõ immerito vt opinor Pliniana exemplaria eo in loco ſuſpecti poſtularim, quomodo & in aliis nõ nullis locis officio (vt mihi quidẽ videor) ſtudioſi hominis functus qui in mediũ cõſulit. Nam illud Columellæ in loco a nobis antea citato, Nã fruJmenta maiore quidẽ parte Italiæ quando cum quarto reſpõderint, vix meminiſſe poſſumus: cum quartodecimo legendũ eſſe notius eſt q̃ dici debuerit, ex Varrone lib. primo cuius hęc verba ſunt, Quare obſeruabis quantũ in ea regione cõſuetudo erit ſerendi, vt tantum facias quantũ valet regio ac genus terræ, vt ex eodẽ ſemine aliubi cum decem reſpondeat, aliubi cum quindecim, vt in Hetruria locis aliquot. In Sybaritano dicunt etiam cum centeſimo redire ſolitum. Nec mirum id Italiæ tribui cum Plinius tradiderit agrum Babylonium cum quinquageſimo fœnore meſſes reddere, diligentioribus agricolis etiam cum centeſimo. de quo Herod. in primo ita inquit, τὴν δὲ τῆς Δήμητρος καρπὸν ὧδε ἀγαθὸν ἐκφέρειν ὅστε ἡ βαβυλωνίη χώρη, ὥστε ἐπὶ διηκόσια μέν τὸ πλέθρον ἀποδιδοῖ, ἐπεὰν δὲ ἄριστα αὐτὴ ἑωυτῆς, ἐκείνη ἐπὶ τριηκόσια ἐκφέρει. Id eſt, ad cerealem autem frugem vſqueadeo bona eſt regio Babylonia, vt plerunque du-

Rurſus de vini Opimiani precio.

Fertilitates ſoli memorabiles.

cena reddat:vbi autem bonitate ſeſe ipſa vincit, ibi etiam ad trecena. Plínius líbro quinto,Líbyphœnices appellautur qui Byzantium incolunt.ita appellatur regio.CCL. millibus paſſuum per circuitum fertilitatis exímiæ,cum centeſima fruge agricolis fœnus reddente terra. Et líbro.xviii. Tritici fertilitas in Africa. Tritico nihil eſt fertilius,hoc em̃ natura ei tribuit quoniam eo maxime adlat hominem.vtpote cũ e modio ſi ſit aptũ ſolum,quale in Byzantio Africę campo,centeni quinquageni modii reddantur, cum cẽteſimo quidem & Leontini Sicilię campi fundunt aliiq;,& tota Betica,& in primis Aegiptus. Hoc dictum Plinii non cõuenit cum verbis Ciceronis ſuperius a nobis citatis de agro Siculo,cum decimo reddente.Non hyperbolice igitur dominus & deus noſter in euangelio Matthæi capite.xiii. fructum ſummum ad centeſimam frugem auxit.Verba Plinii libro.xviii. hæc ſunt a Theophraſto ad verbum traducta, Babylone tamen ſegetem bis ſecant, tertio depaſcunt,alioquin folia tantum fierent.Sic quoq; cum quinquageſimo fœnore meſſes reddit exilitas ſoli:verum diligentioribus cum centeſimo. Sic enim Hermolaus recte emendauit.Theophraſtus libro octauo de ſtirpibus, τὸ δὲ γίπερ τὰ πρόβατα ἐπαφιᾶσιν.ὅντω γὰρ φύεται τὸν καυλόν, ἃ δὲ μή,φυλλομανεῖ,γίνεται δὲ μὴ καλῶς ἐργασαμένοις,πεντηκοντάχοα,τοῖς δὲ ἐπιμελῶς,ἑκατοντάχοα. Et tamen in antiquis exemplaribus & in impreſſis ante Hermolaum ſic legitur, Sic quoque cum quintodecimo fœnore meſſes reddit exilitas ſoli, verum diligentioribus cum centeſimo quinquageſimo. quod mirum eſt, cum ad verbum Plínius locum Theophraſti verterit, niſi q̃ duo illa verba exilitas ſoli apud Theophraſtum non ſunt, nec videntur conuenire, cum Theophraſtus pieram terram illam appellet, id eſt pinguem, & Plinius ipſe præpinguem & denſam, vt potius felicitas vel hilaritas q̃ exilitas legi debeat: & mirum ſit Hermolaum hęc verba ex Theophraſto agnouiſſe,cum exile ſolum contrarium ſit læto & affluenti. Quod autem ſequitur,neq; eſt cura difficilis, q̃ diutiſſime aquari gaudent, vt præpinguis & denſa hubertas diluatur, ſic emendandum cenſeo ex antiquo vno libro, q̃ diutiſſime aqua riganda. Plinii locus. Theophraſtus,ἢ δὲ ἐργασία τὸ ὠσπλεῖσον χρόνον ἐμμένειν τὸ ὕδωρ,ὅπως ὕλην ποιήσῃ πολλήν· πίεσαν γὰρ ὅσαν ἡδὴ πυκνὴν τὴν γῆν δεῖ ποιῆσαι μανήν.id eſt,cultus autem eſt vt q̃plurimo tempore reſideat aqua,& multam hærbę materiam faciat.Pingue em̃ ſolum & denſum oportet rarum fieri.Idem Plinius capite ſequenti,Similis ratio ſed felicitas maior Babylonię Seleucię,Euphrate atq; Tigri reſtagnantibus, quoniam ibi rigandi modus manu temperatur. Alioquin etiam aquari verbum hoc loco non conuenit.Cum de agro noſtro qui pinguiſſimus eſſe vulgo dictitatur, agricolas multos interrogarim, nunquam exculpere potui vt cum decima fruge reddere ſemen faterentur,niſi ſiquando ſumma anni vbertate id contigit, vel in nouali recens proſciſſo. Quo magis mira illa felicitas agrorum videri debet: ſed & in eo culpam aratorum noſtrorum eſſe crediderim:nam Varro cum quintodecimo in Hetruria reſpondiſſe dicit,quũ Columella,vix cum quartodecimo reſpondiſſe memínerit:quod nõ effœto ſolo,ſed negligẽtia agricolarũ factum puto,qui a priſtina diligẽtia iam Claudii Imperatoris vel Neronis tempore deſciuerãt, ſub quo Columel.ſcripſit.Verũ animaduertẽda Columellæ verba ſupradicta.

Cum prata(inquit)& paſcua & ſyluę,ſi centenos ſeſtertios ſingula iugera efficiant,optime domino conſulere videãtur.Ex quibus verbis coniici poteſt quãtũ ſeſtertius valeret: quippe hodie prata ſcim⁹ & vidimus,quę annuos quaternos Francicos atq; eo amplius domino penſitare ſolita ſint fœnificí in luſtrũ oblocata,ita vt cõmode ſecum eo pacto putet actum.Atquí centum nũmí æſtimatione noſtra duobus aureis & ſemiſſe valuerunt. Sed quoniã díximus qualis fuerit reditus vinearũ,reſtat vt videamus quantum fuerit precium. Columella líb.iiii.Vinitor licet ſit emptus ſex vel potius ſeſtertiis octo millibus,cũ ipſum ſolũ ſeptẽ iugerũ totidẽ millibus nũmorum partum,vineasq; cũ ſua dote,id eſt cũ pedamentis & viminibus binis millibus in ſingula iugera poſitas duco.Hís verbis Columella vineã conſerí in ſingula iugera tribus millibus nummũ ſignificat. quibus ſi operã vinitoris addas,quatuor iã erunt millia,ſine vſuris biennii ſemiſſibus quo vinea nouella ceſſat.Hæ ducentos quadraginta nũmos valent,ita ſingula iugera amplius cẽtenis aureis noſtris cõſerebãtur.Plínius vero in eo loco vbí Opimiani vini meminit,de arte colẽdæ vineę loquẽs,In noſtra (inqt) ætate pauca exempla conſumatę huius artis fuere.Verum eo minus omittenda,vt noſcantur etiã prędia quę in omni re maxime ſpectãtur.Summã ergo adeptus eſt gloriam Acilius Stelenus e plebe Libertina.LX.iugerũ non amplius vineis excultis in Nomentano agro. atq; æque quadringẽtis nummis vęnũdatis.Magna fama & Vetuleno Egílao vel potius Aegíalo perinde Libertino fuit in Campaniæ rure Linternino , maiorq; etiã fauore hominũ,quoniã ipſum Africani colebat exiliũ.ſed maxima eiuſdẽ Stelení opera Rhemmíũ Palæmonẽ alias grãmatica arte celebrem in hiſce.XX. annis mercatum.DC.millibus nũmũ,in eodẽ Nomentano.decimí lapidis ab Vrbe diuerticulo.Eſt autẽ vſquequaq; nobilitas vinetis per omnia ſuburbana,ibí tamen maxima . quoniã & neglecta per indiligentiam prædia perhauriat . Ac ne in peſſimis quidẽ elegantioris ſoli hæc aggreſſus exco lere,non virtute animí, ſed vanitate . Quæ primo notata mira in illo fuit. Paſtinatas enim de integro vineas cura Stelenũ imitatus , ad vix credibile miraculum perduxit intra octauũ annũ.CCCC.M.nũmũ emptori addicta pendente vindemia.cucurritq; non nemo ad ſpectãdas vuarum in iis vineis ſtrues,literis eius altiores,contra id pigra ciuitate ſibí patrocinante,nouiſſime Anneo Seneca principatu traditionis ac potentiæ quæ poſtremo nimia fuit ſuper ipſum,Minime vtiq; miraturí Anneũ tãto prędii eius amore captum vt non puderet inuiſo alias & oſtento futuro tradere palmam eam emptis quadruplicato vineis intra decimum fere curæ annũ . digna opera quæ in cecubis ſetiniſq; proficeret, quando & poſtea ſępenumero ſeptenos culeos ſingula iugera, hoc eſt ãphoras cẽtenas quadragenas muſti dedere. Ac ne quis victã in hoc antiquitatẽ arbitraretur,idem Cato denos culeos redire ex iugeribus ſcripſit.Hunc locũ (vt arbitror) ita legebat Hermolaus,in quo ex pridem impreſſis tria aut quatuor verba mutauit,vt videre eſt in eius caſtigationibus . & cũ prius. CCCC. nũmũ legeretur,ipſe millibus recte addẽdum cenſuit . Ego vero hunc locum mendis adhuc ſcatere puto,& duobus in locis ab Hermolao corruptum:quẽ quia emẽdari a me

Animaduertendus loc⁹.

Precium vinearum.

non posse videbam, transmittendũ diu censui: sed quoniã aliud exemplum non succurrebat vnde ostendere id quod nunc agitur possem, consiliũ mutaui. ita tamen vt obseruatis anxie antiquis exẽplaribus, & addito quod cõ
Pli. locus. miniscei potui, locũ aliquanto magis perspicuũ minusq; mendosum referrẽ. Hermolaus in altera editione hunc locũ declarare cupiẽs, Videtur (inqt) Steleni vinetum primo, CCCC. mil. vẽnisse: tum. DC. millibus, mercante Palęmone, non a Steleno, sed ab emptore primo: demũ quadruplicato precio cõparatum a Seneca. Ego aliter censeo. quare sic legendũ existimo, Sed maxima eiusdẽ Steleni opera Rhemmio Palæmoni alias grãmatica arte celebri in hisce. XX. annis mercato rus sexcentis millibus nũmũ in eodẽ Nometano: ex vetustissimo libro in quo hæc per datiuũ legũtur, Palęmoni & celebri, nec mercatũ sed mercatoriis, ex quo mercato rus legendũ duco. Alioquin frustra Plinius dixisset in eodem Nomentano, si de vineto superiore ipse intellexisset. Maxima igitur fama fuit Palęmoni opera Steleni. Est enim opera septimus casus non accusandi. nec Palæmon opera, id est agricolationes Steleni mercatus est: sed ad rus emẽdũ opera Steleni vsus est, qui iam documentũ industrię suæ ac solertię dederat vẽnũdato vineto CCCC. millibus nũmũ. Sequitur. Est autẽ nobilitas vinetis (vel mercis vt in omnibus antiquis legitur) per omnia suburbana, ibi tamen maxima, quoniã neglecta per indiligentiã prędia perhauriat: malim vt in antiquis & pridem impressis legitur, parauerat. hoc sensu, quũ alias vineæ magno ibi vẽnirent propter vicinitatẽ, tum illa maxime Palęmonis in precio erãt, quia illa cõparauerat negligentia dominorũ coli desita, ex quo noualium vice censebãtur. quod Plinius significat dicens eũ vineas pastinasse, quod
Pastinare quid sit. renouasse significat. vix tamen hoc congruit cũ Columel. lib. iiii. quum in ponenda vite restibilis vineti vltimã conditionẽ esse cẽseat. Quare fortasse Plinius vanitatẽ in eo arguit. sed vanitatẽ in eo intelligo potius q̃ vineas de integro pastiuauit quasi restibile vinetum & cariosum, quũ vineæ tãtũ neglectę indiligentia cultorũ fuissent, nec repastinatione indigerẽt. Et in-
Plin. loc. ferius, Cura Stelenũ agricolam imitatus, lego, cura Steleni dũ agricolam imitatur: sic enim antiqua habent exemplaria. Et rursus inferius, Cucurritq; non nemo ad spectãdas vuarũ in iis vineis strues, literis eius altiores pigra ciuitate sibi patrocinãte. In pridẽ impressis, altioribus pigra in ciuitate legebatur. Sed Hermolaus illud in expungendum censuit, & altiores legendum. hoc sensu, habuisse causam Palæmonẽ grãmaticũ quamobrem agrorũ curã literis anteponeret, cũ ad id desidiã ciuitatis sibi patrocinãtẽ videret. Ego autẽ altioribus reponendũ hoc modo censeo, Literis eius altioribus pigra vicinitate sibi patrocinante. hoc sensu, vt vicini quibus confines vineæ Palęmoni multo minus reddebant diligentia pari non excultę, referrent causam tanti prouentus in doctrinã Palæmonis, qui grãmatica arte celebris fuit, Satyrici testimonio qui inqt, Cede Palęmon. Et rursus, Odi Hanc ego quæ repetit voluitq; Palęmonis artem. Meminit & Quintilianus. Huc pertinet illud eiusdẽ Plinii lib. xviii. Caius Furius Cresinus e seruitute liberatus, cũ in paruo admodũ agello largiores multo fructus perciperet, q̃ ex amplissimis vicinitas, in inuidia magna erat ceu fruges

alienas pelliceret veneficiis,quãobrẽ a Sp. Alpino curuli die dicta metuẽs damnationem, cũ in ſuffragiũ tribus oporteret ire . inſtrumentũ ruſticum omne in forũ attulit,& adduxit filiam validam,atq; (vt ait Piſo) bene curatam ac veſtitã,ferramenta egregie facta, graues ligones, vomeres ponderoſos,boues ſaturos:poſtea dixit,Veneficia mea Quirites hæc ſunt, nec poſſum vobis oſtẽdere aut in forum adducere lucubrationes, vigiliasq; & ſudores:omniũ ſentẽtiis itaq; abſolutus eſt.Sic igitur vicinitas nõ nauatæ in cultu operę,ſed doctrinæ cuidã recondite tribuendã cẽſebat vberiorem fructuũ perceptionẽ.Sequitur,vt non puderet inuiſo alias & oſtento futuro tradere palmã eã emptis quadruplicato vineis . vbi in vetuſto alias regiones,& oſtentaturo legimus, in alio oſtentatur . quare legendũ cenſeo, inuiſuro alias regiones & oſtentaturo.vt intelligamus Palæmonem tanto precio ea regione exactũ,aliũ locum quęſiturum in quo oſtentare precium induſtrię ſuę poſſet . Reliqua ita corrupta cenſeo , vt ſenſus cõmode elici nequeat.Veniamus nũc ad id quod quęrebatur, Si ſexaginta iugera quadringentis millibus venierunt, quæ decem millibus aureorũ a nobis æſtimantur,ſex iugera mille aureis conſtiterunt, vt in ſingula iugera cẽtenos ſexagenos ſenos & ſemiſſem ſtatuere debeamus. Si hoc precium ex Columellę ratione æſtimetur,non video cur ſummã laudẽ propter hoc adeptus ſit Acilius,quod Plinius inquit.Propterea ſuſpectũ numerum habeo,nam & in quodã antiquo legi.LX.iugerum nõ amplius vineis excultis in Nomentano agro,atq; æque numero vęnũdatis,vt fortaſſe ſic Plinius ſcripſerit,atq; æque numero ſeſtertiũ vęnũdatis.Qua ratione ſumma laus fuit in ſingula iugera centenis millibus nũmũ vineã vendidiſſe,alioquin non magnopere creuiſſet preciũ,quod non cõuenit cum cultu ruris alterius,quod quadruplicato intra decimũ venditũ eſt,cuius etiã vindemia pendens quadringẽtis millibus nũmũ addicta eſt. Rus autẽ illud cuius Plinius modũ non poſuit,centuriã intelligo:de qua Columel.loquẽs ita inquit, Cẽturiã nunc dicimus (vt Varro ait) ducentorũ iugerũ modũ,olim autẽ ab centũ iugeribus vocabatur centuria. ſed mox duplicata nomẽ retinuit.Cato cẽturiam vitiariã poſuiſſe videtur centum iugerũ cũ inquit,habere oportere quindecim mancipia vinearũ iugeribus centũ. In oliueto modica centuria (inquit Varro) erat ducentorũ iugerũ.Ergo hic ſi centenariam vineã intelligamus,ſexcentis ſeſtertiis emptam,ſingula iugera in ſuburbano ſenis millibus conſtiterũt,id eſt centenis quinquagenis aureis coronatis,& precio quadruplicato intra decimũ annũ,ſexcenis , in quibus diligenti cultu eouſq; profectũ eſt a Rhemnio,vt octauo anno vindemiã pẽdẽtẽ in iugera centenis aureis venderit:quod Plinius miraculum vix credibile dixit.vt enim octonos culeos in ſingula iugera ſtatuamus, hoc eſt vicenos modios Pariſinos quinis aureis vindemia cuiuſq; modii conſtitit.Hæc tamen ſumma multo minor eſt ſuperiore ſi ſexagies ſeſtertiũ legamus, & rus cẽturiã fuiſſe intelligamus.De his vineis loquens Columella libro quarto,& Senecę blandiens tunc potentia & auctoritate apud Neronem pręualenti,ita inquit,His certe tẽporibus & Nomẽtana regio celeberrima fama eſt illuſtris, & pręcipue quã poſſidet Seneca vir excellẽtis ingenii atq; doctrinæ.

Pli.locus.

Centuria

Cuius in prędiis vinearũ iugera singula culeos octonos reddidisse plerũq; cõpertũ est. Ego aũt cõpertũ habeo in præfectura Parisiensi vineta esse, quę etiam hũc numerũ excesserint in singula iugera nostra, quæ illic sunt maxima. Igitur quadruplicatum precium quater & vicies sestertium fuit, quod nummo nostro sexaginta millia aureorum valet. ex quo apparet Senecam non frustra prędiuitem appellatum esse a Iuuenale. Nã & ipse apud Tacitum lib. xiiii. ad Neronem inquit, Quartusdecimus annus est, ex quo spei tuæ admotus sum, octauus vt imperium obtines: medio tẽporis tãtũ honorum, atq; opum cumulasti, vt nihil felicitati meæ desit, nisi moderatio eius. Et paulum infra, Ego ne equestri & prouinciali loco ortus proceribus ciuitatis annumeror? Inter nobiles & longa decora præferentes nouitas mea enituit? Vbi est animus ille modicis contentus? Tales hortos instruit, & per hæc suburbana incedit, & tantis agrorum spatiis tam lato fœnore exuberat? Vna defensio occurrit, q̃ muneribꝰ tuis obniti nõ debui. sed vterq; mensuram impleuimus: & tu quantũ princeps tribuere amico posset, & ego quantũ amicus a principe accipere. mihi subueniendum est, cũ opes meas vltra sustinere non possim. In hoc vitę itinere senex, & leuissimis quoq; curis impar, præsidiũ peto. iube opes meas per procuratores tuos administrari, & in tuam formã recipi. quod temporis hortorum, aut villarũ curæ seponitur, in animũ reuocabo. Verba sunt Senecæ ab amicis admoniti, q̃ ab inimicis apud Neronẽ insimularetur, quasi ingentes & priuatum supra modum euectas opes quotidie augeret vt Taciti verbis vtar. Instantem igitur perniciem prouidens, ad principem vltro adiit, immensi census cessionem facturus vt vitę consuleret, quod obtinere ei non licuit. Nunc si reputare velimus quantæ fuerint illę opes, audiamus Suilliũ Senecę inimicũ, & inter alia quoq; exprobrantẽ apud eũdẽ auctorẽ lib. xiii. his verbis, Qua sapientia, quibus philosophorũ præceptis intra quadriẽnium regię amicitię ter millies sestertium parauisset? Romæ testamenta & orbos velut indagine eius capi. Italiam & prouincias immenso fœnore hauriri. His verbis cum superioribus intelligimus Senecam magnos reddítus ex agris & fœnore pecunię habuisse. q̃ si sestertiũ ter millies quarto iã anno imperii Neronis quæsiuerat, vt Suillius dixit: quid existimemus eũ habuisse octauo eiusdẽ imperii anno, quando orationẽ illam ad Neronẽ habuit? Ter millies (vt alibi diximus) census fuit maior Crassiano, hoc est septuagies quinquies centena millia aureũ huius temporis. Olim autẽ a censu notæ erant opes hominũ, nõ vt nũc occultę: professio enim necessitatis erat. Cæterũ ex antedictis feracitas vinearum antiquarũ declaratur, cum Plinius dicat, Ac ne quis victam in hoc antiquitatẽ arbitraretur, idẽ Cato denos culeos redire ex iugeribus scripsit. & vt reddítus optimus intelligeretur, subdidit Plinius, Efficacibus exẽplis nõ maria plus temerata cõferre mercatori, nõ in Rubrũ littus Indicũve merces petitas q̃ sedulum ruris larem. sed tanta copia in Cecubis & Setinis Falernisq; non fuit, quę primę auctoritatis erant. vt ex Plinio & Columel. nouimus. Nomentanus eñ ager feracitate nõ auctoritate pręstãtię illustris erat. Propterea addidit ea verba Plinius, digna opera quæ in Cecubis Setinisq; agris ꝓficeret.

Seneca prædiues appellatus.

Seneca ad Neroẽn accusatus.

Prodígio autem ſimíle eſt vítem vnã, íd eſt vnã ſtírpem exceſſíſſe vuarum numerũ duorũ míllíũ, quod Columella dixít, & íd dictũ de víte pergulari puto. Vnde ídem alíbí, In Albano generís Amínei vítis notas habuímus, numero quídẽ perpaucas, verũ íta fertíles, vt ín íugo ſingulę ternas vrnas præberent. In pergulís autẽ ſingulę denas amphoras peræquarent. Nunc cítetur locus Plínií líbro. xvíií. vbí de ſumma fertílítate loquítur, Cíuitas (ínquít) Africę ín mediís ſita arenís Syrtís petentíbus Leptím, quæ magna vocatur Tacape, felící ſuper omne míraculũ ríguo ſolo, ternís fere paſſuũ míllíbus ín omnem partẽ, fons abũdat, largus quídem ſed certís horarũ ſpatíís díſpenſatus ínter íncolas. Palmę íbí prægrandí ſubdítur olea, huíc ficus, fíco punica, íllí vítís ſub víte ſerítur frumentũ, mox legumen, demũ holus, omnía eodẽ anno, omníaq; alíena vmbra aluntur. Quaterna cubíta eíus ſolí ín quadratũ, nec vt a porrectís metíantur dígítís, ſed ín pugnũ contractís, quaternís denaríís vęnũdantur. Super omnía eſt bíferam vítem bís anno vindemíare. Et níſi multíplící partu exínaníatur vbertas, pereãt luxuría ſingulí fructus. nunc vero toto anno metítur alíquíd, conſtatq; fertílítatí non occurrere homínes. Hactenus Plínius. Age íneamus ratíonem. quaterna cubíta plena & íuſta ín quadratum hexapoda noſtram faciunt, íd eſt trícenos ſenos pedes. quæ menſura octíngentíes multíplícata duodetrígínta míllía & octíngẽtos pedes explet. Nos ením ſuperíus docuímus íugerum Romanum octíngentas hexapodas habuiſſe. Sic fit vt íugerũ Romanũ eíus ſolí Afrící duodecím míllíbus & octíngentís ſeſtertíís nũmís conſtíterít. Quæ ære noſtro trecẽtís & vígínti aureís coronatís valent. & tamẽ íta ratíonẽ ſubduxímus, quaſi plena cubíta fuerínt. Magna eſt hodíe opínío agrí noſtrí ſuburbaní, quí vlgínem contrahít a colluuíe vrbís, holeríbus & acetaríís & raphanís & legumínib⁹ ſerítur, & ínterím pergulís circũueſtítur, ne hyeme quídem níſi ſęuíſſíma ceſſans, ſed precíũ eíus vt arbítror ad tertíã partẽ íllíus Afrícaní non accedít. Vnum autem reſtat dícẽdũ, quod conſulto ín fínem operís dílatũ eſt, vt ín mentíone domíní noſtrí faſtígíum operí ímponatur. Matthęí decímo legítur, ὁ διδάσκαλος ὑμῶν & πλεῖ τὰ δίδραχμα; Magíſter veſter nõ ſoluít dídrachma? Et rurſus, Vade ad mare & mítte hamum, & eũ píſcem quí prímus aſcenderít tolle. & aperto ore eius ínuenies ſtaterem, íllũ ſumens da eís pro me & te. πορευθεὶς εἰς τὴν θάλασσαν βάλε ἄγκιστρον. καὶ τὸν ἀναβαίνοντα. πρῶτον ἰχθὺν ἆρον. καὶ ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ εὑρήσεις στατῆρα. ἐκεῖνον λαβὼν δὸς αὐτοῖς, ἀντὶ ἐμοῦ καὶ σοῦ. Sic tamen propríe vertí poteſt, Magíſter veſter nõ penſítat dídrachma? per ínterrogatíonem. Eſt autẽ dídrachmum nummus bínas drachmas valẽs, quomodo & tetradrachmũ quaternas, quod verbũ apud Líuíũ legít, vt ſupra adnotauímus. Caſſíus ad Cícer. Nam íam ternís tetradrachmís tríticũ penes Dolobellã eſt. níſi ſí quíd nauíbus Laodícenorũ ſupportarít, cíto fame pereat neceſſe eſt. famẽ inſtantẽ ſignificat ex carítate frumentí, quũ medímnus duodenís drachmís vęníret, íd eſt ſení modíí Romaní & ſemíſextaríus noſter ducato vno. Líranus apud Matthęum, Drachmam ſenís denaríolís æſtímat, & ſic quílíbet (ínquít) capítaneus domus ſoluebat annuatím duodecím Turonenſes. Ego autem tantum dídrachmum valuíſſe, quãtum ſeptem ſolídos

Fertílítas ſtupẽda ſolí.

Solí Lutetíanífertílítas.

Dídrachmũ. Tetradrachmum.

noſtros Turonicos dico. Hoc eſt ſeptíes tãtũ quantũ Líranus exiſtímauit. Exodí. xxx. cap. dícitur, Síclus. XX. obolos habet. media pars Sícli offeretur domino. Qui habetur ín numero a vigíntí annís & ſupra, dabít precíum. Díues non addet ad mediũ ſicli, & pauper níhil mínuet. Ioſepus líbro. víí. belli Iudaící de tríumpho Veſpaſiani loquẽs quẽ egit de Iudæís ví ſubactís, Stípendiũ (ínquit) vbicũq; degerẽt Iudæís índíxit, bínas drachmas ſingulís annís ínferre ín Capítoliũ iuſſit, íta vt antea Hieroſolymorũ templo pendebãt. Intellígímus ergo íd quod ín Exodo dícítur, typũ fuiſſe tríbutí quod Iudæís a Romanís íníunctũ eſt. non enim prímum a Veſpaſiano íd factum eſt, ſed ab Auguſto quí cenſum ímperauít Iudæís Cyríno præſide. Veſpaſianus autẽ non ín Iudęa tãtũ hoc tríbutum índíxít, ſed Iudęís vbí terrarũ cũq; agerent. Dídrachmũ ígítur denos obolos Hebraícos valebat, ſed duodenos Attícos, nec dídrachmũ ín ſíngulos patreſſamílíarum, vt Líranus cẽſuít, hoc eſt ín capíta famílíarũ, ſed ín ſíngulos homínes ſtatutũ, quomodo olím ſemíſiclus ín numerũ hominũ, íd eſt vírítím non do meſticatím cõſtítutus, ín eos quídẽ quí maíores vígínti annís eſſent. quod perínde eſt, ac ſi bínas operas ín ſacra publica conferre íuberentur. nam drachma merces eſt díurna, vt ſupra docuímus de denarío díurno loquentes, cuíus fít mentío Matthęí. xx. Stater ígítur tetradrachmus erat vt & antea dícťũ eſt. Nũc ígíť ín hac mẽtíone ſtateris, æſtímẽtur ſi fierí poteſt, díuítíæ hominís vníus priuatí, quantũ memínerím maxíme. Pythíus ís eſt Bíthynius, quem Herodotus ín. víí. prodídít Darío Perſarum Regí vítem auream & platanũ donauíſſe. Poſteaq; Xerxí Darií fílío. quũ ín Græcíam ínfeſto exercítu tendẽs Celęnís vrbe Phrygíæ íter faceret, obuíã profectũ, Regem ípſum atq; omnẽ eíus exercítũ hoſpítío ſuſcepíſſe, xeníísq; magnícís donauíſſe, pecunían etíã ín íd bellum præbíturum ſe pollícítũ. quam pollícítatíonẽ admíratus Xerxes, aſtantes percunctatus eſt quíſnã hominũ eſſet Pythíus, q̃q; pecuníís abundans, quí hoc vltro ſpopondíſſet. Cuí quũ reſponſum eſſet, íllum eſſe Pythíum, quí patrẽ eíus Daríum víſendo íllo munere vítís ac plataní aureæ donauíſſet, ac tum quoq; níhílomínus homínũ dítíſſímus ſecũdũ regem eſſet. Rurſus admíratus Xerxes, & ad Pythíũ conuerſus, ſcíſcítarí cœpít q̃ íngentís pecuníæ fídutía ad pollícítatíonem íllam veníſſet. Ad ea Pythíus, Cũ ad mare (ínquit) Greçíæ deſcendere te audíſſem, ſtatím opum mearũ ratíonem ínire aggreſſus ſum. Iam tũ enim ín animũ índuxeram pecuníam tíbí dono dare ín bellum íd gerendũ. Subducta ígítur ratíone, argentí quídẽ talenta duo míllía, aurí vero myríadas quadríngentas, ſtaterum Daricorũ ſeptem míllíbus mínus habere me cõperí, quæ tíbí dono dare ſtatuí. Mihí autẽ victus ex mancípíís & agrícultura ſuppetet. Hís verbís Xerxes delectatus, Vt tecũ (ínquit) paría facíam, pro hac líberalítate hoſpítem te meũ facío: quadríngẽtas vero myríadas nũmũ de meo explebo datís tíbí chíliadíbus ſeptem, vt quadragíes centenís míllíbus Daricorum ſtaterum níhíl deſít. Proínde quæ hactenus poſſedíſtí poſſídeto, mementoq; talem te ſemper preſtare. Hæc enim te facientem, nec ín preſens, nec ín futurum pœnítebít. Hæc ſunt enim verba Xerxis apud Herodotum, σοὶ ὦρ ἐγὼ ἀντὶ ἀνδρὸς γέρεα τοιάδε δίδωμι, ξεῖνόν τε σὲ ποιεῦμαι

Tributum Iudaicum.

Stater.

Díuítíæ Pythíí memorabíles.

Pythíus Bithynius.

ἐμοὶ, ἢ τὰς πεντακοσίας μυριάδας τοῖς τῶν σατράπων ἀποδιδόσθω παρ' ἐμέθεν τοῖς δὲ τὰς ἑπτὰ χιλιάδας, ἵνα μὴ τοὶ ἐπιδέες ἔωσι αἱ πεντακόσιαι μυριάδες ἑπτὰ χιλιάδεων, ἀλλ' ἤ τοι ἀπολογίην ὑπ' ἐμέο ποιεύμενοι, κέκτησό τε αὐτὸς τάπο ἐκτίσαο. ἐπισασόμε εἶναι δεὶ πιστές. δ γάς τοι ταῦτα πρέσνα ἔπε ἐς τὸ πρόσθεν, οὔπε ἐς τὸ μέλλον μεταμελήσει. Plinius lib.xxxiii.de immenſis opibus hominũ ſingulorum loquens, Congregatę (inquit) & excedẽtes numerũ opes, quota tamen portio erunt Ptolemæi, quem Varro tradit Pompeio res gerente circa Iudæam octona millia equitum ſua pecunia toleraſſe. mille conuiuas totidem potoriis vaſis, mutantem vaſa cum ferculis, ſaginaſſe: quota vero illę ipſę (neque enim de regibus loquor) portio fuerit Pythii Bythinii, qui platanũ auream, vitemq; nobilem illã Dario Regi donauit. Xerxis copias hoc eſt ſeptíes. LXXXVIII. millia excepit epulo, ſtipendiũ quinq; menſium frumentũq; pollicitus, vt e quinq; liberis ſenectuti ſuę in delectu vnus ſaltem cõcederetur. In antiquis exemplaribus legitur Mille millia hominũ excepit. Vterq; autẽ numerus mendoſus eſſe videtur ex Herodoto, qui peditatũ Xerxis ex Aſia contractũ ter & vicies centena millia hominũ fuiſſe dicit pręter ſeruitia & frumẽtatores. pręter claſſem cui⁹ magnũ numerũ facit. Hũc igit̃ numerũ hoim Pythiũ hoſpitio ſuſcepiſſe veriſimile eſt, quoniã tãtas copias terreſtres habuit Xerxes, q uũ i Phrygiã venit. Nam poſteaq̃ Helleſpontũ trãſiit numerus exercitus ſeruitiis & comitatu ſupra quinquagies auctus eſt, vt in ſuperioribus dictũ eſt, quum de chœnice loqueremur. Sed Plinius fortaſſe Herodotũ auctorẽ nõ ſecutus eſt. ſed Trogũ, qui Xerxẽ ex regno ſuo ſeptingenta hominũ millia coegiſſe dicit, & trecẽta ex auxiliaribus. Quare Plinius ſcripſiſſe exiſtimari poteſt ſeptíes octogínta millia, vt ſubintelligatur cẽtena verbũ, vt ſupra docuim⁹, vt ſit ſeptíes cẽtena octogínta octo millia. Quod ſi ex Herodoto reſtituere placet, ſic legẽdũ. Decies ſepties octogínta millia. Nã Herodotus pręter peditatũ etiã octogínta millia equitũ fuiſſe auctor eſt. Cũ autẽ Plinius dicat Pythiũ quinq; menſiũ ſtipendiũ & frumentũ exercitui Xerxis pollicitũ eſſe, quinq; filiorũ ſuorũ nomine, vt tantũ vni vacationem militiæ impetraret, exiſtimo quadragies centena millia ſaterũ Daricorum, tanto exercitui in ſtipendium & frumentum coemendum ſufficere in quinq; mẽſes potuiſſe. Vt igitur minimũ numerum ſequamur, id eſt ſeptingenta millia, fac vt ſinguli in menſem ternos aureos coronatos acceperint, hac ratione in ſingulos menſes ſtipendium vicies ſemel centenis millibus ſtetit, quę ſumma quinquies ducta ob quinq; menſes cẽties quinquies centena millia efficit. His equitatus ſtipendium addendum, quibus trecenta millia auxiliariũ addere nũc nolui, quia nõdũ contracta erãt auxilia, quę poſt tranſitũ Helleſponti ſeſe Perſis adiũxerunt ex Macedonia Theſſalia, Epiro & Grecia. Nunc igitur de ſtateribus Daricis videamus. Stateres quidã Alexandrei,, quidam Darici, quidam erant Philippei. Sed ſtater aureus minam argenti valebat. Pollux, ὁ δὲ χρυσοῦς σατὴρ μνᾶν ἠδύνατο, καὶ γὰρ ἐν τοῖς ἰσαμψίοις τὴν μνᾶν ἡμιξύστερος σατῆρα ὀνομάζουσι, Aureus (inquit) ſtater minã valebat. nam & in iis quæ appenduntur pondus minæ ſaterem nominauerunt. καὶ ὅταν εἴπωσι πεντασάτηρον, πένταμνον δοκοῦσι λέγειν. & quum dicũt pentaſtaterum, id eſt quinq; ſaterum pondere, dicere vidẽtur pentamnon, hoc eſt quinqueminale. hoc ſi

Stater multiplex.

eſt verum, ſtater vnus aureus quaternos minimũ aureos nũmos Romanos valebat. Quatuor enim aurei Romani quadringentos non amplius ſeſtertios valebant, vt ſatis demonſtratum eſt, vt fuerint ſtateres aurei vnciales, cuiuſmodi fere Luſitanici hodie aurei viſuntur denis aureis æſtimabiles. Demoſthenes, πρὸς φορμίονα, φορμίων δέ φησιν ἀποδόναι λάμπωνι τὸν βοαιτόρον ἑκατὸν καὶ εἴκοσι στατῆρας κυζικηνούς, ὁ δὲ κυζικηνὸς ἐδίωκεν ἑκεῖ ἄκοσι καὶ ὀκτὼ δραχμὰς ἀττικάς. Phormio aũt dicit reddidiſſe ſe Lampidi in Boſphoro cẽtum & viginti ſtateres Cyzicenos. At ſtater Cyzicenus duodetrigínta Atticas drachmas valet. Et paulo poſt, τὼ μὲν γὰρ ἑκατὸν εἴκοσι στατῆρων γίγνονται τριχίλιαι διακόσιαι ἑξήκοντα· ὁ δὲ τόκος ὁ ἔγγιστος ὁ ἐφικτὸς τὼ διάκοντα μνῶν καὶ τριῶν καὶ ἑξήκοντα, πεντακόσιαι δραχμαὶ καὶ ἑξήκοντα, Atqui centum & viginti ſtateres fiunt tria millia trecentę ſexaginta. Fœnus autẽ terreſtre ſeſquiſextũ, trigínta triũ minarũ & ſexaginta, quingentę fiunt drachmæ & ſexaginta. His verbis apparet ſtaterem cyzicenum paulominus tribus aureis coronatis valuiſſe, ſed Attícos ſtateres & Perſicos Cyzenicis vberiores multo fuiſſe & põdere & índicatura conii ciendum eſt, & præſertim Perſicos, cũ Babylonium talentũ ephectam proportionem ad Atticũ habuerit. Stateres autẽ aureos hic intelligimus ex iis quæ ſequũtur: etiam ſi Pollux ſtateris appellatione non magis aureum q̃ argenteum intelligendũ cenſuerit. Sed notãda verba Demoſthenis. Tria millia trecentę ſexaginta. Et rurſus, Trigínta triũ minarum & ſexaginta. Vbi drachmas ſubintelligi voluit, cõmuni more loquendi apud Græcos, vt apud Romanos nũmi intelliguntur, vt alibi ſępe dixímus. Quomodo autẽ apud Romanos argentea nomiſmata drachmalia ſignabantur Athenienſiũ imitatione, & aurea didrachma erant, ſic apud Athenieñ. & Perſas & Macedonas ſtateres aurei geminato pondere ſignabantur, hoc eſt octonis drachmis. certe nomiſma vnũ hoc triẽnio argenteũ vidi, cuius lemma erat λυσιμάχου βασιλέως Lyſimachi Regis. cuius pondus tũc non examinaui, nec alioquin nũmũ magnopere conſiderandũ duxi, q̃ níhil tum harũ rerũ cogitarem, quare nec mihi oblatum mercatus ſum, tametſi nomiſmatum huiuſmodi ſtudioſus, propter antiquitatẽ. Hoc autẽ anno quũ anxie perquirerem, & ter quaterq; argento rependere paratus eſſem, in tertias, quartasq; manus peruenìſſe comperi, & tandẽ hinc exportatũ. ſed quum ab iis percunctarer, qui maxime meminiſſe vidébãtur, quantũ põderis traheret, aiebat vnus ſe exiſtimare ſemũciale nomiſma fuiſſe. Id ille mihi facile perſuaſit, q̃ alter maius etiam pondus meminiſſe ſe dicebat, & ea mihi magnitudo nomiſmatis oculis obuerſabatur, quæ (vt minimũ) æquaret denariũ Mediolanenſem. Reſciui etiam a tertio in cuius tunc manu eſſet, id eſt cui ipſe id dono dediſſet (in quartã eñ manũ venerat) ſed videre mihi poſtea non contigit. Siue autem ſtater is fuerit, ſiue non: Daricus tamen ſtater nõ minus denis aureis noſtris valuit, id eſt argenti mina. qua ratione fit, vt quadragies centena millia Daricorum, quadringenties centena millia coronatorum valuerint. Nunc igitur apparet Pythium Bithyniũ non modo ſeptingentis & octoginta millibus, ſed plane decies centenis millibus atq; adeo decies ſepties centenis, & equitatui præterea & claſſi ſtipẽdiũ & frumentũ ſuppeditare in quinq; mẽſes potuiſſe. Hic obiter nonnihil dicẽdum

Stater Cyzicenus Atticusq; & Perſicus.

Stater Lyſimachus.

de militari stipendio. Cuius modus cum parum antehac statui potuisset, historia Cornelii Taciti Romæ nuper edita restitutis aliquot libris, nobis occasionem dedit & ansam aliquid de eo explicandi. Stipendium militare quo tempore institutum fuerit, Liuius libro quarto ab Vrbe condita docet de Anxuris expugnatione loquens his verbis, Oppidum vetere fortuna opulentũ tres exercitus diripuere, eaq; primũ benignitas imperatorũ plebẽ Patribus conciliauit. Additũ deinde omniũ maxime tẽpestiuo principũ in multitudinẽ munere, vt ante mentionẽ vllã plebis Tribunorũve decerneret Senatus vt stipendiũ miles de publico acciperet, cũ ante id tẽpus de suo quisq; functus eo munere esset. Nihil vnq̃ acceptũ a plebe tãto gaudio traditur. Idẽ paulũ infra, Postremo indicto iam tributo edixerũt etiam Tribuni auxilio se futuros, si quis in militare stipẽdiũ tributũ non contulisset. Patres bene cœptã rẽ perseuerãter tueri. conferre ipsi primi. & quia nondũ argentũ signatũ erat, æs graue plaustris quidã ad ærariũ conuehẽtes, speciosam etiã collationem faciebãt. His Liuii verbis apparet cur æra merere milites dicãtur, curq; ærariũ dictũ sit, ab ære scilicet graui nõdum argenteo nũmo percusso. Tacitus vero lib. i. ab excessu Augusti, de seditione Pannonica loquẽs, quę circa initium principatus Tyberii cõtigit, ita inqt, verba seditionẽ agitãtiũ referẽs. Quãdo ausuros exposcere remedia, nisi nouũ ac nutãtẽ adhuc principẽ precibus vel armis adirẽt? Satis per tot annos ignauia peccatũ, q̃ tricena aut quadragena stipẽdia senes, & pleriq; trũcato ex vulneribus corpore tolerẽt. Ne dimissis quidẽ finẽ esse militię, sed apud vexillũ retẽtos, alio vocabulo eosdẽ labores perferre. ac si quis tot casus vita superauerit, trahi adhuc diuersas in terras, vbi p̃ nomẽ agrorũ vligines paludũ, vel inculta mõtiũ accipiãt. Euimuero militiam ipsam grauẽ, infructuosam, denis in diẽ assibus animã & corpus æstimari. Hinc vestẽ, arma, tentoria, hinc sęuitiã Cẽturionũ & vacationes munerũ redimi. at Hercule verbera & vulnera, durã hyemẽ, exercitas æstates, bellũ atrox aut sterilẽ pacẽ sempiterna. nec aliud leuamentũ q̃ si certis sub legibus militia iniretur, vt singulos denarios mererẽt, sextusdecimus stipẽdii annus finẽ afferret, ne vltra sub vexillis tenerẽtur, sed iisdẽ in castris p̃miũ pecunia solueretur. An Prętorias cohortes quę binos denarios acciperẽt, quæ post sedecim annos penatibus suis reddãtur, plus periculorũ suscipere? Et paulo post, Respõsum est a cõcione mãdata esse Clemẽti Cẽturioni q̃ perferret. Is orditur de missione a sedecim annis, de pręmiis finitę militię, vt denarius diurnũ stipẽdiũ foret, ne veterani sub vexillo haberent. Et rursus de instaurata seditione loquẽs, Igitur volutatis inter se rationib⁹ placitũ, vt epistolę nomine principis scriberẽtur, missionẽ dari vicena stipẽdia meritis. exauctorari q̃ senadena fecissent, ac retineri sub vexillo cęterorũ immunes, nisi ꝓpulsandi hostis. His verbis apparet veteranos milites aliquãdo tricena stipẽdia implere solitos, aliquãdo quadragena, aliq̃n vicena. nec vllũ tẽpus ꝓpetuo statutũ fuisse. Simul veteranos militia exauctoratos nõ statim missionẽ adipisci solitos, sed indulgẽtiore militia sub vexillis retineri quoad p̃mia & colonias acciperẽt. ex quo plani⁹ intelligit id qđ Trãquill⁹ i Tyberio scribit, Atq; etiã missiones veteranorũ rarissimas fecit, ex

De stipẽdio militari.

Veterani.

Sub vexillis retineri.

senio mortem, ex morte compendiũ captans. Verum vt supradictis Taciti verbis intelligimus denos asses diurnũ stipendium militare fuisse, ita eadẽ verba hoc significare videntur denariũ maius stipẽdiũ assibus denis fuisse, vt fortasse hoc adiuuare id possit quod superius hoc eodem libro diximus de denario quem Vitruuius sedecim assibus valuisse tradidit Augusti tẽpore. q̃q̃ olim signato statim argento denarius decẽ assibus valuisset. Quã rursus opinionẽ euertere videtur Plinii dictũ lib. xxxiii. his verbis, Postea Annibale vrgente Q. Fabio Maximo Dictatore asses vnciales facti. placuitq; denariũ sedecim assibus permutari, quinariũ octonis, sestertiũ quaternis. Ita Resp. dimidiũ lucrata est. In militari tamen stipẽdio semper denarius pro decẽ assibus datus. Hoc igitur lectores viderint, ac statuerint pro suo quisq; captu, aut arbitratu, quãdo id summã rei a nobis cõpertæ & explicatę labefactare non potest, vt alibi diximus. Milites autẽ Romanos diurno stipendio denariũ meruisse cõgruit cũ eo quod ex Thucydide scripsimus, de classiario milite qui suo ministriq; nomine binas drachmas merebat apud Atheniẽses. Tricenę drachmę, id est stipẽdiũ mẽstruũ trib⁹ aureis coronatis valebãt. Cẽturiones vero duplex stipẽdiũ, & equites triplex merebãt. Quare Liuius lib. vii. ab vrbe condita, Aeque (inquit) impotẽs postulatũ fuit, vt de stipẽdio equitũ (merebant autẽ triplex ea tẽpestate) æra demerẽtur, q; aduersati cõiurationi fuissent. Hac ratione Liuii equites nouenos nostros coronatos merebãt in mẽsem. nũc nostri octonos & semissem merẽt. Prętoriani autẽ milites duplex stipẽdiũ merebãt, q castra circa vrbẽ habebãt quasi stipãtes principẽ. Erãt em̃ & Prętoriani milites & cohortes vrbanę, qđ Tranql. his vetbis significat de Augusto loquens, Legauit Prętorianis militibus singula millia nummũ, cohortibus vrbanis quingenos, legionariis trecenos nũmos. Licet igitur hinc æstimare opulẽtiã imperii Romani sub Augusto, qui centũ & quadraginta legiones sub signis prouinciatim dispositas habuit. Cũ vnaquęq; legio miníma æstimatione in annuo stipẽdio ducena millia aureũ coronatorum ferret, etiã sine equitũ stipẽdio. Denę em̃ cohortes quingẽtarię in legionibus erãt, & cẽturiones duplex stipẽdiũ habebãt. Auctũ aũt postea militũ stipẽdiũ fuisse ex eo apparet, q; Trãquillus ait in Domitiano, Addidit & quartũ stipẽdiũ militi aureos ternos. Hęc verba significare vidẽtur sub Domitiano quartũ incremẽtũ milites accepisse. Sed Trãquillus dubiũ id nobis reliquit vtrũ mẽstruos aureos an potius annuos intelligamus. Ego tamẽ menstruos intelligo. Milites etiã prẽter pecuniã annonas & sagula & frumẽtũ interdũ accepisse legimus apud historicos, & prẽsertim apud Lampridiũ in Alexãdro. Non me prẽterit Flauiũ Blondũ libro sexto Romę triũphãtis hęc aliter tradidisse. sed ei nõ assensus sum. Hęc vt libro nostro tumultuarie adderẽ me cõpulit Franciscus Deloinus, iudicũ vnus centenarię famigeratęq; curię. qui vt est inter iuris peritissimos antiquarũ rerum studiosissimus, huius loci Taciti Cornelii tempestiue me admonuit. quũ altera forte editione liber noster ad hunc locum impressus esset. vt si postridie admonitus essem, locũ nullũ hæc additiuncula inuẽtura capacẽ sui fuerit. Librũ apud nos attulerat vir literarũ sacrarum professor facũdissimus omniũq; bono-

Asses stipendiarii.

Stipendium militare.

rum auctorũ conquisitor & indagator sagacissimus Guillielmus Paruus, agens in comitatu principis, sacerq; (vt ita loquar) oricularius eius. Eum librum Deloinus cum ab eo vtendũ rogasset, aut iure potius amicitię prę-cupide sumpsisset (vnus enim tantum apud nos erat) me quoq; ipsi ambo legere eum voluerunt, vt in aliqua libri hiulca parte id quod de stipendio militari Tacitus scripserat, adsuerẽ. Hæc fere sunt, quæ de re nũmaria mẽ-suris q; dici potuerũt. cuius rei semina se libasse Hermolaus Barbarus lõge ingenio nobis doctrinaq; multiplici pręstãs in glossematis illis gloriatus est quæ in Plinii ũ edidit glorię suæ segetem, ac materiam, quem tamen auctorẽ sic quoq; ad nos peruenisse dico, vt seminariũ laudũ studiosis omnibus in eo quotidie renascatur, etiã si ille primitias decerpsit. Sed quũ ipse multa de talento, sestertio & libra colligentis quidẽ more non diligentis cõmemorasset, Poterã (inquit) plura, sed quæ carptim, cursimq; velut semina materiæ difficillimę libauimus, dilato in aliud tempus pleniore cõmentario, sufficiant. Mihi vero ille farragine auctoritaũ diuersissima tradentiũ, immo (vt plane dicã) segetũ antipathiã miscuisse videtur, & in vnũ semina dissidentia confudisse, ex quibus frugem aliquã bonã quonã modo sperare potuerit & promittere non intellígo, aliorũ autẽ erit iudiciũ. Nos cõmentationis ab eo promissę, sed erronea (ni fallor) indagine incohatæ, cęcas & perplexas ambages a capite rem exorsi, ita exploraſſe videmur, & a limine statim introrsus perspectas luculentis vestigiis remeabiles feciſſe vt in mæandros potius digressionũ insinuasse (sic enim res ferebat) q̃ in Labyrinthum quẽdã disputationis iudicari debeamus. Deprehensi aliquibus in locis hęsimus, vel verius substitimus, nusq̃ tamen aut flexu præuaricationis, aut saltu reticentię vel obliuionis, aut deniq; pręcipitio temeritatis elapsi, ponderum & mensurarũ tractationem ita explicauimus, vt res natura inter se cognatę, nominũ etiã cõmunionem & velutí gentilitatem agnoscerent. Quid tum (dicat aliquis) doctioribus igitur te pręferendum censes? Siquidem vni tibi hanc operam vindicas in cõmune nauatã. In hoc vno ego vero, cæteris in rebus iis libens cedo quibus omnia prope modum debeo. Sic sua hactenus cuiusq; fuit in reparatione Latinę linguæ palma. Hoc ius non modo ęqualium nostrorũ, sed etiam posteritatis erit, neq; vero prærepta vnius aut alterius rei gloria, cõmentandi quoq; in posterum materia consumpta, quæ adhuc larga supereſt. Hoc tantum refert q̃ clariorũ quidem illi aut pluriũ palmarum decora tulerunt: ego fortasse inter exigua ingenia qualibet acquiescere palma & debeam & possim. sed alios ita velim animatos esse, nostrates pręcipue, quorum maxime gratia hoc opus suscipiendũ duxi, vt maximũ quodq; decus sic in medio positum esse putent: vt ingeniũ tãtũ & diligentiã referre non genus & cœlum putent. sic fiet vt in huius laudis curriculo Italia omniũ gentium magistra, lampadem (quod aiunt) Galliæ non tradat, sed cõmodet: aut tradat quidẽ sed fiduciariã vel precariã, vel potius det vtendã vsu nobis & illis promiscuo. Quid ni eñ speremus quod aliis nõ negatũ est qui longius remoti sunt? Rumpãtur licet Misopatrides, id est patriã ciuesq; suos exosi: natura Gallos hac dote nõ fraudauit, tametsi huius ætatis moribus, vel paucorũ

Epilogus huius ops. Hermolaus Barbarus.

Antipathiã segetũ miscere, est semina inter se dissentanea simul serere vt triticũ cũ semestri vel trimestri fruge.

Antipathia eñ dicit naturalis rerũ dissidentia.

Misopatrides.

hominũ vitio qui rerũ arbitriũ tenent, factum eſt, vt literarum bonarũ ſtudium nihil ad reipublicæ moderamen pertinere videatur. Rempub. ſemp appellare inſtitui abuſiue fortaſſe, in qua plurima ad priuatã vtilitatẽ referri exiſtimãtur. Propter quod videmus eo iam maieſtatẽ publicam deciciſſe, vt cenſu ciues opibusq; multo magis, q̃ ſenſu & probatis moribus cenſeantur. Hinc illa ſtulta ac ridenda quorũdã reputatio, qui nulla prorſus arte memorabili imbuti: ob vulgares quidem vt apud Romanos facultates: vt apud nos propemodum principales: non ſe modo copioſos, ſed etiam (ſi diis placet) beatos arbitrantur. quum ſi ad Romanos modulos diuitis appellationem metiamur, perpaucos hodie norimus præter primores procerum, quorum cẽſus centies & quinquagies ſeſtertium æſtimetur. At tãtam ſummam Pallas homo libertinus accepit, idq; decreto Romani Senatus, ob id q; referendũ ad curiam cenſuiſſet de fœminis, quæ ſe ſeruis concubitu miſcuiſſent: eaq; relatione ſtatutum, Vt quæ ignaro domino ad id prolapſa probaretur, in ſeruitutẽ ſui conſenſiſſe videretur. Cuius rei auctorem Tacitũ, Pliniũq; oratorem habemus. Idq; Senatuſcõſultũ poſtea a Iuſtiniano principe ſublatum eſt. Quis autem hodie eorũ qui aurũ metiri non numerare dicuntur, vel etiã qui pala verſare aureos grũmulos dictitãtur, ducenties ſeſtertium habere creditur? At Aeſopus tragœdus poſt cœnas illas luxu ſtupendo memorabiles, tantũdem hęredi filio reliquit: vnde margaritas ipſe ſorbendas cõuiuis appoſuit nõ mediocris precii. Age: Curio Tribunus Pl. nonne ſexcenties ſeſtertiũ ęris alieni habuiſſe memorat? quod perinde eſt, ac ſi nũc dicas, quindecies centena millia aureorum. tãti tamen & pluris Cæſar ciuis adhuc Romanus nondum Dictator, in Gallia res gerens, conciones eius ad populum licitatus eſt & redemit. Paulus Conſul Romanus mille & quingentis talentis eidem Cæſari eodem tempore authoritatem ſui Cõſulatus addixit, ea demum lege vt Remp. exagitanti patientiam accommodaret. Iam Senatores Romanos qui defecti facultatibus dicerentur, quingena quotannis ſeſtertia ſolitos accipere a principibus conſtat, queis honeſtam (ſic enim aiebant) paupertatem tolerare poſſent innocenter. Nunc vero quotus quiſq; tantum habet penſitationis annuę ſi paucos gentilium regis excipias? Contra Nero perditis iam rebus, Senatum Romanum coegit centies ſeſtertium ſibi quotannis penſitare. quam ſummam ſine ſtupore meminiſſe iam nemo poteſt. Mitto q; Ciceroni oratori qui ſemper a Romanis tenuis exiſtimatus eſt, ſuperficies ædium Senatus conſulto non minoris quinquaginta millibus aureum noſtrorum æſtimata eſt, & villaticum ædificium pluris q̃ duodecim. Seneca etiam vir philoſophus vt ex eius monumentis apparet: ſed rerũ actui ſummo præpoſitus a Nerone, quadriẽnio ter millies ſeſtertium queſiuit, quod certe neceſſe eſt vt fidẽ ſcriptis eius & auctoritatẽ deroget. Si em̃ ſcripta eius æſtimẽtur: nemo vnq̃ animoſus calcaſſe diuitias, & pauperiem ſecurã aſtrictius eo amplexus fuiſſe videbitur. Tarius Ruffus (quod pene omiſi) infima nataliũ humilitate Cõſulatũ militari induſtria meri⁹, circiter mille ſeſtertiũ liberalitate Auguſti congeſtũ agris coemũdis exhauſit, vt auctor eſt Plin. lib. xviii. Quo in loco millies legendũ eſt. Seneca auctor eſt

Cõparatio diuitiarũ noſtri tẽporis cũ antiqua opulentia.

Seneca.

Tarius Ruffus.

Lentulum Augurem eodē Augusto principe quater millies suū vidisse, quanti hodie decem primorum Galliæ patrimonia esse vix possunt: etiam quanti plurimo venire possunt æstimata. Ab hoc numero principem tātū & generum eius eximo.cui regnum debetur si regi superstes fuerit. Quonam modo igitur beatos existimare possumus, qui omneis cogitationes suas,omneis animi sensus,omnes vitæ actiones,omnia publica, priuataq; officia, & viuendi deniq; moriendiq; rationem ad cumulandas opes referunt,quæ in priuatis hodie fortunis esse nō nisi despicabiles possunt? Vnū tantum genus hominū excipi necesse est, quod omniū ipsum generum minime esse exceptum oportebat. Hi sunt sacerdotes,quos nunc ferme solos secundum reges & principes opulentos esse cernimus & plurimū opibus tribuere. quod genus vnum reges inter amicos habent, in quo se suamq; admirentur potentiā fortunatricem. Nulla enim æque parte vitę beatores ipsis mortalium esse licet. Hic mihi quæ memini vidiq; reputanti,exclamare subit,miseram te simul & fortunatam Franciam,tu vt maiorum placita Senatusconsultis sacrosanctis confirmata, tot annorum vsu comprobata,ambitione nunc scelerata antiquare contendas? & singularem prærogatiuam Pontificatui summo non eblanditam,non expressam, non emendicatā, sed maiorum nostrorum merito postulatam,exoratam, repensam, vt tibi vni iure prisco, a maiorum gentium pontificibus prodito in rerum sacrarum cōstitutione vti liceret,nunc indultę legis abusu festines ire perditum? vnde igitur tibi frontem peculiarem illam sanctionem citandi qua tu tantopere gloriare velut decore quodam religionis? vnde libertatē aut fiduciam Christianissimā te vocandi, si nō qua religione eximium nomen, legemq; pietatis tuæ testem comparasti, eadem religione tu ipsa retinere vis? O plaudendum erratum hostibus tuis illis qui hoc tibi felicitatis regniq; fortasse palladiū,velut cœlo delapsum munus inuident,quo vel ablato vel intercidente tu perinde vtiq; fottunata esse non potes. Vide quæso ne te nimiū terrigenis illis credas quos ob id gigātes appellauit antiquitas,qui titulosas amplitudines architectantes, Aloidarum exemplo theomachiā meditari videntur. Nam vt illi immaniū spirituū homines Pelion Ossę aduoluētes,& iis rursus Pindū & Othrin Lapitharum sedem subuehentes,in cœlum tandem scandere,& superis vim afferre cogitabāt: sic isti Pontificatus & antistitia aliis alia adaggerātes,ipsa strue dissentanea rerū male cohęrentium, vim inferre superis sacrisq; canonibus quos patres innocentia prædити suaserunt,merito dictitantur. Horum quosdam nec prudentia nec doctrina commēdabiles vir quidam acer apud nos quū videret, dicere haud infacete solebat,absurdos oportere esse choragos illos aut certe dissolutos, qui Herculis Titanūq; personas venustulis cupidinibus temere & sępe accōmodarēt. Harum enim rerum culpam a capite & vertice Christiani nominis publicus cōsensus arcessit,qui nisi recte cōstitutus sit, inferiora ab eo membra morborū causas trahūt. Quare in votis esse piorum identidē videmus statim atq; illa indignitas oculis obuersatur,vt aut columen ecclesiæ componat prouidentia,aut certe aliud commodius & cōgruentius fastigium reponat. Idque merito in votis est. Columine enim

Lentulus ditissimus.

Exclamatio in ambitionē, ac dinūdinationem quę in creādis Pontificibus & cœnobiarchis grassatur.

Palladium regni Franciæ. Sanctio pragmatica. Gigantes terrigenæ.

vitioso vel infirmo, tectum ædis sacrę aut corruat necesse est, aut fœde col
labefactetur: tum subinde turbinibus & procellis omnia intus pateant, er
rorum nebulæ subeant, decumbentibusq; pruinis interiora frigeant, vt ne
ignis quidem ille charitatis æternus vltra manere possit. Neq; vero me la
tet ipsa domus fundamenta in petram firmissimã artifici manu iacta, nulla
ví posse conuelli vel subruí, non aeria, non terrena. Nam ne operis quidem
compages diuina manu coagmẽtata, vllo dísturbarí machinamẽto potest.
sed decor operis in aspectu & expolitio emendata non manent, ex quibus
auctoritas vt ædibus sic ædí comparatur. Nunc autem pietas & religio
huius ædis ædituę magno vociferatu queruntur eam proportionem asser
uatam nõ esse, quam architectonicę manus primũ modulatę sunt. id quod
caput esse constat dedecoris luculenti. Huius inconcinnitatis causam ho
mines ad Mercurium referũt institorem, qui iam inde ex quo lumen mũdi
regere, & auriga summi currus esse cœpit, non vt olim Phaeton quum se
in currum luminosum sustulisset, conflagrationem orbi intulisse, sed tene
bras potius teterrimas offudisse dictitatur: vnde factum esse constat vt in
castris sacrosanctis plerũq; nihil recte atq; ordine constitutũ esse videatur.
Primũ vix decimus quisq; ordines ducentium decumana porta ingredi exi
stimatur, deinde laxissime quidã tendentes, vix gregario militi locũ vesti
gialem relinquũt. Adde q nec manipulos recensere, nec cohortes ipsi con
centuriare nouerũt. Quid q plures stationes obtinẽt, qui vni satis esse ne
queunt? quid si etiã omnes eas deserentes, longissime per vrbes expatiari
videntur, hostilis ipsi incursus & populationũ securi, nec minus stipendia
illis procedũt, q̃ si ab statiuis pedẽ transuersum nõ discederent? Iam illud
cuiusmodi esse dicemus, q qui pluriũ vicẽ gerũt, ii immunes plerũq; solẽt
esse, vt ne vitem quidẽ saltẽ centurialẽ in speciẽ teneãt: cuius metu muni
fices in opere milites contineãt? Quid qui perpetuã immunitatem habent,
regum & principum latera indecore stipantes, æterna animi destinatione a
statiuis castris domini emansitantes? qui si disciplina castrorũ valeret, pro
castris ipsis vigiles excubare deberent. Hęc fierent si in augustali ordines
& vacationes non vęnirent? si non atra inauspicataq; Celęno contactu suo
fœdissimo res purissimas atq; sanctissimas quotidie impiaret? Etenim per
Christum ipsum sacerdotii conditorẽ, vtrũ qui scelerata porta in eccleſiã
castrensem irrupisse se sciũt (de quibusdã loquor non de plurimis) in ec
clesiam ouantẽ & cœlestẽ admissum iri se putãt? num cõmerciũ aliquod
superis esse sperãt cũ iis q cothurnatis flagitiis se sacraq; Christiana con
scelerare nõ timẽt? Proinde videamus quidnã habet simile hodiernus anti
stitũ status & sacrę ciuitatis procerũ, cũ Christo ciuitatis eius cõditore &
comitatu ipsius. Nõne tu simul vt in vniuersum cleri nostri faciẽ cultũq;
cõsideraris, dicere cogeris sponsam (vt ita dicã) sponso nunciũ remisisse,
suasq; ipm sibi res eã habere iussisse? Ille paupertatis assertor, & ærũnoso
rũ signifer, cohorte etiã pullata semper stipatus erat. Hi opibus circũfluẽ
tes, & deliciis ocioq; torpidi, conspicui in aula volũt esse sericato lautoq;
comitatu. atq; inter hos (si superis placet) Hieroduli quidã videntur, ho
mines sacrę seruituti mancipati, quos ne in publicũ quidem prodire mori

Alludit ad ignẽ Vestę.

Mercurius institor est quęstus e rebus sacris & nundinatione sacrilega. Vulgo sacerdotũ fraudat ære dñico ab iis qui pollẽt auctoritate & potentia.

Vitẽ tenẽtes Cẽturiones milites ĩ opefaciũdo & castris munien dis continebant.

Augustale dr taberna culũ impatoris in castris.

Celęno hicp sacrilega nũdinatione accipit. vna est harpyiarũ.

Cothurnata scelera dicũt, ea scelera q a principibus cõmittũtur, quæ maiora sunt illis q a priuatis & popularibus perpetrãtur. i tragœdiis eñ psonę regię & grãdes inducũtur.

Hieroduli sunt monarchi sacrã seruitutem seruientes.

bus deuotorum conuenit, nisi operam interim religioni & pietati nauare videãtur. Ille cũ nihil possidere visus est, tum suos omneis assecias omniũ fortunarũ possessione deiecit. Hi vnde illi deiecti sponte decesserant, quũ eorum sint successores, velut interdicto recuperatorio opulentam etiã bonorum possessionem reposcunt. Auspice igitur Mercurio contracta sponsalia non pronuba pietate, nec charitatem nec reuerentiam coniugii sacrosancti retinent, nec ad frugem aliquam bonam salutarẽq; perueniunt. Age quanam tandem ipsi causa se sacrosanctos esse volunt? nempe q; homines insignibus Christi amicti, inter arma orthodoxa inuiolabiles fere semper fuerũt: nõ aliter atq; caduceatores hodie paludati inter acies tuti cõmeãt. Si igitur gestamina & exuuiæ Christi sacrosanctos eos ac reuerendos faciũt, nõne cultus & habitus Christicolis dissentaneus profanos eos facit, quod quidẽ in ipsis est? O stultã hominũ opinionẽ. atqui si venerãda cruce quasi claua Herculis Alexicaci, si lituo summoueri se turba ab eis æquis animis patitur pullata iuxta & purpurata, si magistratibus & honoribus fungẽtes: fasces eis ciuiles & prętextas summittũt, & quidẽ cum summa animi æquitate, ampliora vtiq; ea insignia existimare debebant, quę Teletarches ipse Christus cerimoniis suis consecrauit, & quibus etiam sceptra regum summitti nõnũq; constituit, q̃ fastum luxu conspicuũ, qui proceres tãtũ & potentatus decet, & quo vno suspici se maxime diuites a plebecula volunt. Q; si cæteri hominũ ordines exẽplo ab eis prodito exuere dei reuerentiã & pontificale obsequiũ in animũ inducerẽt, cõsecrataq; a maioribus patrimonia, sacrosancta non haberẽt, nec piaculum esse putarẽt eos viros violare quos Christus dominus noster delicias suas appellauit: quid istis tãdem fieret quis citra culturã & semẽtẽ (vt aiũt) omnia nasci videmus? Erubescãt igitur aliquãdo, erubescãt inquã & caueãt ne animos saltẽ militareis & feroces exoluãt religione: & quãdoquidẽ ipsi sacra profanis permiscuerũt, videãt etiã etiãq; ne eorum licẽtiã vulgus hominũ albã (vt dicitur) amussim esse interpretetur, quę discrimen sacri profaniq; sustulisse iã videtur. Sed quãdo in opulẽtia regia & reddititibus opimis summa eorũ felicitas sita est: quęro quo tãdẽ titulo ea se possidere credãt. neq; eñ quolibet titulo fructus suos faciũt. atqui vt omnia genera rerũ legitime quærẽdarũ recẽseãt, nullũ (vt opinor) aliud inueniẽt quo iuste atq; innocẽter hęc possidere possint q̃ pro donato. At hoc titulo possidẽti nõ satis est rẽ sibi esse donatã opinari: sed reuera donatã esse oportet: alioquin eã vsu facere suã ipse nõ potest, quũ titulo careat. Mitto q; siquid mei iudicii est (vt vtar antiquo verbo sentẽtiã dicentiũ) hæc non eis donata dici debent, sed fideicõmissa: quod verbum non modo fidem bonã, sed etiam necessitatem rerum restituendarũ agnoscit. id quod si non in omnia, certe in ea sacerdotia valet quæ fiducia contracta aut deferuntur aut conferuntur. Sed quoniam prisca iam seuerias vetustatem nõ posse perferre creditur, vt id quod dictũ est prętereã, certe peculiari se titulo seu fideicõmissum seu donatum temere non negabũt. Quod si fateãtur, num etiã tũ fructus ita suos faciẽt, vt & helluari, & obligurire, & per luxum profusissimũ absumere ex animi sui vel libidine vel sententia possint? nisi vero non peculiare esse potest

Hercules Alexicacus dict⁹ est malox depulsor quasiq; generis humani ꝓtector. quo noie Christ⁹ ꝓprie significatur.

Teletarches Christus sacrarũ cerimoniarũ auctor

Amussis alba.

Fideicõmissum verbũ est iuris.

Peculiaris titul⁹ a dominio differt.

Fiducia est q̃ vulgo cõmẽda dicit. Est eñ fiducia verbũ iuris antiqui.

quod a domino ſeruus,& clericus ſeruus accipit,in coloniã ipſe dominicã ſua ſponte aſcriptus. Accipit autẽ in Francia aut a domino protinus paracleto ſuffragatore,quod rarũ eſt,aut a ſummo domini Atrienſi,quod frequẽter euenit.Quod autẽ ſecus quęritur, id eſt ſacrilega indicatione,id a prędone poſſeſſum in ius tranſire nõ poteſt. ſic fit vt nihil peculii habeãt quod non ſit profectitium,& vt calendariũ factitare debeãt & diurnũ. niſi ſi fortaſſe antiſtitum actus lege Euangelica tabularum conficiendarũ neceſſitate ſolutus poteſt eſſe, quum antiſtes aut cœnobiarcha nunq̃ officio perfunctus eſſe videatur,anteq̃ omnia penſa familiæ exegit accurate.Neq; enim antiſtites promi condi penus dominicæ cenſentur eſſe, & ſummæ rei familiaris diſpenſandæ pręeſſe,& non vniuerſi actus cui præſunt ratio ad nummũ eis conſtare debet.Nam q̃ placita maiorum inferiores & minutulos actus pontificalis liberalitatis & muneris eſſe voluerunt, id ideo factum eſſe clarum eſt, q̃ vt vicariorum olim errata Atrienſes præſtabant, ſic ob illorum iſti tenentur vel perperam vel negligenter trãſacta, vſqueadeo vt eorum reliquamenta horũ fide ſtare credantur graniſſimis ab auctoribus.Quoniam vero hęc meminiſſe nequeunt qui bonã partem ætatis inter aulicos agunt,omni lege ſolutos (etiam ſi legitimam ipſi perſonam domini ſtandi in eo conuẽtu maiorum inſtituto habere non putantur) de ſummo ſane iure decedamus,& de ſuo ac domeſtico & contubernali tantũ actu tabulas eos proferre poſtulemus. Fac igitur (quoniam id mediocre eſt) in paginam acceptorum decem eſſe millia aureorum relata:quantulã igitur eius ſummæ partem expenſam domino ferre poſſunt, qui nihil aut parum in vſus pios vertunt? Age recitentur expenſorum nomina, prò ſuperi immortales,in cupedias,in delicias popinales,& in luxum mẽſarium, in equitium numeroſum & elegans, in inſtrumentum lautum epiſcopii,in ſupellectilem, in vaſa argentea, in veſtem ſtragulam & peripetaſmata, in ſtipendium cohortis honorariæ ſericatorum & calamiſtratorum, in auitium & accipitrarios,in venaticum miniſterium inſtrumentumq̃,in ferculorum ſtructores,in ſcurras,in ludios,in acroamata,in thymelicos, in eos quos a cauillis habent & a voluptatibus,in deliciarũ mille nomina.Adde etiã ſi placet,in aleam,& in ea deniq; quæ non niſi ſubdititio nomine in rationes referuntur,& quæ iis contribuũtur quæ feriatos oblectãt, & animi cauſa vel morigeris vel aliter obſequioſis expẽſantur.In his nominibus ita cõſumptam acceptorũ ſummã inuenies,vt vix decima pars in erogationes pias & in rem dominicã ſuperſit.Et hactenus ita loquor homo obliuioſus quaſi in libros coemũdos nihil attribuatur,& in eos quos antiſtites noſtri (vt credo)a ſtudiis habere ſolent. Certe multi ſunt eiuſmodi: multi inquã ſunt,queis omnino decebat bonis interdictũ eſſe, & curatores vt furioſis dari,aut alias mẽte captis,id quod nullo iure pontificio ſatis cautum eſſe mirũ eſt.Ecquę eñ eſſe maior dementia poteſt,q̃ ſi ſeruus per nequitiã peculiũ dilapidet a domino profectũ ſeueriſſimo, qui vitæ & necis horrendæ liberam poteſtatẽ habeat? Quomodo igitur helluones ſacri patrimonii paria cum rationibus domini facient ad extremum,qui nihil nunc penſi habere videntur, quominus ampliſſimorum ſacerdotiorum reddit⁹ in

Sũm⁹ Atriẽſis dñi eſt, cuius ꝯes alii quaſi vicarii ſunt, hoc eſt Pontif.Ro.

Indicare rẽ idẽ eſt qđ rẽ vẽnalẽ facere & ei preciũ ſtatuere.indicare vẽditoris eſt. vt mercari & liceri emptoris.

Cœnobiarcha vulgo abbas dicit.

In aulicos ſacerdotes.

In luxũ pontificalem.

Expẽſare eſt expẽſum ferre in rationibus factitandis.

delícias & nugas & faſtum ab eo ordíne abhorrentem prodígan t? atque íta prodígant, vt non ſibí tantum damnoſi & exítíabíles eſſe: ſed etíam conſpícua luxuríæ perículum & errorem contuentíbus creare vídeantur? Nam quí eos nec deí nec legum vídent eſſe metuentes: ſenſím & ípſi plerunq; ſacræ legís exuunt reuerentíam. Niſi vero putamus prægrãdes a maíoríbus noſtrís vberesq; poſſeſſíones, non modo gentílítíís hæredítatíbus detractas, ſed etíam íurí humano & commercío exemptas, vt líbídíní & voluptatí ſacerdotalí ſeruírent: opímaq; prædía optímo eos íure ac nullí vectígalía tenere voluíſſe, eorum vt aſſeclís cíncínnatulís prælautoq; cultu nítétíbus ſtípendía penſítarent: aut prædía & prætoría coempta magno atq; ædificata, propínquís relínquerent? Dominus noſter e prouíncía íamíam deceſſurus palam vocíferatus eſt, ſe víam eſſe & verítatem: num ígítur aut ípſe aut eíus e veſtígío ſequaces hæc exempla prodíderunt? numcubí ín ea vía quã ínierunt, harum rerum veſtígía relíquerunt? Ecquando autem hæc veſtígía ín montem ferre ſacrum víſa ſunt? poſtremo ecquís hãc víam ſecuit eorum quídé quos decreta pontífícía ínter díuos referendos eſſe cenſuerunt? Verũ (o ſuperí boní) quonam modo Chríſtí ímítatores eſſe poſſunt, quí & parẽs ípſe charítatís & aſſertor ſummíttentíum ſe anímorum fuít: ſí famílíæ domíní benígne non faciunt, aut ſi anímo ſublímípeta emínere ſuper cæteros & ſuſpící omní modo geſtíunt? O relígíonem neglectam, o mores euerſos & præpoſteros. Hí farctores & cupedínaríos, & luxus voluptatísq; ínſtíto res adiuuant, quos frugalítatís & contínentíæ auctores eſſe decebat, vt domeſtíca parſímonía quæſítís egentíum & deſtítutorum multítudíní opítularí poſſent. Q? ſí íí quí profana patrímonía vel hæredítate vel íuſto mancípío acceperunt, confícíendarum ratíonum lege non ſunt ſolutí (íd ením reſponſís eorum cauetur quí díuíní íurís prudentes fuíſſe perhíbentur, nec ratíone caret. Nam quís noſtrum non precarío poſſídet quícquíd habet & vectígale poſſídet? Sed nos exítíabílí errore ducti, aduentítía nobís omnía eſſe credímus, & omní præſtatíone líbera, quæ título quocunq; cíuílí parauímus) Sí ígítur profanæ facultates, & omní relígíone puræ, íta tamen affectę ſunt prímogenío íure, & íta ín fide ſumma poſítę rerum omnium condítorís, quí quíduís quocunq; tempore pígnerarí pro poteſtate poteſt, vt vnícuíq; mortalíum accepti debeat & expenſi ratío apud deum cõſtare, níſi nexum ad extremum vult ínire: quíd íís fiet ſeruís nequam quí níhíl non habent peculíare, nulla non ín parte peculíí conturbare noſcuntur? vtrum verba pro rebus creditorí eídem & domíno ſperant ſe reddítúros? At ís nomína ſe exacturum fœneratoría acerbítate predíxít. Nunc autẽ homínes cẽteſtímo comíte feroces & opíbus æmulís regíæ opulentíæ, maxíma tum pecunía míſerí appellabuntur. Num ígítur debita tunc trãſcríbere lícebít, aut expromíſſores dare? quos? Nullus em̃ pręſto erít quí expenſum ſíbí alíquíd ferrí velít, eorum quídem quíbus domínus fide ſua darí íuſſít: nec domínus acceptum feret quícquíd non ín pías aut honeſtas erogatíones expenſum eſt, atq; ín rem ſuam verſum, & ín pauperum. Age quonam tandem modo ratíones ſuas domíno approbabunt, quí omnía vel pleraq; non Chríſto, non paracleto non ſanctís ſuffragíís, ſed Mercurío, ſed cõmercío, ſed ſacrí-

Secare víam dicũtur íi q̃ per locũ ínuíum primum ingrediũtur, quales ſunt auctores cuíuſq; ſectæ.

Inter díuos relatí, vulgo canonizatí dícuntur.

Sublímípetę ſunt ſumma honorum faſtígía appetẽtes.

In fide eſſe eſt, quod feudum vulgo dícitur.

Inire nexum dícebãtur oblí debítores, quí cũ ſoluendo erí alíenõ eſſent creditorib⁹ vinctí addícebãtur lege .xii. tab.

Conturbare verbũ eſt íurís antíq, & ſígnificat pecuníã díſſípare, & propría ad ſeruos ptinet q̃ cũ ratíonibus herí ſuí paría nõ faciũt ſed relíquamenta trahũt pecunía peculíarí per naquítíã conſumpta.

legæ ambitioni accepta rettulerunt? Reſtat vt vel alogiſtiam meditentur, ſi obtineri in eo iudicio poteſt, aut addicti protinus non ducantur ſed trahã tur. O cimmerias huius vitæ tenebras, quæ plerunq; trans nebulam pręſen tis ſenſus non cernit. Fit autem neſcio quomodo vt mens humana vel aulí cis delinimentis vel voluptariis titillata, vltra id non proſpiciat quod adeſt vel quod inſtat. Inteſtinos enim oculos præſtringunt fulgetræ quædã mí cantes imaginariæ felicitatis, quæ per aſſentationum (vt ita dicam) nubila ſalutationumq; illiberaliũ eliduntur in illa rapida tempeſtate tollentis eos fortunæ. Accedunt ambitio & cupiditas oculorum meræ ſuffuſiones, quæ veras rerum ſpecies eos videre non ſinunt: imagines ludibundas oculis ob tendentes, viſus ludificatriculas. Qui ſi ad ſeceſſum ſtudiorum annos ſaltẽ vitæ iam vergẽtis ac decliuis compararent, atq; oraculorũ conſpiciliis ſa crorũ q; ſpeculaminum vterentur: futura ſane vt præſentia certiſſime con tuerentur. Supradicti vero erroris germana eſt præteritorum obliuio ſur repens. Etenim qui futuram animorum conditionem non prouidentes, deli ciis vitæ præſentis libẽter acquieſcũt: (ſi tamen in hac vita delicię eſſe poſ ſunt) ii meminiſſe nequeunt arbitrum eundem & creditorẽ deum ex edicto ſuo perpetuo ius dicturum eſſe interminatum, vt Caſſianam quidem ſen tentiã horrere debeamus, niſi plane ſtupidi & capti mente ſimus. Nam quũ edictum tot præconiis tam minacibus proditum, tot actuariis exceptũ, tot ſcribis tam grauibus perſcriptum, tot teſtibus claſſicis obſignatum habea mus & probatum: quorum etiam partim non dubitarunt capite cauere quę repromiſit dominus aut interminatus eſt, partim omnibus fortunis oppoſi tis fide ſua eſſe iuſſerũt: quid cauſę eſt quin ſcientes prudentesq; impinga mus in offenſionẽ eius a quo prouocatio non eſt, ſicut nec apud eum depre catio ſimul ac in iudicium ventum eſt: immo vero quin viui videntesq; ab hoſte teterrimo obtorta gula trahamur? Cur igitur nos hæc veritatis inuo lucra, maieſtatem etiam ſapientiæ ſi ad manum aſpicias, præferentia, quaſi viſa quædam per nebulam (vt aiunt) primi ſomni concepta, deſpicari per gimus? niſi vero hæc deſpicari non videmur: qui iuſtitiæ diuinæ ſeueritatẽ non timemus, tum illis tot oraculis intentatam quotidie lectitantis, tum rerum euentis diſtractam ad quæ non animaduertimus, velut ad inculca tas ſanctiones antiquatæ iam legis auribus occaleſcentes, ſcilicet hoc illud eſt, omneis rationes noſtras in benignitate & miſericordia herili repoſitas habemus. Hac ſpe deterrima mãcipia hilariter vitam ac nequiter agimus. Quin igitur accingimur ad eam benignitatem quoquomodo prouocandã? videamus per ſuperos immortales ne contemptus hic ſit potius diuinitatis q̃ meditatio quædam veniæ conſequendæ. Commenta certo ſunt iſta vete ratoris ſpiritus, qui primæ noxę ſuaſor & impulſor, in hanc errorum odyſ ſeam genus humanũ deduxit. q̃q̃ impudens eſt atq; improba noſtra hęc de precatio, non cauſam perorandam meditantium, ſed diſſolutam miſericor diam oſcitanter implorantiũ: qui quidem ex vinculis ſcelerum & delictorũ

¶ Alogiſtia eſt cũ neceſſi tas reddenda rum rationũ remittitur a principe, vul go qttus di citur vel abo litio.

¶ Suffuſio o culorũ morb⁹ eſt humor concretus in loco pupillę.

¶ Oraculorũ cõſpicilia ſũt iterpretamẽ ta acriũ enar ratorũ ſacræ ſcripturæ.

¶ Perpetuũ edictũ eo tẽ pore factũ eſt quo ius præ toriũ ad cer tam & fixam formulam re dactũ eſt, an tea eñ quot annis immu tabatur. Hic ſignifica tur lex euan gelica q̃ nũq̃ imutari põt.

¶ Caſſius fu it Romæ iu dex ſeueriſſi mus, vñ Caſ ſiana iudicia apud Cicero nem.

¶ Cauere ca pite eſt cũ va des caput & vitã nõ ſolũ bona obli gant. His au tem verbis Martyres & Chriſti Con feſſores ſigni ficantur. Oracula itel ligit ſacra ſcripta q̃ quo tidie cõme morãtur in eccleſia quaſi ad refricandam quotidie memoriam legis.

In Odyſſea Homeri errores Vlyxis deſcribuntur mirabiles, quare hic metaphorice pro magnis ac variis erroribus ponitur odyſſea.

vnicuiq; noſtrum cauſam eſſe dicendam ſciamus, iudiciumq; ſemel ſubeundum prouocatione abſciſſa. Nunc quando vnumquenq; blandiri ignauię ac iniquitati ſuę iuuat: videamus quo iure, qua actione, qua formula cernere eam hæreditatem poſſimus, quam Chriſtus dominus noſter teſtamento illo ſuo in procinctu nūcupato ſequacibus ſui reliquit. Si quis (inquit) vult poſt me venire, tollat crucem ſuam: hæredes ſuos futuros tollere crucem, quemq; ſuam & ſe ſequi e veſtigio iuſſit, alioquin indignos hæreditate ſua pronunciauit. Quibus verbis, quid aliud agit, niſi eis qui in album æternæ prouidētiæ referendi ſunt, præſcribit, vt per ea veſtigia quæ ipſe inter mortales agens impreſſit, æternam beatitudinem inueſtigandam habeāt: vt per huius ſæculi ærumnas atq; inculpatæ vitæ ſalebras ad ſummam tranquillitatem & ſecuritatē tranſeāt, quæ legitima pars eſt hæreditatis quam Chriſtus ipſe familiæ ſuæ ſpopondit, & adeundam reliquit. Hanc hæreditatem ſi ſummo & legitimo iure (quod ius quatuor tabularum appellare poſſumus) adire iam nequimus (quandoquidem diuorum & beatorum reliquias quaſi oſſa gigantum heroumq; miramur, quorum ſimiles nullos edunt ætates iam effœtæ) at certe libentes faciamus vt formula quadam indulgētiore ęternam bonorum poſſeſſionem aut petamus aut poſtulemus. Id enim ſane eſto perinde ac ſi legitimo & antiquo iure inter hęredes cenſeremur, ſiue ſummum ius dominus id eſt euangelicum ſæculis infirmioribus remiſit, ſiue potius ita nūc credi ex vſu vitæ delicatioris eſt. Sed videamus quæſo vt ſecundum tabulas bonorum poſſeſſionem petamus, quandoquidem nec iniuſtas eas tabulas nec inductas aut irritas eſſe nouimus. Neq; vero bonorū poſſeſſores erimus aut hæredes, & nō cōmoda incommodaq; hæreditaria iure in nos tranſibunt, ſiquidem bonorum appellatio in vtranq; partem valet, etiam indulgentiore iure, quod prætorium vocant. Ita fit vt nec hæredes eſſe Chriſti, nec bonorū poſſeſſores queamus, ſi præſentis vitæ delitiis perfrui laboramus. At nos velut agnatione quadā infirmioris naturę & poſthumæ licentiæ: nec iam eam legem ferentes quam deus immortalis ſanguine Chriſti ſui chariſſimi ſanxit, teſtamentum diuinum & æternum ruptum iri: nobis diro errore perſuademus, aut irritum tandem quoquomodo factū iri quaſi vero dominus idem & pater ad hęreditatē impios liberos ſeruosq; contumaces admiſſurus ſit, nec alios olim obſequentiores & bonæ frugi quæſiturus, in quos caducas partes tranſcribere hæreditatis ſuæ poſſit. tāetſi id teſtamentum quonāmodo rumpi poteſt, quum in eo nullus prætermiſſus ſit: etiam ſi primis ceris pauperes inſtituti ſunt, & ab eodem gradu exhæredes facti diuites ſarcinis præpediti. Quare qui ſupplicia impiorū euitare, & ſuperum pręmia mereri concupiunt: hoc videre debent & præcipue antiſtites, quibus cum nunc nobis res eſt, ne per redundanteis opes vitam delicatam traducant: ſed vt ſeruatoris noſtri exemplo, qui ærumnoſam ſuis vitā pręſcripſit & indigā: ſarcinas & ipſi ſuas mulis (vt dicitur) Marianis conuehant: quod nihil aliud eſſe puto, quàm inter cruciatos & furci-

Cernere hæreditatem eſt verbū ad eos pertinēs qui hęreditatem iure .xii. tabadeunt.

Teſtamentū dñi in procinctu nuncupatum.

In albū æternæ prouidentię relati ſūt, qui vulgo a theologis p̄deſtinati dicuntur.

Quatuor euangelia ſignificat.

Formula indulgētior eſt ius prętoriū, quod pl⁹ habet ęquitatis & minus iuris ſtricti ac rigidi, vt bonorū poſſeſſiones a Prętoribꝰ introductæ: p̄ter ius ciuile et̄ iquū.

Vtit hic verborū varietate, qua Iuriſcōſulti in teſtamētorum tractatibus vſi ſunt.

Alludit ad ea teſtamenta q̄ rūpunt agnatione poſthumorū hæredum.

Agnaſci eſt poſt naſci, & agnaſcit hæres defuncto cum poſthumus in lucē editus eſt.

Primę cęrę dicūtur quos Iuriſcōſulti primos gradus inſtitutionū vocāt. Erāt eīn exeratę tabulæ teſtamentorum.
Rumpitur teſtamentum ſi liberi teneantur in eo, hoc eſt niſi nominatim hæredes aut exhæredes fiant.
Mulis Marianis. Muli Mariani qui ſint docet Feſtus & Plutarchus in Mario.

Furculæ sũt quib⁹ viatores pedites sarcinas suas gerunt, alio vocabulo ærũnæ appellantur a Festo.

feros dominum signiferum e vestigio sequi. Huc adde charitatem comitem fidelissimam, digitum transuersum a viro bono non discedentem. adde animi æquitatem in spem semper intentam, quasiq; viatici largã benignamq; suppeditatricem: iam intelliges nullum esse hoc mollius vehiculũ, etiam si per prærupta, & confragosa, via nobis ineunda sit. Quis autẽ hæc reputans compotes eos mentis existimare possit, qui quum vni pontificatui vix queant satis esse, alterũ etiam addere vel plureis non dubitant? quis non mente captos sacerdotes iudicare, qui modum vtriusq; paginæ nullũ esse arbitrantur, quũ ipsi maxime inita, atq; subducta ratione actum suum domino probare teneantur? At nunc pontificatui cœnorbiarchiam, quasi coniugem adiũgere, tam solenne apud nos cœpit esse, vt mancus põtificatus, aut cælebs alioquin esse videatur, perinde atq; si semiuirum coniugem esse contendas, qui vxori pellicem non admouerit. Ego enim hæc in pleriſq; sacerdotibus tam inter se dissidere censeo, q̃ cõiugem & pellicem in hominibus profanis. etiam si de hac re iurisprudentum antiquorum responsa annos ferre (vt dicitur) hac ætate nõ videntur. mundo iam præcipiti. Q̃z q̃ quid aut confidentius admitti aut amẽtius potest, q̃ eum diem non extimescere, quo dominus noster sententiam laturus est de cuiusq; meritis, iisdẽ ipsis conscriptis & assidentibus & vitæ dissimilitudinem istis exprobrantibus, quos potestatis in nos suæ auctores nobis laudant? In quo admirari subit hominum væcordiam vel dirum quendam furorem, qui successorio iure putant ad se a Christi pedisequis potestatem, non etiam sanctitatis & continentiæ & submissorum spirituum necessitatẽ, trãsmissam & delatam. Enimuero palmarium illud (credo) apud deũ inuentum, fiducia contracta antistitia retinendi quæ inter se alias colliduntur titulis dissidentibus. videlicet quasi perpetuæ fiduciæ non instar plenũ habeant tituli legitimi quod ad fruẽda quidem sacerdotia pertinet, aut quasi impostura fieri possit diuinitati. Quid enim refert mandati an negociorũ gestorum an quasi ex conrtactu teneantur, cum vtraque actio bonam fidem agnoscere debeat? Proh dei hominumque fidem, gratum id esse prouidentiæ credam, vt qui virilem operam implere non videntur, ter aut quater, & vltra antistites appellentur? & qui tres ciere sacros canones nequeunt, ternis sæpe lituis turbam doctorum summoueant? Illi ne vt fiduciaria legitimis antistitia coniungant, quasi in hominum penuria singuli multorum prouincias obire nunc cogantur, quum tot graues viros, doctrina & moribus commendabiles primorum (vt ita dicam) digitorum suctu vrsino more vitam tolerare videamus? Præclarum vero exemplum, & in vniuersum ad religionis orthodoxæ decus atque incrementum pertinens, homunculos bonarum artium ignaros, titulosis & multorum versuum appellationibus insignes haberi & augustos: quum interim docti viri, ac vitæ sanctioris ornamentis præditi, puris nominibus nuncupati, ac capite tantum censi: cum sugillatione cultus diuini egentes vitam transigant? Profecto si vere res humanas æstimare possemus, nos magis monstrificos istos esse quam Geryones illos in fabulis decantatos iudicaremus. Concionator quidam perlepidus & facetus cauillari non pridem ita eos solebat vt diceret, huiusmodi

Animꝰ æquꝰ ōnia in bonã partem interpretatur: & puidẽtię diuinæ esse cẽset quicquid secꝰ accidit: in bonũq; tandem cessurũ: quare nihilo destitui sibi videtur.

Vtraq; pagĩa rõnũ significat accepta & expensa.

Annos ferre vina vetera dicũtur, cum nõdum a vetustate deteriora facta sũt, & adhuc seruari põt.

Fiducię sunt quæ cõmẽdamenta vocãt Cõscripti sũt senatores sũmæ curiæ quos super. xii. sedes sessuros iniudicio dominus dixit. Alludit ad actiões bonæ fidei.

Lituꝰ baculꝰ est incuruus qualis est qui antistitibus præfertur.

íſtos ſibí vídere quales ſunt quæ ín ædíbus ſacrís mutulares ſtatuæ pílís aut columnís ímponuntur:vt ením íllíc ſímulacra quædam velut onerí cedentía vídemus,quæ vel mutulorum vícem ſuſtinent,vel extra abacos mutulorũ proiecta ſunt, eamq; ſpeciẽ íntuentí præbent,vt magnopere nítí operí ferendo atq; ínſudare vídeantur,quum re vera ſenſu ſint carentía,ac níhíl ípſa facíe nítentíum ſaxeam adíuuent fírmítatem.Ita Atlantes íſtos ſanctos ſummís ſcapís columnarum ín fano domíní ſuperpoſítos , títuloſa quídem íllа amplítudíne appellatíonumq; maieſtate, venerandorũ ſenum ínſtar ſanctítatemq; præferre moris eſt ſpeciemq; luculentam præbere grauíſſímorum patrum ſanctuarium domíní fulcíẽtíum,& vero cælum(vt íta dícam) ſuſtínentíum.Stupídam autem eorum ígnorantíam, aut íncurían díſſolutam íntuentíbus,patere níhílo eos vtíliores ſtatuís lapídeís eſſe , quod ad munía quídem ſacroſancta píe ac relígioſe obeunda pertínet,ſímul ad maiestatem legís díuínæ ínter homínes relígioſe & accurate conſeruandã:quod fírmamentum eſt ípſum maxímum ædíum díuínarum . Proínde vt monſtra hominum ímmanía antíquítatís ſenſus nunq̃ cælo delapſa eſſe cenſuít, ſed terrígenas eos & poetæ & ſacrí vates appellauerunt, vt gígantum nomen índícat,& ad pernícíem mortalíum edítos eſſe perhíbuerunt, eorum ínternícíonem aut díuínæ ípſí potentíæ,aut heroícís ærumnís ídeo dedícantes. Ita nos precarí ſperareq; debemus ſummum quendam pontíficem cum Senatu purpurato q̃primum extiturũ,quí díuíno numíne ínſtínctus , cum ob alia ín re eccleſiaſtíca conſtítuenda promerita,tum vero ob hunc ípſum laborem Herculís Alexícaci appellatíone nobílítatí velít.Quín & ípſum iã eſſe credere fortaſſe debemus:etenim quí nunc ſummæ reí Chríſtíanæ præeſt,lætís auíbus renuncíatus,tantam etíam alíoquín expectatíonem ſuí excítauít,vt ínſignem omníno ac nobílem facturus pontíficatum ſuum claríſſímís ínſtítutís putetur.At vero íſtos eſſe gígantes elogío grauíſſímo íllíus ſapentís apparet.quí ín Parabolís ſymbolícís ínquít,Vír quí aberrauerít a vía íuſtítíæ,ín cõuentu gígantum requieſcet. At nos víam íuſtítíæ eã demum eſſe díxímus quam Chríſtus nobís præíuít ínter mortaleís agens. Ipſe ením præmonſtrator fuít víæ ferentís ín cælum.Ipſe eorum fuít Hercules portẽtorum,quæ ne vírtus quídem heroíca conficere aut ſuperare potuít.Porro gígantum pedes in draconum volumína deſiíſſe fabulæ tradíderunt . Quo fígmento príſcí ſígnificare voluerunt níhíl rectum íſtos homínes,níhíl arduum cogítare,ſed omneís eorum actus, omneís anímí ſenſus humí ſerpere,vel verius deorſum vergere ad ínferos . Hæc dedecora, hæc monſtra ex relígíone recta & clariſſíma & ín cœlum ſemper íntenta tollí,cum optímus quíſq; hodíe & grauíſſímus prímí,ſecundí,& vltímí ſacerdotum ordínís poſcít,& hoc vnum ín votís habet, tum vero íntereſt exemplí ín vníuerſum recte atq; ordíne conſtítuí rem clerícam & eccleſiaſtícã, ne relíquí ordínes ín poſterum tam grauíter opínentur de ordíne ſanctíſſímo ſacerdotum cuíus omnía facta, dícta,ſígnificata magnopere pertínent ad exemplum. Atquí neceſſe eſt,vt noſtræ memoríæ antíſtítum licentía luxu díffluens & conſpícua,ſtultítíam príſcís exprobret,quí díſcíplínæ tenaces euangelícæ,voluptatem ac díuítías procul ſummouerunt a cõtubernio

Atlantes.

Leo.x. Lætis auíbꝰ renũciari eſt felicibus auſpicíis pontíficem creari.

Gigantes.

Fidem bonã agnoſcere verbũ eſt iuris, ſed hic p alluſionẽ dictũ eſt, eos taxãdo qui certã perſuaſionẽ doctrinæ euãgelicę nõ habent.

ſuo. aut vt eorum ſanctímonía ímpietatís íſtos ínſimulet ac manifeſtos reddat, quí fortunæ magis q̃ veritatí lítare cupientes religíonem orhodoxam (quantum ín eis fuít) ín ínſulas relegarũt delíciarũ neſcías. Quís enim eſt hodíe quín ſciat & prædicet eo ſeueritatem eccleſiaſticam ſanctitatẽ maieſtatem decídíſſe, vt quos díſcíplínæ exactores eſſe ſeueríſſímos oportebat. omníumq; officíorum arbítros & præítores ad pietatem religíonemq; pertínentíum, íí remíſſíorem vítam & lícentíæ atq; ínCuríæ plenam non modo amplecti, ſed etíam fouere tueríq; vídeantur? Hoſce autẽ homines quís credat, quũ hoc faciant, fidem bonã rectamq; agnoſcere? Quín & eo íam veníſſe nos puto (dícam enim quod ſentío) vt ſine culpa fortaſſe ís ceſſare nequeat quí neglecta conſtíturus, conuulſa reſtíturus, íncondíta dígeſturus ab omníbus exíſtímatur. Fít enim míre ínterdũ vt publíca expectatíone bonorũq; & grauíorum opínione futurí, maíor multo gruíorq; perſona ſummos honores gerentíbus ímponatur, q̃ vt munere ſuo tranſlatítía índuſtría obeundo perfuncti eſſe vídeantur. Quís autem neſcit haud íta prídem ſelectos lapídes ſanctuarií, íta vel díſperſos vel díſiectos fuíſſe, vt collapſa eccleſię maieſtate ípſa íam deí ſponſa velutí fídeí coníugalís oblíta, non modo a ſponſo díuertíſſe ſed etíã nullo pudoris reſpectu per tríuía per plateas euagarí líceter vídéretur, merereq; prouínciatím? quís paſtores ípſos velutí fugítíuos, nõ díco gregis deſertores, ſed etíã factos abactores nõ meminit? Quíd ípſos præſulum chorypheos nonne íta prępoſtere ſe atq; ímpure geſſíſſe vídimus: vt quos ad compoſití decoríq; ſtatus habítum & ſpeciẽ formare chorum decebat, & eam ſaltatíonem docere, quæ emmelía dícta eſt ab emendatí motus & pacatí compoſitíq; concínnitate, pyrrícham illí ípſi (o ſummam índígnítatem) præíre, íd eſt armatam non dubítarent, a ſanctítate prorſus ordínis abhorrentẽ. Ita ne vero quí ad ſacra & ſpíritalía certamína prodeũtíum, ſummí vnctores erant, & quí tum píí fortaſſe bellí auctores eſſe debebant pro arís & fínibus ſacrís ín profanos & ímpíos populos decernẽdí: íídem ípſí laníſtæ Chríſtíanarum vírium vídeří maluerunt, vt ad ínternícionem nomínís ſacroſancti ínter ſe conflígerẽt? Quum hæc ígítur íta euenís ſe cõſtet, atq; eas res ab illís fuíſſe geſtas, vt alter vír íngenioſior q̃ religíoſior, de calíce íræ domíní, alter vír vehemẽs & acer, etíam de furoris bíbíſſe hauſíſſeq; víſus ſit, vterq; autem dum anímo ſuo nímiũ obſequítur, fas nefasq; míſcuíſſe. híc eo amplíus pollutorum ſacrorum religíone auguſtum & ſacroſanctum verticem obſtrínxíſſe compertus ſit, conſentaneum eſt vtique vt Leo quí díuíno (vt credímus) numíne, íllís de medío ſublatís, & fortaſſe de cælo tactís ſubínde ín locum eorum ſuffectus eſt: ís nunc orbe propemodum tranquíllo & compoſito, architectonica íam ratíone domínící díuerſorií maieſtatem ínſtaurare laboret, príſcís etíam modulís aut certe príſtínis adhíbítís. nam & ípſe ſuffectus ſtatím nutantem ſanctuarií compagem celeri manu ſtabíliuit. ſic enim res nata ferebat, vt ſtructorum manibus adhíbítís præſentíſſímí cõſilíí tíbícíne fulcíret, atq; ordínis ínterím ampliſſímí concordía velutí confibularet. Proh ſuperí ímmortales, quí ſtatus ílle fuít,

Selecti olĩ díí dicti ſũt, & ſelecti iudices, hic ſelecti patres ſignificãtur ſũmi põtificis comites & aſſeſſores.

In bellatores pontifices.

Cõpellat duos pontifices quib⁹ ſucceſſit Leo decímus.

Choryphæ⁹ eſt chori príceps qui alio nomine chorodidaſcalus dicitur, quaſi chori magiſter, & quicũq; ſũmus eſt ĩ aliquo ordíe is choryphę⁹ dicitur. chorus autẽ ſaltatíũ & canẽtium cœtus erat. ide præſules dicti.

Emmelía.

Pyrrícha.

Aliptæ vnctores erant, quí athletas certaturos vngebant, & magiſtrí ac præceptores athletarũ dicebanẽ auctore Ariſtote.

Leo decim⁹.

Modulos appellat medio critatẽ & parſimoniã a príſcis inſtitutã vt quiſq; ſacerdotum vno ſacerdotio acquieſcat, quod quidem ſuppeditare neceſſaria pro dignitate cuiuſq; ordinis poſſit.

quí decor reí clericæ, quæ religionís reuerentia, quum omnía prope ín hoc orbe qua ſacra qua profana, væcordíæ frenís regerentur, fatalí ínclinatíone mundí? quum primigeníæ noxæ ſuaſor, a Chriſto quondã deiectus anímorum poſſeſſíone, ímmo vero ſcíſſa gaudens díſcordía palla, vltro, cítro cõmeans, furoris faces vtrobíq; ſubgereret, & Romæ quaſi ín arce religionís íncendium míſceret? & hínc ſenatus ſtultítiæ & temerítatís (vt íngenue fatear) íllínc peruícacíæ ínuſitatæ ac fanatícæ frontem fronte conterentes, vt ílle prophetes ínquít, decreta futília ímpíaq; perſcríberent ín æde Bellonæ coacti? quum cleri magíſter ſanguínarius effractis tímoris díuíní repagulís, feras (vt íta dícam) ín populum contumacem íllum quídem (neq; enim ínficias eo) ſed tamen populum domíní ímmitteret, & Gallorum partes earumq; fautores dirís execratiónibus deuouens, ſcelere pluſq; tragico orbem pene totum religíone ſolutum ín deuotos concítaret? Id quod cum ín religíonem a populo (vt aſſolet) & pía nobilítate traheretur: mirũ eſt q; íí quí decretís vtrínq; ínterfuerant, vel eorum auctores fuerant, religíone alligarí ſeſe non intellígebant: quí vtínam íam plane exolutí ſint, tãto pietatís vulnerí cícatrice nunc obducta Leonís prudentía. Enímuero ſi (quod ominarí nolím) religionís ípſi vertící alíquíd accíderít, vel ſacrí ſenatus pius ílle ímpetus íta relanguerit, vt extemporalí ſemirutí faní reconcínatíone acquíeſcere ín anímum índuxerít, nec ſarctum ac tectum contuberníũ domíní præſtare ad príſcí perpetuíq; edícti formulam contenderít (duntaxat quantum ferre ratío huíus ætatís poteſt, neq; enim ad víuum vlcera ín corpore tã delícato reſecanda cẽſeo) quíd alíud q̃ ínaní expolítíone, aut tectorío quodam ſpecioſi concílíí perlucentem ruínam ínterlítam eſſe temerarius rumor cauillabitur? Cuíuſmodí culpam reprehenſam eſſe ab Ezechíele ſcotíno vate puto, capite decímotertío oraculorum ſuorũ. Quíd vínea domíní, nonne íta degenerauít ín labruſcas, vt prímo quoq; tempore repaſtínanda vídeatur, & ex ſítu & carie negligentíæ, paſtíno quodã reſtítuenda cenſuræ? Certe manum poſcít ípſa & flagítat ſolertís & índuſtríí vínítoris, quí palmites fructuarios & munífices a pampínaríís & ínanibus ínternoſcat. Nam quũ vel ínſcítía vel ícuría pampínatorum maxíma adhuc quæq; vítis íta ín materíem ínanẽ frõdesq; eluxuríauerít, vt agrícolæ non fructuí ſed ſtírpíbus cõſuluíſſe vídeantur: factum eſt, vt ímmunes pampíní plurímís ſingulí ſtatumínibus non modo ímpedatí, ſed etíam ímpedítí omnía late occuparent vítíbuſq; recte exputatís & frugíferís locus ín vínea nõ eſſet, aut íta certe locus præumbratís eſſet. vt ſtatumíne eas vel nullo vel ínfirmo vínítores adminicularẽtur, nec fructus eorum ín ſolem prodíre, & exemplo eſſe poſſet. Atq; ín hac deformítate culturæ & pœnuría fructuaríorũ palmítum, ſubſídiaríí nunc rarí ſubmittuntur. quí quídem ſpem certã proxímí fœtus pol líceri exíſtímentur. Hæc ígitur animaduertere etíam etíamq; ſummum domíní víllícum neceſſe eſt, & falce canonícæ cenſuræ ad eũ modum circunci-

Tibicinibus fulciunt ædificia ruínam mínãtia, fibulís aũ aſtringũtur parietes qui ab ædificio diſtrahunt, vulgo claues appellant.

Primigenia noxa peccatũ eſt primi parentis.

Feras in populũ ímittere eſt a Romano more tractũ, quí feras in caueis alebãt, quíbꝰ interdũ homines dãnatos obiiciebãt: interdũ hoſtes beſtiarios, cũ eis de pugnaturos cõducebãt in amphitheatro ad oblectatiõnẽ populí. Has Nero rebus iam ſuis deſperãs voluit caueis emittere, & pyrbẽ Romã laxare, vt populũ lacerarent. hic aũt fere pro populis efferatís metaphorice ponunt, q in Gallos a põtifice Iulio concitati ſunt vt Frãciam popularẽtur. Hic autẽ ſignificare videntur cõcilia duo Romanum & Piſanum ſtudio magis cupiditatis & vindictæ q̃ charitatis ac pietatis índicta. Exolui religione eſt ita conſceleratum animum ſacra ſatisfactione expíare, vt vltío diuína amplius ímpendere nõ vídeatur. huic opponitur alligari religione. Hic intelligitur conſilium a Leone índictum quod pietatis ſpeciem præferebat. Sarcta tecta Romæ prætores locabant & exigebãt & redemptores præſtabant ex formula edicti prætorii vt Budæus in Annotationibus dícit. Vinea domíní. Statumína ſunt adminícula vítium. hic proſacerdotiis accipiuntur quæ ſíngulos palmites, i. ſacerdotes alunt & ſuſtentant.

dere quem vnaquæq; ſtirps ferre poſſe videatur, vt in reſtibili vineto eam faciem agnoſcamus quæ non abhorrere dicatur ab ea forma quam dominum eiuſq; operarios vineæ colendæ prudentes olim inſtituiſſe notum eſt. Neq; non eadem deformitas in agricolatione cernitur & cæteris in partibus familiæ domini. Iam primum latifundia iis villicis committuntur, quorũ delicatæ manus & otioſæ callo nunquam obduruerunt ſtiua in ſulco tenenda præſularis diſciplinæ. Deinde operarum decurias in agrum inductas videmus, partim libere licenterq; ſpatiãteis, partim opus arbitrarium nullo ſub monitore facienteis. Horrida vero culturæ facies quum in centuriali fœcũ doq; aruo videas grandiores glebas obiacentes, ac ſcamna quædam cruda nullo vomere iterata doctrinæ probabilis, quæ agricola remiſſus & præuaricator tranſmiſit inſubacta. Eiuſmodi eſſe ſcimus ſacerdotes quoſdam primarios omnium artium imperitos & rudes, nullo animi ornamento excultos, nulla crate rerum aduerſarum aut moleſtarũ aut laboris occatos & ſubactos, vt ad frugem aliquam bonam vitæ ſanctioris peruenirent. Qualeſq; Homerico verbo, inertia terræ pondera nos appellare poſſumus. Hic eſt enim ferme habitus, hæc ſimilitudo quorundam ſacerdotum, de quibus nunc loquimur, qui in circumfluẽti opulentia ſaginati, ocioq; ac ſecuritate marcentes, & velut in cœno voluptariæ vitæ luxuſq; redundantis obruti, vt inertes in aruo ſulci qui limo obducti ſunt, ne ſemen quidem ſibi creditũ reddunt, nedum fructum afferunt cum fœnore multiplici. Deus immortalis, cuiuſmodi antiſtites eos eſſe, aut ſacerdotes dicemus? quid animi habere, quid penſi & cogitationis credemus? quam æternorum bonorum ſegetẽ ipſi ex hac ſui aliorumq; cultura demeſſum ire ſperant? Laudent ipſi vnum tantum harum rerum auctorem, eorum quidem qui publica religione conſecrati leguntur, & ego dabo manus. Inferorum ne igitur ſupplicia plebeculæ terricula eſſe credunt, & ea quæ de æterna beatitudine ſcripta ſunt, argumenta theatrica? Quam ſpem autem tandem ſalutis habere poſſunt, qui cum ſint principes ſacerdotes & in puppe gubernacula tenentes meridie in ſcopulos impietatis impingunt? & quum ſplendore vitæ prælucere familiæ domínicæ debeãt, erroris illi nobis & hallucinationis caliginem tetram ob oculos offundũt? Atqui in hac ætate quidq̃ a via veritatis deflectere, nihil aliud eſſe puto q̃ impingere in ſcopulum meridie, id quod inquit Eſaias ſacrorum vatum Homerus. Etenim per deum perq; veritatem ipſam, poſſunt ne aliquo tempore mortales cognitam magis veritatem amplius cõpertam atque comprehenſam tenere, manibus etiam palpare, & ad manum contueri, q̃ nobis habere diuinitus contigit, poſt omnium errorum præſtigias exploſas, poſt redditam religioni orthodoxæ plenam tranquillitatem? Heu pietas, heu priſca fides. maioresillos noſtros ſenatus & equitum populique conſenſu conſecratos & inter diuos relatos, certa & explorata veritatis perſuaſione dimouere nemo ne admotis quidẽ & exercitis cruciatibus potuit, quum tamen adhuc omnia errorum caligine permixta viderentur, nec ea fide abducere in quam ſemel ſacramento dicto venerant, cũ omnia adhuc paſſim bellis inteſtinis arderent. Nos in veritatis contubernio nati, vberibus ſapiẽtiæ lactati, in gremio (vt ita dicam) doctrinæ ſupernæ educati, ſed de-

Reſtibile vinetũ eſt vinea renouata: quæ hic p cõſtituta eccleſia & moribus atq; inſtitutis reformata ponit. Latifundiũ fundus eſt late patẽs: hic pro ſacerdotio copioſo & opulẽto ponitur: & epiſcopatu latepatenti.

Cẽturiale arũ funduseſt cẽtũ iugerũ: quo nole grã de ſacerdotium ſignificatur Inertia terræ põdera.

Laudare auctorẽ eſt citare & prodere verbo iuris antiquo.

Publica religione conſecrati ſũtquos canonizatos vocant.

Argumenta theatrica ſũt fabulæ comicæ & tragicæ.

Eſaias ſacrorũ vatũ Homerus.

Abducere fide militẽ eſt ita perpelere vt i diuerſa caſtra & diuerſas partes tranſeat.

Sacramento dicere eſt nomẽ dare militiæ impatoris Chriſti.

Veritas cõtubernalis ẽ hominũ, quãdo corpꝰ Chriſti in æde ſacra ſitum eſt.

liciis sæcularibus coalití & deprauatí, ad solem conniuemus, oculos caligã teis ad nebulas detorquentes, quas e terra inferneq; exortas ipsi non ignoramus. Quí si veritatem satis animaduerteremus, non ipsam modo mortalíum contubernalem dum sacris operantur, sed quæ se totam nobis indulget hauriendam in cordisq; recessus penitus admittendam, sanctífico illo crustulo quo animos humanos veritas ipsa Christus quotidie pigneratur & vẽ dicat: superí boní q̃ ex alta contemplationis specula fastum & opulentiam non iam sæcularem, sed vix etiam lustralem contemneremus? Q̃ ridículos esse istos, q̃ míseros iudicaremus, quí immaneis títulos suspiciẽtes, optímos propemodum maxímos appellarí sese gestíunt? Sed quis iam sacris operantíum satis hoc agere, satis inquam vídetur? vt antíquo verbo sacrificalí loquar. Equídem magnopere ipse admirarí soleo, cum me in penetralía animaduersionum abstrusi, tantam humaní animi acrímoniam tam vehemẽter hebescere ad veritatem comprehendendam, & memoría tenendam. Quum enim humanarum legum sanctiones vel mínantes supplícia vel spondentes præmía, ita vel hortando vel vetãdo imperíi sui maiestatem retínere vídeamus, vt strenuíssimus quisq; vel æterní nomínis cupidíssimus, præ cupidítate referendí præmíi vel palmaris vel compendiarií, rationem propemodũ nullam temporaríæ lucís habere exístimetur: prudentíssimus autẽ quísque ac sui amantíssimus, ita mínacibus edictís obtemperet, vt nõ nísi væcordes homines aut lucís tædio capti, in fraudem quoquomodo capítalem incidãt, quí fierí posse dícemus, vt tot christíanæ legís capita homines sanæ mentís pro níhílo pene ducant? Quippe cum humanæ leges, quæ quidẽ alíquid vetent, mínaces tantummodo esse soleãt siquid secus dolo malo admíssum sit: lex charítatís & innocentíæ, qua nemo non æqualí sorte tenetur, non mínis modo horrendís & inauditís antea, sed etíam prẽmíi & operæprecii centuplícata pollícitatione, atq; adeo sexcentuplícata sancta est. Et níhílo secíus mens humana spíritalibus auríbus capta, pollícitationes iuxta atq; intermí nationes díro stupore publice príuatimq; transmittit. Videlicet sic natura comparatum est ob capítalem príncipum parentũ admíssum, vt cordatíssimí ad sensu percepta mortales, ad intelligíbília atq; in spe aut expectatione posita, excordibus símiles sint. Quod futurum prouidens vates deo plenus in funebrí carmine, quas threnodías vocãt, cum funere elatam eccleſiæ maiestatem in vniuersum queribũda voce cecínit, tum sigíllatím animæ cuíusque Christíano sacramento ínitiatæ huiusce modí mulctam lamentatus est. Ait enim eccleſiam vel animam humanam, quæ quondam díuinæ díscíplinæ tenax, templum domíní dícebatur, & scamnum pedũ eius (quippe cuíus mores & ínstituta e vestígio sequebatur) obrepente sensim rerum caducarũ desiderío de cælo ita esse detractam, vt quæ prius in rerum æternarũ contẽplatione cæleſtí vita præsumpta, inter superos agere vídebatur, & imagínaría díuínitatis intelligẽtia acquiescere, nunc cælo delapsam, in calígine multíplící erratícorum affectuum esse mersam, propemodũ vt dominus in oblíuionem sui sanctuarií veníſſe vídeatur, ac ne id quidem modo, sed etíam re-

Sanctificum crustulũ est euchariſtía, quæ animos sãctificat. Sæcularia dicũt ea, q̃ ad corp⁹ & vitę delícias ptinẽt, quibus spíritalia opponũtur.

Sæculare etíam dícit qd centũ annorũ intercapedínẽ habet.

Lustrale qd quinq; annorũ. hic autem alludit ad vtranq; significationẽ sæcularis, nõ n. sęcularis proprie (inquit) est factus qui sæpe ad quíntum quenniũ non protenditur, cũ sũmi honores sæpíſſime breues sint.

Hoc age, dícebat p̃co in sacris faciẽdis, qd significat ad hoc solũ animũ aduertere. Auctor Plutarch⁹ in Corio. Plau. in Perſa. Hoc age, opus ne est hac tibi empta. Id est animaduertę & intentus esto ĩ hãc rẽ.

Optim⁹ maxim⁹ cognomẽtũ est Iouis.

In pręceptorum Christí contẽptores.

Threnodiæ.

De cælo detracti dicuntur qui e magna gloria exciderunt. Sicut in cælo esse dicuntur, qui omnium ore celebrantur. Hic autem appoſite ea locutione Budæus vsus est.

gnum Hierarchicũ & principatus eius, atq; ordines mirifice distinctos descriptosq; euertisse, aut certe ipsa contaminasse. eorum etiã castella, ac propugnacula disturbasse, cornu principatus confregisse, & brachiũ suũ quod prius ei porrigebat ad hostem propulsandum, retrorsus reduxisse, postremo in eo regno omnia vasta igni flammisq; reddidisse. Quibus verbis mystice exaudítis, quid aliud q̃ Christũ intelligimus, vt ecclesiæ, ita animæ sacris suis initiatæ sponsum, infensum eidẽ sponsæ, ex contubernio ipsam suo depulisse, id est ex innocentiæ & sanctitatis statu, atque adeo ex editissimo theoriæ gradu ignominiose deiecisse, quasi stupri compertam. atq; eam ob rem ilico factum esse, vt hostiles copiæ peruigiles excubias agentes, ecclesiæ vel animæ præsidia satellitio diuino vacua nactæ, pro arbitrio suo irrũperent, & præsidiaria manu in potestatem redacta, arce etiã religionis potirentur, vel animi principatu. Ita quum principes ordines Hierarchiæ, & mẽtis atq; intellectus humani principatum, aduersarii humanæ naturæ potentatus velut in deditionem acceperint: a quibus nunc res summa vel ecclesiæ vel animæ magna ex parte regitur, quum subeunte rerum fluxarum amore pietas & ratio depulsæ rerum perdiderint habenas: quid supereſt, nisi vt ambitione & cupiditate & libidine omnia vtrobiq; ardere videantur? Quas ob res Threnodus ille vates lamentabili carmine dolorem suum testatur, multiplici tropo orationis inculcatum. Dolet enim atque mœret ipse salutem cõploratam generis humani sibi videri ob fractã ab clero huius ætatis tesseram (vt ita dicam) hospitii, atque amicitiæ, inter diuinam pridem humanamque naturam in ara cruciata Christi sanguine confarreatæ, vnde adoream æternam sperare mortalibus, & in cælestium collegium coopturi licebat, si iure gentium stetissent quod Christus promulgarat. Ecquis est autem obsecro qui si statum ecclesiæ, motum, flexum, habitum, affectiones denique corporis & animi & sessiones ipsas æstimet quales non pridem vidimus, vllam rationem haberi oraculorum, aut omnino sacrorum monumentorum iudicet? quasi vero non monodias veras in funus animarum Entheus ille vates, sed plane nænias effatus sit. Non pontificiam iurisdictionem ita degenerasse cernimus ex charitate prisca, vt vbi æqui boníque & benignitatis sinus solebat esse, ibi litium officina capturarumque improbiorum nunc esse videatur? Inde illa formularum aucupia, & rituum pontificiorum cautiones ad circumscribendam familiam domini concinnatæ. Inde mulctarum compendia præsulibus enata, acceptorum pagínas luculenter augẽtia. Indidem sacrilegæ nundinæ earum rerum, quæ in cõmercio humano sine piaculo esse non possunt. Mitto nunc tesseras nõ modo veniales, sed etiã vænales, impunitatem scelerum, & solutionẽ sacrarum legũ sordida benignitate largiẽtes. Itaq; sacrosanctos canones melioribus annis factos, vt iis velut regulis vita clericorũ dirigeretur, & velut patrũ præscriptis posteri formarẽtur, iã in amusseis plũbeas euasisse quis non videt? quales olim fuisse canones Lesbię structuræ tradit Aristoteles. Nã vt canones plũbei & molles nõ structurã operũ tenore æquabili dirigunt, sed extructo-

Theoria status est animi auctorẽ suũ q̃rẽtis & cõtenpta hũilitate terrenarũ rerum ad cælestes semp suspiciẽtis. Verbũ a trismegisto inuẽtũ vt auctor est Lactantius.

Multiplex trop⁹ oõnis est oõ multiplici schemate id est signficãs & repetẽs qđ meminisse omnes magnopere oportebat.

Moris fuit apud priscos, vt hospites, id est externi amici tesseras hospitii seruarẽt, vt ius hospitii etiã ad posteros trãsiret. tesserã. n. secũ ferẽtes hospitũ liberi, agnoscẽdos se præbebãt cũ aũt hospitiũ renunciare volebãt tesseras frangebant.

Cõfarreare ẽ contrahere & sancire aliqd sacrificio itermedio, a farre verbũ ductũ, quo antiqui in sacris vtebãtur. ad id aũt alludit adorea verbũ q̃ gloriam significat, cũ adoreũ fit farEt sessiones ipsas. Sessio vocabulum est ad lusionẽ habẽs ad consilia huius ætatis, speciosiora. s. q̃ religiosiora. For. auc. Rescripta cancellariæ Ro. hic significari putem.

Tesseræ veniales sunt syngraphæ indulgentiarum. Canones Lesbiæ structuræ.

rum commodo & libidine flexiles structuræ accommodantur, sic canones pontificii ex vsu ecclesiæ antistitum flexibiles plumbei & cærei facti sunt, vt iandiu instituta maiorum & sanctiones pontificiæ non moribus regendis vsui esse, sed (propemodum dixerim) argentariæ factitandæ auctoritatem accommodare videantur. Quotus enim quisq; qui gratias factas annalium legum, & collidentium inter se sacerdotiorum æstimarit vacationes istas legum, & non solutiones vocarit? nec istos non vna aut altera lege aut munere digna aliqua de causa, sed plane sacramento solutos esse contenderit? Hæc cum finium Christianorum luculentis dispēdiis expiata sæpe sciamus fuisse historiarum testimonio, numine non obscure iram suam in suos distringente: mirum est sane atq; vtinam non dirum q; sacrosancti potentatus solutos se esse omni lege confidūt. propterea q; institutis pōtificiis principes sacris inaugurati e cælo iura petunt, ne de maioribus quidem sceleribus capitis causam dicentes. Miseri ipsi quidem si apud supremū disceptatorem mitiore tranſigi conditione censent: sceleſti & deplorati, si illic omni no non discepturi sperant. Qui si aliquando recordari possent diuino tribunali apparere toruum illud satellitium Minois & Rhadamāthi, pœnas, furias, erynnias & alastoras, eas ipsas animas captātes, quas in reatum impulerunt: certe quāuis animo excæcati & væcordes: tamen toto corpore cohorresceret. Solenne tamen regibus Franciæ fere fuit rerum suarum summam iis hominibus credere, quorum secus vel consulta vel admissa ipsi vindicare nequeant. Nostra ætas vidit vnum in rerū actu summo liberoq; præfectum, qui a vinea domini procul agens rationes imperii nostri ex sententia animi sui perputabat, inscite aut incommode circuncidens: in quo actu aulicum omne ministerium ei subseruiebat. Hic vir quidē haud improbus fuit, animiq; haud degeneris, sed regendis fatis intētus anginarium pyrum vorauit: vnde Franci propemodum strangulati ne queri quidem aut expostulare sunt ausi, quoad inter aulicos simul & viuos agere ille desiit, qui etiam ipse cum in opulento fastu se ingurgitauisset, haustum inde calicem erroris patriq; exitiabilis iuratissimis suorum amicorum successorūq; propinauit, cuius vtinam manibus omuiumq; supradictorum summus ille iudex secus admissorum gratiam ad extremum fecerit. Sed enim (quod dicere cœperamus) status ciuitatis orthodoxæ e sede seueritatis & disciplinæ conuulsus, manum quandam Pæoniā poscit, vt apte & placide in eā reponatur, luxataq; ecclesiæ membra in artus suos aliquando redeant: sic fiet vt principes ecclesiæ non auro obryzo, non argentea supellectili, non opimis obuentionibus, non numerosis titulis opum suarū magnitudinem metiantur: quæ gazas regum prouocare, nō diuitias priscorū antistitum æmulari videtur, sed bonis internis, sed copia doctrinæ, sed iis animæ Christo despōsæ dotibus, quę in cordis scriniolis, tanq; in gazophylaciis mystici fani cōduntur. Etenī qui ad superos viā nō modo affectare, sed etiā aliis sternere munireq; volūt existimari, quiq; id omni titulo omniq; functione munerū suorū profitēt: ii Christū diuinitatis emissariū, ac salutis humanæ spōsionisq; magnificæ sequestrē necesse est vt sequātur, qui eā viā primus secuit & aperuit: & sequātur, si nō eueſtigio, vt maiorū illi gētiū pōtifices oli fecerūt, at certe p

Taxant fo. tasse pontificii iuris libri captionū plēni. Sextꝰ lib. & Clemētinꝰ.

Supremꝰ disceptator est extremus & summus iudex Christꝰ. Alastoreshic intellige dæmones naturę humanæ infēsissimos & assiduos captatores & reis & dānatis infestissimos.

Hic epi & cardinales significant, q; p rea bꝰ male gestis puniri a regibus sine piaculo nequeūt.

Anginariū pyrum hic significare puto sūmi apicis ambitū.

& peruicacē petitionē cū certa spe potiundi.

Calix erroris hic significare videt opinionē ptinacē Italicarū rerū, vel cū certa pniciē regni pſequēdarum.

Pæō medicꝰ deorū est, vnde Pæonia manꝰ p certa & auxilii pñtarii dicta est

In prauos Christi assecl as epos.

ſpectu q̃ lõgiſſimo, modo ne obliquo aut etiam diuerſiſſimo. Hæc via cum vnica ſit (vna eſt enim tantum veritas) eam quoquo modo ingrediẽdum nobis eſt, nam & ipſe præmonſtrator ſuperne delapſus, non modo illac ire, ſed etiam venire eos iuſſit, quos in numeros æternos delectus ſui rettulit. Nũc vero cum ab hac via principes noſtri orbis ordines, profani iuxta atq; initiati diuerſiſſime expatientur, quid inde ſequatur nemo pręter eos nõ videt: qui & oculis & auribus capti ſunt, nec oraculorum prædicta, nec concionatorum monita exaudientes. Quæ (malum) autem inſania eſt hanc errori publico indulgere patientiam? Ego ne vt credam fidem eos bonam agnoſcere, qui ſub exuuiis domini noſtri, aram & ſacra tenentes, & ipſum deniq; dominum exoſculantes, eiuſdem ipſius placita & inſtituta floccipendant, eiſque e diametro oppoſita pugnantiaq; amplectantur? Aſſeclæ & comites Chriſti dum inter homines agebat, quibus ille decedens e prouincia, velut compertæ fidei miniſtris prouincias detulit, quoad in illis fuerũt, nauicularíam ſollicitam factitantes, & procellis agitati, nihil ſui habuiſſe, nihil vnquam ſibi poſſediſſe traduntur. Iſtos autem qui illorum prouinciis ſucceſſerunt. eadem cum illis poteſtate prædítos (id quod ipſi gloriabunde prædicant) proh ſuperi, non pudet argentariam facere, opulentiamq; redundantem omni ope vẽdicare & cumulare. At ab huiuſcemodi bonorum poſſeſſione illi inter diuos relati eorum ipſorum auctores cupide ſe abdicabant, diſciplinã ipſi parentis ſapientiæ & veritatis cõſertis (vt aiunt) digitis retinentes. Ecquid autem eſſe abhorrentius, & magis diſſentaneum ab innocentia & ſimplicitate diſcipulorum Chriſti poteſt, q̃ ſacerdotem ad altare ſacra facere, & interim comitatũ eius ſericatum, comptulum, calamiſtratũ, verſicoloribus inſignem, machæra ſuccinctum, altera manu capulo ferri ſubnixum, altera accipitrem geſtantem, ſanctuarium dominicum ſtipare & oberrare menſæ ſacræ ſummoto clerico miniſterio, geſticulatione gaudẽtem proterua & profana? At huiuſcemodi ſpectaculi indignitatem oculis ſæpe detortis exorbere obmurmurantes cogimur. Itaq; eo iam indignitatis atq; inſolentiæ ventum eſſe populus vociferatur: vt quos Hieronomos eſſe decebat, hoc eſt ſacræ diſciplinæ & inſtitutionis magiſtros & exactores, auctores ipſi fuerint diſſoluendæ atq; explodendæ continentiæ. Vnum eius rei remediũ prę ſentiſſimum eſſe certum eſt, ſi in conſtituenda aliquando re clerica & eccleſiaſtica, opimorum reddituum circumfluẽtia ad certum quendam modum decentemq; circũcidatur, pro captu & dignatione cuiuſq; iſonomia quadam decenti & cõmoda longo interuallo relata, ad rationem geometricam, quius optimatum regitur. Hæc enim ſentina degrauans exhaurienda eſt omnino primo quoque tempore, ne ſacroſancta nauis peſſum eat tandem coorta quadam tempeſtate maiore. Hoc autem Leonem decimum pontificum verticem, & ſymphoniacorum domini choroſtaten, præſtare, cum moribus eius, & doctrinæ, tum vero auſpiciis initi ab eo pontificatus conuenit: vt & ipſe & ampliſſimus purpuratorum patrũ Senatus, tanquam in naui Apoſtolica iam expeditiore ſedentes, canere turbę nauticæ celeuſma videantur. Abſit enim abſit inquã, vt quod de Iulio ſiue iure ſiue iniuria creditũ eſt, ſuperis eum & mortalibus fucũ factitare cogitaſſe, & cõcilii obtentu fruſtra-

Hieronomi. Iſonomia eſt æqualis bonorum diſtributio.

Celeuſma adhortatio ẽ remigũ & nautarũ, q̃d cani a ſymphoniacis ſeruis moris erat apud antiquos.

Choroſtates eſt qui chorũ ſymphoniacũ docet, moderaturq;.

Prærogatiua trib⁹ erat cui ſorte obtigerat ĩ comitiis Romanis, vt prima ſuffragia ferret in creãdis magiſtratib⁹, & eã ſępe reliq̃ ſeq̃bantur aſſentientes ei.

ri bonorum & ſapientium expectationem piam, id de eo quoq; ſuſpicemur pontifice maximo qui difficillimo tempore & rebus propemodum perditis & profligatis omnium ſeniorum ſuffragiis renunciatus eſſe dicitur: prærogatiua tribu doctrinæ ſuffragantium & indoli magnæ ſpei atque pontificiæ. idque iis comitiis in quibus nec vitium vllum obueniſſe fama eſt, nec obnunciationem vllam extitiſſe, aut interceſſionem cuiuſquam, quæ conſpiranti patrum voluntati poſſet quoquo pacto incommodare. O præſentiſſimam vim numinis, quam ſuffragia ineuntes patres (vt vocantur) reuerendiſſimi hauſiſſe repente creduntur. Verum id præcipue homines tum ſtupebant, morem tanto interuallo relatum obſeruandi de cælo: atque id eo tempore quum id minime futurum quiuis exiſtimaret. Adde q̃ eius eſt ſi cuiuſquam pontificii iuris conſtitutio, qui literarum ſtudium quod iamdiu a publica quidem beneficentia per pontificum inſcitiam incuriamque frigebat: memorabili in omne æuũ exemplo excitatum ire dictitatur. Atqui ego hunc decimum claris olim rebus actis decumanum fore ſpero: quandoquidem veteres omnia decumana magna eſſe cenſuerunt. Is igitur cum deo beneuolente labantem ſacroſancti ordinis maieſtatem cõfirmabit, & priſcum decus ac dignitatem clero populoq; reſtituet. Verum enimuero vt redeam ad id quod dicere inſtitueram, quum tranſlatitii & pene vulgares priſcæ ætatis cenſus, ingentes hodie & pene inuſitati exiſtimentur, mundo iam vergente ad pauperiem, ego demiſſi animi & anguſtæ mentis eſſe arbitror, toto (vt dicitur) pectore incumbere ad comparandas opes, quum ea in re gloriam aut famam in poſterum nemo poſſit aſſequi, ac ne voluptatẽ quidem niſi per tranſennam ſentire. Nam vt hians auaritia ingentia lucra cum ſumma deuorat voluptate, ſic raptim deuoratorum ſaliua nunquam in os recurſat: vt cibus etiam ſuauiſſimus in ingluuiem tranſmiſſus inexplebilem, nullo delectat edentem reguſtatu: quo fit vt auaritiam fere intendi videamus pro portione quæſtus. Quare in literata innocentia vt olim ita hodie & verioris voluptatis & ſolidioris gloriæ maius & copioſius argumentum eſſe cenſeo. Siquidem homines ingenio mediocri prẽditi: in ſapientia inquirenda omnibus veſtigiis monumentorum quæ maiores reliquerunt: quum in dies maiora ea inueniant, atque impreſſiora, voluptate quoque ſenſim fruuntur acriore: etiam ſi inuentis illis haudquaquam acquieſcant: quum rerũ humanarum captus implere auidam mentem intelligendi nequeat. eademq; eſt ratio vnicuiq; in memoria ingenii ſui atq; induſtriæ prodenda, qua nulla hodie nec eminentior nec diuturnior poteſt eſſe gloria. Auaris autem & quæſtuariis quid aliud immodici quæſtus faciunt: niſi curarum aceruũ anxietatumq; exaggerant? adeo qui magnarum opum congeries ſtruunt, malorum quoq; ſibi & perturbationum (vt aiunt) ilíadas pariunt. Eant igitur philopluti diuitiarũ amore perditi: quos Chriſtus vt Craſſianos non Chriſtianos lumine ſuo repulit: vitæ ſuæ inſtitutum admirenrur ſi lubet vt beatum. Studium etiam literarum irrideant vt inane & ieiunum, duntaxat non quæſtuoſum, quæ Philologia nuncupatur. Nos enim nobis perſuaſimus iis incrementorum gradibus quibus multi hodie ad ſummas opes vel honores ſummos vngulis (vt dicitur) omnibus arrepentes euadunt: aſcen-

Obnunciare dicebãt augures qñ aliqd ſe vidiſſe malũ ac ſæuũ. i. ſiniſtrũ renũciabãt, ob idq; vitiũ diſſoluebantur comitia. & hæc obnũciatio vitiabat creationẽ magiſtratuum. hic aũt metaphorice obnũciatio ad fama ttãſfert q̃ creationẽ Leonis ſecuta ẽ Decumanus

Interceſſio erat tribunorũ qui intercedere poterãt ne comitia haberẽt. eſt.n. interceſſio quã vulgo oppoſitionẽ vocant.

Obſeruare de cælo dicebãt augures, q ſi qd vitiũ obtigiſſet, ſtatim obnũciabãt: & comitia dirimebant. vt docet Cicero de prouiciis cõſularibus. hic aũté metaphorice accipit p eo qd eſt rationem habere eiꝰ qd Deo placitũ eſſe ſciamus, nec in creando pontifice ambitiõi aut cupiditati ſeruire: ſed ſãcto ſpiritui ſeſe dedere.

Philoplutus dr diuitiarũ ſtudioſus.

Philoplutos carpit.

Philologia.

ſum in cælum non arduum eſſe vt vulgo dictitatur: ſed præcipitem potius ac vergentem deorſum. Mitto q; Chriſtus pauperum ſe vindicem & aſſertorem, diuitum reiectorem frequenti concione profeſſus eſt. Non dico q; interpoli humanitate per Chriſti ſacramentum, poſt eiuratum mundi faſtum in purifica perfuſione luſtralis eius aquæ qua natura humana ſibi natalibuſque reſtituitur, alia prorſus ſtudio hominum eſſe conuenit, q̃ vt ad temporarium aliquod bonum ſpectare videantur. Iſta nõ ad normam veritatis, non ad exemplum Chriſti, nõ ad canonem vitæ per innocentiã agendæ nũc exigimus: ſcimus hanc rationem licẽtia temporum ita exploſam eſſe: vt aureis iam non habeamus ferendæ veritati. Vt omnia hæc tranſmittam: nõne etiam ſenſus humani iudicio longe videntur aberrare, qui titulofis nominibus aucti, & nomenculatura vel honorum ſacerdotiorũ vel prædiorum feroces: quaſi his cothurnis fortunæ in viros prægrandes euaſerint, puſilli tamẽ eſſe quaſiq; ridiculi grallatores vulgo intelligũtur: vtpote q nullis aut paucis bonis ſuis atq; animi locupletes eſſe noſcantur? Atqui hoc fere huius ætatis fert conditio in Francia præcipue, vt homines ſingulari ignorãtia prædiți, ſæpe etiam ingenti luxu perditi, ſummis ac multis honoribus prædiți ſint. Nam & illi ipſi ſi aut oculis aut mente quoquo modo cernere germanam huius vitæ beatitudinẽ poſſent veraſq; diuitias, haud dubie ſuã ſortem deflerent vt inopem & egentem. Cuius rei inter prudenteis comperta & confeſſa, auctorem tamen laudabo tum ſcriptorum omnium opinioſiſſimum, tum rerum humanarum æſtimatorem callentiſſimũ. Nam vt Tireſias olim Thebanus qui vtrunq; humanitatis ſexum viciſſim habuiſſe traditur: idoneus iudex eſſe viſus eſt apud quem Iupiter & Iuno diſceptarent utrius ſexus maior eſſet voluptas: Sic Solomon qui ditiſſimus idem ſapiẽtiſſimuſq; fuiſſe elogii ſacri auctoritate creditur, vnus eſt (vt opinor) omnium qui hoc poſſit rectiſſime iudicare, & in cuius ſententiam pedibus omnes ire debeamus. At is in eo libro qui auctore incerto (vt multi opinãtur) inſcribitur Sapientis ſapientia Solomonis, ita de ſapientia loquẽs cap. (vt opinor) ſeptimo inducitur, Antiquiorem eã ſceptris habui ac ſolio regio: & diuitias nihil eſſe duxi cum ea comparatas. Et rurſus, Venere autẽ mihi bona omnia vna cum illa, & innumerabilis opulentia in manibus eius. ſic enim verti debuit ille locus: etiam ſi honeſtas pro opulentia eo in loco & alibi in eodem libro ſæpenumero legatur. magis mirum eſt totũ eum librum admirabili ac recõdita doctrina plenum, ab ignaro interprete verſum eſſe. quo apparet quantam ignominiam irrogarint diuo Hieronymo ii qui eam traductionem eius eſſe aſſerunt. Ignorantiæ autem interpretis omnino hoc tempore, hac literarum claritate, hoc pontifice nõ ferendę: vnum aut alterũ dare ſpecimen ſatis erit. Primum in eodem cap. ita legitur. τροπῶν ἀλλαγὰς καὶ μεταβολὰς καιρῶν, ἐνιαυτῶν κύκλους & ἀστέρων θέσεις. Dedit (inqt) mihi deus vt ſcirẽ ſolſtitiorum viciſſitudines & mutationes temporum, annorũ orbes & ſtellarũ ſitus. In ea autem editione quam ignari literarum græcarum, ſacroſanctam eſſe contendunt: vt iure recepto comprobatam, ita legitur, Viciſſitudinum permutationes & cõſummationes temporum, & morũ mutationes, diuiſiones temporum, & anni curſus, & ſtellarum diſpoſitiones. Ex quibus verbis

Interpolis hũanitas dicitur natura humana ex carie vetuſtę ignorãtiæ & ſceleris inueterati, renouata, & baptiſmali aqua nitefcẽs. quo ſacramẽto homines milites Chriſti fiũt. & mũdo ac faſtui ſæculari amicitiã renũciant, & mãcipatu dæmonis eximũt. Natalib⁹ autem reſtituí verbũ iuris, hic p innocẽtiæ & puritati primę reſtituí dictum eſt.

Solomon.

Interpretis lib. Sapiẽtiæ errata.

nullus ſenſus cohærens elici poteſt.quid enim morum mutationi cum temporum conſumatione? quis autem non percipit interpretem præter abſurdam interpretationem & cæſurarum confuſionem,etiam æquiuocatione deceptum in verbo tropon, quod ſola accentus diſtinctione ſolſtitiorũ & morum ſignificat? Sequitur in eadem editione: vim ventorum & cogitationes hominum διαλογισμοὺς ἀνθρώπων:quod ego ſermocinationes vertiſſem, hoc eſt diſputandi rationes.Quid illud quale eſt cap.ii.vbi Epicureorum ſententia reprehenditur,qui interitum animæ cum corpore aſſerebant:in qua ſententia Plinius ſecundus fuit . ὅτι αὐτοσχεδίως ἐγενήθημεν, καὶ μετὰ ταῦτα ἐσόμεθα ὡς οὐκ ὄντες ἀπάρξαντες . ὅτι καπνὸς ὁ μὲν ἐν ῥισὶν ἡμῶν, καὶ ὀλίγον σπινθὴρ ἐν κινήσει καρδίας ἡμῶν , ἧς ἀποσβεσθέντος τέφρα ἀποβήσεται τὸ σῶμα, id eſt,quia temere geniti ſumus,& poſthac erimus velut non exiſtentes . quoniam fumus eſt ſpiritus in naribus noſtris, & modica ſcintilla in motu cordis noſtri, qua extincta corpus euadet in cinerem.Interpres noſter vel ignorantia,vel ſupina emendandi exemplaris inertia lapſus,ita trãſtulit,& eũ ſecuti ſacri interpretes ita legunt. Quoniam fumus afflatus eſt in naribus noſtris,& ſermo ſcintillæ ad commouẽdum cor noſtrũ,quia extinctus cinis erit corpus. videlicet quaſi non ὀλίγος σπινθὴρ,ſed ὁ λόγος auctor libri ſcripſiſſet.Illud nõ minus ridiculum cap.xii. Deuoratores ſanguinis & auctores parentes animarum inauxiliatarũ perdere voluiſti. Vbi auctores pro obtrũcatores verſum eſt ignorãtia linguæ. καὶ ἀνθέντας ψυχῶν ἀβοηθήτων ἐσυλήθης ἀπλέσαι. & obtruncatores animarum deſtitutarum perderevoluiſti.Hoc enim loco ἀυθέντης idem ſignificat quod αὐτόχειρ, licet aliquando auctorem ſignificet.Eodem cap . Tu autem dominator virtutis cum tranquillitate iudicas,& cum magna reuerentia diſponis nos. σὺ δεσπόζων ἰσχύος, ὧν ἐπιεικέα κρίνεις. © μετὰ πολλῆς φειδοῦς διοικεῖς ἡμᾶς. Sic verti vere potuit,tu potentiæ imperitans,ex bono & æquo iudicas,& cum multa indulgentia regis nos.Quis enim vnquam epiiciam trãquillitatem vertit? Hæc obiter adnotata ſufficiunt ad id quod nũc agimus.Sed Solomon rurſus de ſapientia loquens capite viii.eiuſdem libri.μύσις γάρ ἐστι σοφὴ τοῦ θεοῦ ἐπιστήμης, καὶ ἐυεργετὶς τῶν ἔργων αὐτοῦ.id eſt initiatrix eſt enim ſcientiæ Dei & inuentrix operum eius.qui locus itidem oſcitanter ab interprete tranſactus eſt.Proinde ſi Solomon omnium rerum humanarum diuinarumque intelligentiſſimus , ſapientiam initiatricem ſcientiæ dei,operumq; eius inueſtigatricem appellauit, & regiam opulentiam præ ſapientiæ poſſeſſione aſpernabilem eſſe dixit,atq; etiam cum ſapientia omnia bona ſibi obueniſſe quaſi comitatũ eius affirmat:quanto magis compẽdii ſtudium poſthabere debemus ſtudio literarum? ſiquidem hoc ſtudiũ perducere nos ad intelligẽtiã ſapientiæ poteſt. Intelligẽtia autẽ admiratione ciere ſolet,& admiratio deſideriũ eius inueſtigandæ. At inueſtigatio adeptione parit,& adeptio(vt vocãt) fruitione: ita fructus adeptionis beatos facit , in ſuprema ſorte humani faſtigii conſtitutos,quam Democritus Euthymiam vocauit: quaſi dicas felicem & rectam animi conſtitutionem.cuius hanc ſummã maxime eſſe dico:vt res omneis ſenſiles & caducas altiſſima mente calcemus,intelligibiles & æternas ſemper animo volutemus.Id enim demũ eſt humani ſacramẽti intelligentiã tenere,quũ animum ſublimẽ in rerum humanarũ æſtimatione,demiſſum & Euthymia

ſupplícem ín æterní boní poſtulatione ſeruamus. Hæc ílla eſt humílitas apud príſcos poſita ígnomíníæ loco, a Chríſto autẽ auctore manans. cuíus propría eſt ílla functío ín animo vt quíſq; optíme ſeſe noſcat, quod dictum antíquitas veritatís ímprudens, auctorí tamen deo conſecrandum putauít. De hoc anímí habítu cum ínnocẽtía coníuncto dící íllud veríſſíme poteſt, Ingrediturque ſolo & caput ínter nubíla condít. Sperati porro ſummí boní atq; etíam promíſſí pígnus hic nullum maíus habere poſſumus, q̃ íllam eu thymíam, donum haud dubíe díuínum, quo vítam íllam cæleſtem quodammodo præſumunt quíbus íd díuínítus datum eſt. qui orbís eſt ex omníbus numerís humanæ felícítatís aptus ín ſeſe ſéper cernuus, id eſt ín bona & ſua & anímí, non ín externa pronus: alíud nec príncípíum nec fínem alíum quę rens ín hoc ſæculo quídem q̃ ín ſeſe díuínítus poſitũ. Hæc eſt ín vita humana ſummí boní medulla, quam velutí theſaurum ín ſacrarío ſapientíæ condítum tot philoſophorum claſſes omnem lapídem molíentes (vt eſt ín prouerbío) ínuenírе nequíuerunt. Exíſtímabant ením non ex deo ſed ex ſeſe íta aptum eſſe ſapientem: vt ín eo plane ſítum eſſet an ípſe talís eſſet. Nos autem ex ſacrís monumẽtís accepímus arbítrium tantum noſtrí íuris eſſe, rectam autem fírmamq; anímí cõſtítutionem muneris eſſe díuíní, ſed íta promíſcuí vt nullí recte atq; ordíne íd petentí negetur. Huíus ſummí boní formam habítumq; deſcríbẽs ílle ſapientum (vt íta dícam) Plato ín parabolís íta ínquít, Beatus homo qui ínuenit ſapiẽtíam. Longítudo dierũ ín dextera eíus, & in ſiníſtra íllíus díuítíæ & gloría. Ex qbus verbís patet beatítudinẽ huíus ſæculí ín ínuentíone ſapientíæ a prudentíbus poſítam eſſe. nec ímmerító. Lõgítudo ením vítæ atq; anní viuẽdí ín dextera eíus, & ín ſiníſtra eíuſdem opulentía & gloría. Atením hæc de ſapiẽtía ín cõfeſſo ſunt apud omneís qui ſe probatæ & veræ perſuaſionís tenaces vídeří volũt: quís ením negare audeat quæ oraculorũ ínſtar habẽt? Sed quæ nos hodíe ſtudía líterarũ vocamus: níhíl eo pertínẽt. Quíd enímlíteris príſcís cũ ſtudío ſapiẽtię, quæ a Chríſto genus ducít? Quare ſapientíæ oracula ín rem noſtrã vertere non poſſumus: quíbus per Mæandros multíplíces ſæcularíũ ſcríptorũ díſcendí currículum auſpícantibus, ad nullam vnq̃ metam labor euaſurus eſt, ac ne ad legítímam quídem alíquam aut frugíferam ſcientíã peruenturus. Quíppe qui numeroſæ aut díſertæ oratíonís aucupío ſenſus omneís accommodãtes, ín luto ſemper hæremus lectíonís íllecebroſæ & blandíẽtís. Ex eorum (vt arbítror) numero quos grãdíloquus ílle vates Ezechiel cap. xxííí. Chaldęorũ pígmẽtís & Babylonıorũ lenocíníís nímíũ captos eſſe teſtatur: earũrerum vſu anímum polluíſſe vocíferans, rebuſq; díuínís commẽtandís atq; anímaduertendís ineptũ reddídíſſe. Quo loco ego aſcenſores equorũ appellatos ab eo eſſe cenſeo, qui eloquẽtíã vel metrícã vel numeroſam atq; oratoríã figuríſq; díſtínctã nímíopere cõcupíſcũt, oratíõe proſa & pedeſtrí nõ cõtentí ſenſa mẽtís & cõceptus ſímplícíter índícare. Huíc ínertís ſegnítíæ patrocínío atq; obiectamẽto: nũc vt obíter reſpõdeã, ſymbolícũ íllũ cõcionatorẽ excítabo, qui cap. víí. cõcionís ſuæ ita ínquít. Luſtraui vníuerſa animo meo: vt ſcírem, & conſíderarẽ, & quærerẽ ſapientíã & rationẽ: & vt cognoſcerem ímpietatẽ ſtultí & errorẽ ímprudentíũ: vel vt græce legítur circuíui

Summum bonum.

Anthypophora íllís reſpondẽs qui líterarum ſecularíũ ſtudíum damnãt, vt níhíl pertínẽs ad verã philoſophíã.

ego & cor meum vt cognoſcerem & conſiderarem, & quęrerem ſapiẽtiam & calculum, & vt cognoſcerem impii amẽtiam & moleſtiam & erraticum circuitum. Dico igitur eos qui ad philoſophiam hodie ſtudiũ ſuũ collaturi ſunt, ſapientius eſſe facturos, ſi non a rudimentis literarum ſtatim ad eã trãſierint, ſed velut gnaui ac ſtrenui indagatores, per omnia omnisq; diſciplinę monumenta ſapientiam veſtigauerint. non vt ii ſolent hodie qui ſapientiam quęſtui habere inſtituentes, temporis compendia ſequuntur doctrinæ diſpendio, quæ numeroſiſſima pars eſt ſtudentium in omni genere diſciplinæ. Vt enim aues in locum arduum ſubuolaturæ, non a ſolo protinus eum locum rectis lineis petunt: ſed volatu vertiçoſo eo cõmodius euadunt & facilius: Sic animus humanus ad contemplationem ſapientiæ melius per cochliã iuſtæ diſciplinæ ſcandere & intelligẽtius poteſt, q̃ ſi protinus ab infimo genere doctrinæ ad ſummũ genus diſcendi cõpendio euaderet, ſcanſilem diſciplinarum ſeriem tranſiliens. Hoc modo Solomon encyclopędiæ gyro luſtraſſe ſe omnia ingeniorum monumenta ſignificat vt ego quidem interpretor, nosq; hortari videtur vt per omnia philoſophiæ ſecularis & priſcę dogmata, veſtigia ſapientiæ ſiqua ſunt (vt certe multa ſunt) colligere nõ grauemur, ac lucũ ſaltũq; opacum & abſtruſum in quo ipſa ſtabulatur magiſtra, iuſta & perpeti indagine accurataq; cingamus. ſic fiet vt quũ ad ſtudia ſanctiora & monumẽta ſacroſancta peruenerimus, & velut ad cubile veritatis & ſapiẽtiæ propius acceſſerimus, iacentẽ quidem illam ſed inuolutam certius agnoſcamus. Hac via & ratione cum & cõmodior eſt & certior ſapientiæ indagatio, tum vero quũ ad ſpeculandam ipſam ex edito euaſeris, vberior eſt multo conſtãtiorq; contẽplatio, nec tã facile de gradu intelligẽtię & perſuaſionis certę deiicietur, q̃ molli aſcẽſu & anfractuoſo euaſerit, q̃ is q̃ recta per arduũ aſſiliit vel arrepſit. Etenim per deum immortalem quid aut pręſtantius eſſe ad doctrinæ maieſtatem putamus, aut ad compertę veritatis fiduciam firmius & ſtabilius, q̃ quum per infima mediaq; ſtudia ad culmen ſpeculaminũ ſubuectus ſis: noſſe vel anguſtas porticus, in quibus Stoici ſeſſitãdo & ſoritas aceruãdo ęrumnoſas contriuerunt ætates: vel excipulas amœnas ab illo verſuto animarum aucupe in hortis cõcinnatas, in quibus Epicureorum animi omni abſterſa religione voluptate ad extremũ vitę delinitι ſunt: vel erraticas & expatiãteis ambulationes Peripateticorum, qui tãtã vim differendi in nugis conſumpſerunt: vel deniq; copiã vbertatẽq; dicẽdi in Academia illa a Platone nobilitata, odoranda tm̃ non etiã tractãda aut propius aſpicienda veritate profuſam? vt nunc eos omittam qui nihil conſtituendo & de omnibus addubitando annos bonos perdiderunt, quaſi in Labyrintho philoſophiæ cõmẽtãdũ eſſe conſtituiſſent. Sed quando harũ rerũ omnisq; priſcę doctrinę cognitio, vel oratione proſa vel metrica traditę, ſine Latinę linguę peritia cõparari non poteſt, quæ etiã ipſa Græcæ linguę adiectione fit longe adminiculatior: hic diſcendi curſus certis manſionibus diſtinctus ſit neceſſe eſt, quarũ modũ & rationẽ vel hominũ propoſitũ, vel ingeniũ, vel fortuna temperat. Quare qui hunc orbem doctrinæ quodã rectæ rationis circino ita circũſcripſerit, vt vel augere vel contrahere pro re nata, aut ingenii ca-

Quonãmodo philoſophi rationẽ ſtudiorũ inſtituere debeãt.

Solomon Encyclopędiam nouit.

Sectę philoſophorum.

Encyclopędiu.

ptu,aut vitæ deniq; inſtituendæ neceſſitate nouerit,is ſi intra eũ orbem ita includat eloquẽtiã vt per omneis eius partes æqualiter fuſam teneat quaſi in corpore ſanguinem: is demũ mihi videbitur ad ſapientiam inueſtigãdã vberrimũ quoddã viaticum atq; etiam ampliſſimũ attuliſſe. Neq; nunc de eloquentia illa mirifica loquor rerũ omniũ tractandarũ arbitra, quã fuiſſe amplioremq; volunt q̃ vt vlla circũcurrente linea preſtitui aut definiri poſſit. Hoc ego inſtrumentũ philoſophiæ ex opibus (vt ita dicã) Chaldęorum atq; Aegyptiorum coactũ, preſtantius eſſe arbitror ad vitã hanc etiã per voluptatẽ (honeſtã quidẽ & probabilẽ) trãſigẽdã, q̃ diuitia rũ cumulos q̃libet opulẽtos, non Stoicis ipſos confectariis, ſed aulicis (vt nouimus) auctariis aceruatos. adde etiam (ſi placet) & ad futuram vitam per gloriam illam adipiſcendam: quæ mortuorum apud poſteros memoriã in perpetuum renouat, cum in manibus hominum libri eorum ſemper verſentur viuantq;, id eſt ingeniorũ morumq; ſimulacra tempore non peritura. Cõtra autem diuitiæ etiam Perſicarum aut Lydiarum æmulæ: quum in vita vel auaris anxiam ſollicitudinem, vel profuſis ignominiã, liberalibus etiam interdum ſtultitiam ab aſſentatoribus pariant: quid poſt mortẽ conferunt, niſi ſi (quod rarum eſt) in pias largitiones erogationeſq; miſericordiæ exhauriantur? Omniũ (vt opinor) diuitum Crœſi & Midæ nomina multo decantatiſſima fuerunt. At ille calamitate & ſummo atq; ignominioſo vitæ diſcrimine magis q̃ diuitiis inclaruit: hic auribus aſininis non aureis inſignib⁹ innotuit. Ex eo eñ in prouerbiũ venit q; multos otacuſtas id eſt auricularios & emiſſarios haberet, rumorum captatores & ſermonũ delatores, cuiuſmodi habere ſolent principes mali: qui ſtimulante conſciẽtia ſecuri eſſe nequeũt. Pythius Bithynius longe ditiſſimus hominũ priuatorum fuiſſe memoratur: de quo ſuperius diximus. Is tamen munificentia inuſitata magis q̃ opibus celebratus eſt. qui platanum auream vitemq; illam inſignem, Dario Regi donauit: Xerxis copias id eſt ſupra decies centena millia hominũ epulo ſuſcepit, & inſuper frumentum & ſtipẽdiũ exercituí quinq; menſium pollicitus eſt, vt maximo ex quinq; filiis vacationẽ militiæ impetraret. Ob quã poſtulationem a Xerxe indignante hac pœna Barbarica mulctat⁹ eſt: filium vt ſuũ occiſum in duas partes diſſectũ aſpiceret, cum inter ambas corporis partes ab vtraq; viæ parte diſiectas exercitus pertranſiret. qua calamitate maxime Pythius fortaſſe nobilitatus eſt. Qui igitur fieri poteſt vt diuitię felices in hac vita poſſeſſores ſui faciant, aut nobiles in poſterum? Mihi quidẽ diuitiæ nihil aliud q̃ tragicũ choragium videtur eſſe, ad vſum temporarię ſcenæ a fortuna accommodatum. Quid enim eſſe dicas aliud vitam adminiſtratiuam, q̃ ſcenam quãdam hominũ perſonatorum operam ſuam & induſtriam populo oſtẽtantiũ, ludos (vt ita dicam) edente diuina prouidentia? Hoc igitur choragio ſi recte atq; ordine actum quiſq; ſuũ peragant. ſin ſecus eueniat, futurum eſſe dico vt male ac damnoſe cũ eis fortuna egiſſe videatur, quæ vt choragus temerarius & præpoſterus eam ipſis perſonam impoſuit vel impegit potius, cui ferendæ non erant. Eorum igitur qui honeſtiores perſonas gerunt cũ plurimos in actu ſuo conturbare videamus (vt appoſito verbo vtar) eorũ tã-

Eloquent(a.

Confectaria ſũt argumẽta Stoicorũ quaſi pfecta efficaciterq; cõcluſa. argumẽtatio eſt captioſa mínutatim gradatiq; id qđ vult efficiẽs p interrogationes. quare. a Græcis ſoritesquaſi acerualis vel coaceruata dr. ad quod hic auctor alludit in verbo aceruatos.

Vera huius vitę gloria.

Crœſus & Midas.

Otacuſtæ.

Pythius Bithynius.

Diuitias eleuat.

Choragiũ inſtrumẽtũ eſt ſcenicis neceſſariũ. hic p bonis fortuitis accipit metaphorice cũ fortuna p chorago .i. ſuppeditatore chori intelligatur.

Hic figura ẽ q̃ An ãtapodotõ dr, oro vno mẽbro defecta, ſed qđ ſubintelligẽdũ reliqt, vel ornamẽti gratia vel emphaſis.

dem errata nedum relíquamenta prẹſtent neceſſe eſt íí velut fortunæ ac temeritatís miníſtrí,q nulla publícæ charitatís ratíone ductí, quũ eos promouerẽt,fide ſua etíam ípſos eſſe iuſſerunt.Sic enim fert ratio ſupremí ac poſthumí ratíocínií,etíam ſi íure moríbus conſtítuto fide eorũ eſſe non ſolent apud homínes. Tandem autẽ appello non ſeculum vnũ & alterum,ſed luſtrũ vnũ fortaſſe aut ſummũ tría: vita enim ín potentatu díuturna eſſe non ſolet. Tandem ígítur ratío cuíuſq; functíonís & actus a Chriſto ſummo díuínitatis(vt íta dícã) ínſtítore,& generis humaní creditore atq; etiã fœneratore centeſimarío repoſcetur.Etíam ſi Gallię moríbus (prò míſera populí condítio) omnía atrienſíum errata,conturbamenta,relíqua atq; ſecus admíſſa,& quęcũq; promí condí prẹmordent,ſuffurantur, compílant & ínteruertunt,mediaſtíní luunt. Nã quũ ſint ípſi ad omnía mandata non modo expoſití,ſed etíam dícto audientes,quícquíd actores vel vícarií,promí vel ſuppromí non modo delírarínt vel cõturbarínt,ſed etíam quícquíd accíderínt,circũcíderínt,ſuppílauerínt,tametſi reſpublíca ab ípſis actorí-bus ídoneís & locupletíbus ſuũ ſeruare poſſít, tamen prẹſtare ſolent. Et ſi peculíum non habent (o morem íníquíſſímũ) nexum ſtatím íneunt.ſic magnís reís apud nos lícet ob noxam plebem dedere,& alíís ſuper alías pecunías ímperatís ſuccídaneam culpę ſuę ſubdere.Expedítius ením íd eſſe víſum eſt q̃ aut reos íſtos cothurnatos , aut eorum fortunas pígnerarí . quí ſi crímen faterí aut culpã agnoſcere cogerentur , ſacra vtíq; opertanea ín vulgus efferrentur , quíbus nemo non ínítíatus eſſe ſolet eorum quí nutu oculí ſumma quęq; círcũagunt , quíque línguís fauere norũt ín artículo: aut díris obſtrepere íís quíbus collíbuít . Quæ cauſa fuít vt nonnullí alíquãdo ínter reos receptí,patronos potentes ínuenerínt,a quíbus ímpẽdẽtí ſupplícío & pene prẹſentí erẹptí, quęſítores etíam ípſos ſubínde fortunís euerterunt.O magnam,o beatam,o memorabílem gloríam íllíus Bríarei, qui non modo legíbus reos & populí votís, ſed etíã Ioui & ſummæ curíæ raptím potuít excutere. Ob íd (credo) facínus recte manes eius conditos exíſtímare debemus . Is ílle fuít cuí nullum vnq̃ fortuna præter ſummũ & vltímũ obſequíũ negauít,quem Quęſtorum ærarií natío vt deũ Aeſculanum ſumma veneratíone coluít . Eíus enim prẹſentíſſímo numíne ſeruatí ſunt non prídẽ mancípes argentarían factítantíũ,quũ ob repentínas quorũdã díuítías opulentíſſíma factío ínuídía ſumma flagraret. Vt autẽ lucułẽtíus potentíæ ſuæ ſpecímen ederet,reís primũ ampliatís,mox codícíllos veníales nouo exẽplo ínuíto ac frementí príncípí extudíſſe dícítur, atq; íta formulam temperaſſe,vt nec deprẹhenſí reí crímen agnoſcere cogerẽtur , & íudíces reí cõpertę & conuíctę,ſummí íllí⁹ Curíonís amícos ínter reos ín poſterũ recípere vetarentur.Quo velut euerrículo omníũ delatíonũ atq; anímaduerſíonũ,tãtam ímpunitatís fidutíam ferocí hominũ generí ínſtauraułt,vt legíbus hodíe nõ teneri ea factío exíſtímetur, cuí prínceps omnía

De magiſtrãtíbus,& íís q indígnos p̃mouent.

Fíde mea eã iubeo.i.ſponſor eíus fío, verbũ eſt Iuríſcõſultorũ priſcorũ.

Poſthumæ ratiões ſũt q̃ poſt mortẽ reddunt ĩ rõcínío díuíno

Mediaſtíní ſerui ſũt qb⁹ víliora mínístería p atriẽſes & actores ímperant,vt plebs pullata ín Frãcía.

Ob noxã dedere iurísverbũ eſt. vt noxę dedere.qđ ídem eſt.

Nexũ íneũt plebeíí ſí índictũ tributũ nõ ſoluerínt,íd eſt ín carcerẽ cõíiciuntur.

Opertanea ſacra ꝑcul ab oculís populí fiebãt,non ín aperto vt alía ſacrifícía.

Quæſítores ſunt ílli quí crímínalib⁹ iudicíís ꝑſũt quaſí ínquírendí crímínís præſídes.

Bríareus auſícorum.

Bríareus eſt gígas q Hecatonchír a cẽtũ manib⁹ dictus eſt.habens capita quínquagín

ta,quaſí tm̃ víríbus pollens quãtũ alíí quínquagínta.vt auctor eſt Homerus.

Aeſculanus deus & argentínus dícti ſunt,æris & argenti.i.locupletandorũ hominũ poteſtatem habentes.

Quo velut euer. Euerrículum (inquit Cícero) omníũ malítíarum iudícium de dolo malo.Quo exẽplo hic euerrículum delatíonum dictum.

concredídit. vt pro qua ſponſor ſemel & probitatis expromiſſor íntereuenít petaſatus ílle Curío. Iure ígitur moríbus noſtris conſtituto non modo magnís reís ſed etíam ſceleratiſſímis lícet ſordes ſuas ín caput populí & ín oculos ordínum excutere, atq; eo amplíus feras ín plebem ímmíttere, ſi earũ fremítum ín cauea ſuſtínere nequeãt, quo nullum vnq; atrocíus ſcelus Nero dícitur excogítaſſe, nec tamen peregíſſe. Quíd ením eſt alíud feras ín plebem ímmíttere, q; Volones profligatiſſímos nullo ſtípendío ſed fide tm̃ auctoratos, per rura palanteís, bacchanteís, graſſanteís, plebeculã trí-butís exhauſtã obterenteís circũagere? níſi vero eos circũagere non vidẽtur quí ſtípẽdío fraudatís (o ſcelus tricapitale) líberũ permittũt dirípiẽdí arbítríũ. At vero íure perpetuí edícti quo edícto ad ſummũ tríbunal propediem íus dícetur, noxa caput ſequetur, certe ordínũ ductores quí cauſas rerũ male geſtarũ haud íta prídem dederunt, nõ modo addícti fortaſſe, ſed etíam vínctí dabũtur ſtygíís lictoríbus Gordííq; nodo conſtrictí, id eſt eo ſcelere quod ante díem extremũ ſoluẽdũ non curauerínt. Hí ſunt ením ípſí quí noxam luculentam nocuíſſe noſcũtur, quos nũc plebís ſuſpírantís míſereſcere nõ ſubít. quí ſi leges valerent ín aulícos, actus vtíq; eorum quos potentíæ ſuę ampliandæ pręficíunt ínſtítores, aut quos tranſuerſi propínquitatís amore promouent, noxís omníbus ſolutos líberosq; pręſtare cogerentur. Nunc quũ ímpune íd faciũt, potentíæ ſuæ blãdíũtur, nec quãtũuís ín rebus ſecularíbus conſíderatí, vídere hoc mentis oculís hebetíbus, & noctuínís queunt, verſuram ſe facere íngentí díſpendío. Deus ením fortunatís hílarítatem ſępe, conſceleratís & ímpíís ímpunitatẽ ſæpíſſíme fœneratur. Hoc eſt cur gaudeant, cur felícítate & potentía ſua fruantur maxímí curíones Franciæ. Quamobrẽ ſeſe ſortemq; ſuã íllam ſplendídam admírẽtur, & nos cíuílí íure víuenteís atq; ín ordínem redactos, ex edíto ípſí loco & legíbus ínacceſſo deſpícíant. Quídní ením ſíbí placeãt quíbus díuínítus datũ eſt vt bonı́ íuxta ac malí merítí homínes quos víſum ſít, ín íllas Macaron ínſulas euocent quaſí ín coloníam ſuã, quas ípſí beatorũ putant ſedẽ eſſe perpetuã? Inſulas íſtas ego actus prímarũ & ſecũdarũ partíum ín rerũ publícarum adminíſtratíone eſſe cenſeo, ín ſalo & íactatíone ambítíonís & cupídítatís ſítas. Hac ením ratíone tantũ hominũ beatores eſſe poſſunt, vt Fauonío ínconſultí fauorís quos velínt vel homínes vel famílías ex obſcurís natalíbus ín locum íllúſtrem ſínuatís velís prouehant. Contraq; quos oderínt, aut quí eorum placítís & ínſtítutís íncõmodí eſſe vídeantur, aquílone quodam tranſuerſo procul ab emporío honorum díſíícíant, aut omní aura efferentís ſeſe famæ ſuppreſſa, ín vadís deſtítutos conſeneſcere ſínãt. aut ſi maíor alíqua eos tranſuerſos egerít offenſío, ínſígní alíquo naufragío fortunís omníbus vt euertant. Dícta ſunt íſta aulícæ íuríſprudentíę, quam curía ílla profitetur, non ſummo iure, non ex æquo & bono íudícãs, ſed íure moríbus íllís conſtituto atq; cíuílí aduerſo ex díametro. Cuíus tamẽ ínterpretes ſũt maxímí curíones & choryphæí, ad quorũ mores & placíta aulící quídã recocti íuris íllíus conſultiſſímí reſponſa ſua tẽperant. Huíus curíæ íllud eſſe ínſtítutũ dícítur, vt de rebus omníbus ſacrís, profanís, bellícís ac pacatís referat, de paucís de cõſílíí ſentẽtía ſtatuatur. vt ín

Sordes dicũtur ſtatꝰ reotũ. antiq eñ rei criminũ facti ſordidã veſtẽ induebant quo ad abſoluerenẽ. alludit igĩt hic ad ambiguã ſordium ſignificationem.

Feras ĩ plebẽ ímmíttere.

Volones ſũt milites volũtarii quos vulgo fortunipetas vocant, nullo ſtípendío certo mílítantes.

Perpetuũ edíctũ lex díuína & ímmutabílís in eos qui ĩdígnos promouẽt.

Macaron. í. beatorũ inſulę (alludit autẽ ad elyſios campos) in quas animas boní merití antíq trãſire exíſtímabãt & beatorum inſulas eſſe dicebant, vt auctor eſt Seruius.

Ius aulę moribus cõſtitutum.

maximorum Curionũ non modo ſententiam, ſed etiam nutũ ac volũtatem eatur. nec pedibus tantũ tranſeatur vt olim fieri ſolebat in Romano Senatu, ſed & manibus & vultu aſſenſioni atq; etiam aſſentationi ſcite aſſeruiatur. Illud ſane memorabile poſt aliquot hoſce annos contigiſſe dicunt, vt quũ fere omnia decreta per diſceſſionem facta ſint de rebus quidẽ arduis, nullum tamen per diſſenſionem aut diuiſionem ſentẽtiarũ factum ſit, vſq; adeo vel pedarii in ſententiam principum tranſilire didicerunt, vel ipſi potius ſententiarum principes cenſendi anſam conſultis præciderũt. Quo minus miremur tam claros exitus rerum noſtrarum extitiſſe, quas in ſuperos & mortales mirifice ſuſcepimus. Superi boni, q̃ erit illuſtre, q̃ ſplẽdidum, q̃ memorabile ad poſteritatis opinionem, rebus bene cõſultis a quibuſdã qui ſeſe vtriuſq; vertices iuris exiſtimari volebant, factum eſſe vt liberi parentem, inofficioſum quidem, ſed parentem tamen, & gens pietatis amantiſſima ſummã arcem ſedemq; religionis inuaderẽt. Ob idq; piaculũ maieſtatẽ clariſſimẽ prouinciẽ, priſtinosq; ſpiritus, ſubito dei numine decidiſſe, vt Galli abſterſa preſentis animi criſta lepores eſſe ſibi galeati viderẽtur, plusq; in calcaribus ſpei q̃ in enſibus ponerent. Equidem haud libẽs ſummũ in rerũ adminiſtratione locũ mererí velim, ſi tãtũ ipſe munus quoquo modo obire poſſim, vt ſimile aliquod dedecus aut portentũ auſpiciis meis accidiſſe aliquando proderetur. Preſtare enim arbitror nomẽ viri probi & honeſti memoriæ prorſus eximi, q̃ male & incõmode poſteris innoteſcere. En propter quod ciuilis vitę tranquillitatem, ſtudiorum amœnitatem, & deniq; vitæ æternæ contemplationem poſthabere debeas, vt in oculis vel auribus vnius prouinciæ per theatrum aulicum cum ſtrepitu comitũ cliẽtũq; tranſuehare, aduerſis ſępiſſime cuneis, gradibus, & orcheſtra. tametſi vt maxime ſecundo populo te oſtentes, tamen ſi trãſeuntis gloriæ ſpectes celeritatem, hoc quidnam eſt aliud q̃ velut plauſum inanẽ per tranſennã mererí? Nam vt illud mittam q; grandi plerũq; ætate, q; verſatili ſcena, q; lubrico ac præcipiti fere proſcenio prodeunt, certe quũ alii actores recẽti gratia flagrantes ſubierunt in cuneos aut in ordines, neceſſe eſt exacti veteres vt faceſſant, aut inter theatricum miniſterium turpiter ſubſeruiant. At iſtis de cęlo hic deturbatis, confeſtim tartarus ipſe bis patet in præceps, tãtũ tenditq; ſub vmbras, Quantus ad æthereũ cœli ſuſpectus Olympum. Etenim quũ latine loquentium conſuetudo eos olim in cœlo eſſe diceret, qui omniũ ore celebrarentur præ potẽtia, vel rerum egregie geſtarũ gloria, ego tragicos iſtos reges & temporarios quũ ex flagrantiſſimę gratiæ prępicitio deciderunt, in tantũ frigus delabi video, vt pene exemptos ex memoria credas e numerisq; expunctos hominũ nominatorũ. Ita fit vt in tartarum rigentiſſimũ ruiſſe videantur, cũ ii qui nullo iam famę plauſu excipiuntur, Latine frigere dicãtur. Quanta eſt autẽ eorũ ſublimitas, quãta eorũ admiratio, quantus omniũ ſuſpectus, quũ velut fortuna ſuccollãte tolluntur, altero tanto maior eſt deorſum altitudo, quũ ab ea deſtituti inſultantium oculorũ coniectu (ſic enim euenire iis aſſolet) velut quodam faſcino exareſcere videntur. tot enim miſeros homines oculorum radiis lancinari neceſſe eſt, quot in hominũ ipſi obuiam aſpectus incurrerint, dũ

Sũmũ ius eſt ius diuinũ: ſummũ ius etiam eſt ius ſtrictum. Hic aũt alluſio eſt ad vtrũq; ſignificatũ Recoctos aulicos vocat in aula veteratores & cõſũmatos, verbũ eſt Horatianum.

In auctores concilii Gallici.

De cõditione in aula põtentiũ.

Per cuneos populus, per gradus equites, p orcheſtrã Senatus intelligẽdus In cęlo eſſe. i. omniũ ore in aula celebrari. Frigere in aula. In cothurno. i. in tragica perſona oĩa grauia ac ſublimia decẽt, cothurnũ hic p primaria dignitate ponit. ſemp eũ perſtat in ea metaphora quam initio ſuſcepit pſequẽdã de choragio & ſcena loquens.

quíſq; ob prę̃teritam obſeruàntíam non líberam ſed obnoxíam, pœnas ſibí deberí ínſolétíæ putat. Sed fateamur ſane vt ſunt humana, eos eſſe felíces, tantummodo hoc exígamus vt actus ípſi ſuos recte ac decore peragant, & quíſq; eorũ vídeat quíd ſuí ſit muneris, quã perſonam ſuſtíneat, quantũ ab ea oneretur. Nunc autẽ cum íta mores ínclínatos eſſe vídeamus, partím vt ambítío & cupídítas, partím díſſoluta díſcíplína grauitatem & honeſtatẽ e medío ſuſtulerint, quís eos felíces exíſtímare poſſít? Nam quomodo non míſer eſſe poteſt, quí ín cothurno vel prætexta, vel comítís perſonã vel ſup paraſitantís índuít, vt latus cíngere maxímí curíonís, & offícioſus eſſe po tentíbus vídeatur? At hoc factítarí ab ornatíſſímo quoq; vídemus, vt quí id non faciat, ís aut abſurde verecundus eſſe aut refractarius aut aduerſis placítís prouídentíæ natus exíſtímetur. Quíd quí ín pontífícío cultu, & ſa croſanctę dígnatíonís habítu ſcurrileís actus ímítantur, & velut ín tragí co amíctu mímos & planípedes actítant? (nã ıd íta vſitatũ eſt, vt q paulo modeſtíores ſunt & decorí retínentes: íí & alíís ínuíſí ſint, & magnã laudẽ a nobís, hac vna vírtute mereantur) num etíam íllos felíces eſſe dícemus? neq; vero alienã ípſí perſonam ab íllo q ſuo faſtígío abhorrentẽ líbẽtes & cupídí índuũt, & eos ſortís ſuæ ornatusq; non pudet. neq; non eos ſortís ſuæ aut pœnítet aut pudet, & nõ ſunt plane míſerí. Et hí ſunt, quos hodíe propemodũ ſolos díuítes eſſe díxímus. Ita patet quíd ſequatur ſí paulo ar gutíores eſſe pergamus. Línguís emm fauere neceſſe eſt, cũ ad ſacroſanctos ventum eſt. Quare multo míhí fortunatíus eſſe eorũ ínſtítutũ vídetur, quí literís ſe totos q̃ quí opíbus dederunt comparandís. dũtaxat quíbus So lomonís votí líceat eſſe cõpotes, vt nec maleſuada egeſtate eouſq; vrgeã tur, quo ſecus de vírtute atq; honeſtate íudícent: nec rurſus díuítíís redũ dantíbus ín cogítatíones vaneſcant, erratícas aut ímpías. Nã quũ líterarũ perítía ad oblectatíonem frui, & vítæ per vírtutem ac decus agendę, tanq̃ ínſtrumẽto vtí ſolent: tum eo amplíus poſt huíus vítæ curſum memorıam ſuí ín æuũ prorogare hac eadem facultate poſſunt. Qz̃q̃ hæc fortaſſe nau cífacienda ducerem, níſí etíã prę̃ſtantís doctrínæ admínículís vtí bonos & graueís víros íta exíſtímarem, vt contra temerarios caſus celſí ſemper & rectí eſſe pergerent, & aduerſus fortunæ ínfeſtíorís ímpetus anímo prę̃ſen tíore confírmarẽtur, ſícut ad humanas íníquítates eoſdem íta ſe cõpoſítos, collectosq; tenere par eſt, vt quícquíd obuenerít, velut decretũ prouídẽtíæ æquí boní faciãt. Eſt autẽ ís tenor ſtudíorũ mea ſentẽtía tenendus, vt a car ceríbus díſcendí per ſpatioſum íllud ſtadíum díſcíplínarum, quæ líberales dícuntur, ad metam ſecularíum líterarũ peruenıant, & ín flexu ne cõmít tant, vt aut acquíeſcendũ eſſe aut díutíus hęrendũ putent. Sed quo currí culum totum peragant, rurſus a meta ad carceres & ad emíſſarıum denuo alíud ſpatíũ non currant, ſed íngredíantur & íncedant: quod pronum íam ípſum eſt, & ſpeí bonę plenũ ſalubrísq; voluptatís. etenım cũ ín eo eſt ſpa tío exhauſtí íam laborís orbícularís fructus prę̃ſentarius, quũ velut índa gíne cínctam verítatem tenebunt, tum etíã multo maíus præmíũ futurum æternũq; ſperatur. Eſt enım ea demũ vera ratío philoſophandí, non fallacẽ ſtudíorũ amœnítatem, non ínane nomen beatítudínís perſequens, ſed recta

De aulícis antíſtítíbꝰ q decorum dí gnítatís non ſeruant.

Mímí & pla nípedes gña ſunt comœ dıarũ ín qbꝰ perſonæ ví les, & actꝰ ípſí índecorí ſũt & ſcurrílíter laſcíuí.

Línguís fauere eſt ſílentiũ tenere.

De íís quí ſe totos ſtudíís líterarum de derunt.

Quís tenor ſtudíorũ te nẽdus ſít.

Indagine cínctę ferę dí cũt q̃ ín tra ſe rıẽ arrectarũ plagarũ ín cluſę ſunt. al ludít aũt ad indagatıonẽ verítatís pve ſtígía Chrıſtí & monımẽta ſacrorũ ſcrí ptorum.

& honesta via veram & solidam gloriam haud inauspicato petessens. Hãc viam quęrendę doctrinę summũ illud par amicitiæ Gręgorius & Basilius Græci, & eorũ ætati suppares Hieronymus & Augustinus cũ tenuissent, & ante eos omnes Cyprianus & Lactantius, & deinde Hilarius, aliíq; multi antesignani partiũ Christianarũ maiorũq; gentiũ theologi, quorũ hodie responsis ad interpretationẽ diuini iuris vtimur, ad extremũ iudicio iã soli do ad sacrosanctum ipsi studiũ sapiẽtiæ, quasi ad Buleæ Themidis oracula venerunt, quã consiliatricem latine appellare possumus. Scire enim auẽbãt homines ingenioso quo modo viam inire possent ad propositũ finem, quasi in patriam ferentem, quã ciuitatem amplissimã esse constat nomine Vranopolin, superis hominibusq; cõmunem, dũtaxat qui nihil in se impie aut perfide admiserint. In ea porro regiam esse sapientiæ, quam prouidentiam antiqui Latini vt Græci pronœã vocitare voluerũt. in qua numeris omnibus scientiæ, atq; intelligentiæ beatissimę animi humani simul cum omni ministerio & stipatu diuinitatis fruũtur, cũ ordinibus illis scilicet cęlestibus inenarrabili ratione descriptis. Hos Esaias prophetiæ decus, argẽtum & aurum suũ ad Christi obsequiũ cultũq; testatur attulisse, quo verbo tũ rerum intelligentiam nullo errore concretam, sed ad puritatem excoctam, tum eloquentiæ nitorem splendoremq; significat. Has enim illi prisci opulentas facultates in scribendis eloquendisq; rerũ diuinarũ enarrationibus consumpserunt. Verũ hoc iis probare non possumus, qui ignorãtię patrocinantes, eloquentiam vt curiosam, a sacrisq; studiis alienam recusant. Ob id semper inuisam inertiæ q; forulis omnibus antiquæ bibliothecæ excutiendis, ac diu multũq; discendo nullũ ad quęstũ ab ingenuis comparatur. At nos philosophiã argẽtea supellectili sacris operantẽ, augustius & amplius sapiẽtię litare cõtẽdimus, q̃ si samiis aut plumbeis sacra libamina aut spicetur & peregerit. Quis enim in sacris, fictilibus vasis aut stanneis vsus est, quũ idẽ ipse argẽteo instrumẽto nõ careret? Illud vero rursus summopere videdũ ne quod sanctuario domini vsui esse potest, id in simulacra impietatis confletur, aut in vsus voluptatis aut alioqui ne inquinetur. Quocirca ego miserabilemeorũ esse sortẽ contẽderim, qui quũ magnã iã partẽ laboris exantlauerint vel in flexu acquiescũt, vt diximus, quasi pensum encyclopędiæ confecerint, vel diutius adhęrescunt in humanioribus literis animo iam senescente, nimio vtiq; venustatis eloquentiæ, ac leporis amore capti & irretiti, eorum plane similes qui apud Homerũ in diuerticulo viæ ad patriam ferentis, aut Lotophagorum sodalitate, aut Sirenum cantu delíniti patrię menimisse non possunt. Nã quid est aliud socios nauim in patriam tendentem egressos, Vlyxis in patriam festinantis & viæ peragendæ semper instantis, reminiscí noluisse, q̃ in vita huius seculi voluptatem illectricem saluti prætulisse? Vlyxes autem nobis quidam fuerunt ii quos ante diximus, orthodoxæ persuasionis, id est collimantis philosophiæ vindices, non palliati illi quidem Vlyxes, sed pastophori, qui multa & varia eruditione, vt tẽporibus quisq; suis, imbuti, quum omnia pene genera philosophandi partim pererrassent, partim præteriissent, salutẽ suã tandẽ anxie sociorumque perquirebant: quæ nihil est aliud q̃ aditus in patriam.

Basilius & Nazianzenus & alii Christianarũ ptiũ antesignani.

Bulęa Themis.

Vranopolis cęlestis ciuitas interpretatur.

Prouidentia eadẽ & sapiẽtia dicit quã Græci pronœã & sophiã appellauerunt.

Eloquentia ignaris tãtũ inuisa.

Samiis vasis nõ litandũ.

Ad Lotophagos hęrere.

Vlyxes.

Pastophori sunt sacerdotes sacris gestaminibus induti.

Polytropus.

Talis em̃ ſtatim Vlyxes ille famigeratus deſcribitur a poeta. Atq; vt ille vir heroici ſpiritus & Polytropus ab Homero dictus, id eſt multifaria ingenii dote, multiplici morum cognitione, verſatilique ſolertia prędítus, inferos adiiſſe dicitur: Sic qui in cœlum mente ſcandere, ad plenamq; cõtemplationem diuinarum rerũ euadere cogitat, cõmodius mihi facturus eſſe videtur ſi venientes annos in rerum humanarũ intelligẽtia bona ex parte cõtriuerit, & maturo iam ſacris diſciplinis ingenio, ad veram philoſophiã ſe cum omni commentandi apparatu contulerit. Quod mihi perinde eſſe videtur. atque ſi quis ex Floralium ſpectaculo ad Eleuſinia myſteria tranſeat & veluti immigret. Quicquid enim a vetuſtate ſacorum noſtrorum exorte diſcimus, id ego pręuiam ac pręcurrentẽ diſciplinam eſſe iudico ad veram & theologicam philoſophiam nos deducẽtẽ. Et eam ob rem a Grę-

Propędeumata, Lectio ſacroſancta.

cis propędeumata dicta, id eſt ea documenta quæ præſciſcere nos oportet priuſq; accedamus ad rerum grandiorum arcanarumq; cognitionem. Hoc porro labore exhauſto, velut confecto ſex dierum labore, tum demũ ſabbatiſmũ domino dicare moribus Chriſtianis conuenit, & ſanctuarium ſapientiæ iam feriatos adire. Ibi videre eſt hiſtoriam mirificam, euentus varios,

Scotina ſcripta Heraclíti dicta ſũt quaſi tenebroſa & intellectu difficillima.

carmina plusq̃ heroica & cothurnata, conciones panegyricas, oratione figuratam ac verſicolorem, tropis diſtinctam & formis ſententiarum, omnino q; locutionem humano captu auguſtiorem atq; ſublimiorẽ. Adde ſymbola Pythagoricis multo argutiora, dicteria ſententioſa, ſcotinis inuolucris ſenſuũ implicata, vt profanas aures fugiant, ambagesq; omne genus multipliciter inuolutas. Quid dicam omnem rerum naturam nõ humano

Huiuſmodi autẽ prophetarũ oracula & Solomonis ſymbola magna ex parte. Symbola aũt ſunt dicta myſtica.

ſed diuino ingenio indicatam & apertam? omneis hominũ mores, omneis ſenſus humanos brutosq; explicitos? res omnino capaces pręſtantiſſimarũ mentium, dignasq; quibus nõ modo toto (vt dicitur) pectore incumbere, ſed etiã quibus illi queſcere toto corpore atq; intabeſcere debeamus. Hui⁹ vltimæ & ſummæ commentationis maieſtati, poetica & oratoria oratio co

Memorabilis locus.

pia q; omnis diſſerendi eloquendiq; ratio, concedat, neceſſe eſt, vt humani captus altitudo ingenii faſces diuinis ſummittat monumentis & oraculis. Et quidem ita ſe feciſſe vir ſummæ doctrinæ Gregorius Nazianzenus teſtatur, cuius auctoris exemplum imitari percupide debemus, ne literarum cognitione ſecularium quaſi bacillo arundineo nixi, in veritatis cognitione & viæ philoſophicæ progreſſu grauiter concidamus. Sed citetur teſtimonium locupletiſſimi auctoris veritatis, & in literis ſecularibus in primis eruditi. Qui velut in literis diu multumq; negociatus & feliciter, inueto tandem vnione, & ſummi boni teſſera, peragrandi finem facere conſtituit, eumq; licere fluxarum rerum contemptu, atq; in eo vno poſtea acquieſcere. Sic autem ille ait,

Minores magiſtratꝰ Romę maioribꝰ obuiã procedentes faſces ſuos ſummittebãt.

Gregorius Nazianzenus.

μῦνον ἐμοὶ φίλον ἔσκε λόγων κλέος, ὃς σωάγειραν
Ἀντλίκ δύσις τε καὶ ἠλίδος ὄχθος ἀθῶαι.
τοῖς ἔτι πολλὰ ἐμόγησα πολὺν χρόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς
πειρέας ἐν δαπέδῳ χρισὸν προσωάροιδεν ἔθηκα.
Ἐξαύτας μεγάλοιο θεοῦ λόγῳ, ὅς ῥα καλύπτει
πάντα φρενὸς ῥοτέης σχεπόν πολυειδέα μῦθον,

Sola fuit cordí nobís facundía, quantam
Orbís eoa manus ſimul occíduusq; coegít
Tractus, & íllustres Græcorum gloría Athenæ,
Sed ſimul ac tandem multo peperíſſe labore
Contígít, ante pedes Chriſtí afflictam ípſe relíquí.
Cedít enim ſummí ſermoní numínís omne
Humanæ mentís varíum ac verſatile verbum.

Quíbus verbís íntelligímus virũ íllũ ſummo íngenío prædítũ, ſummo ſtudío dedítũ, multã ac díuturnã operã eloquẽtíæ & poetícæ dedíſſe: ad quarum rerũ ſtudíũ tota mẽte ferebatur. ſed quũ tandẽ veníſſet ad ſtudíũ ſacræ philoſophíæ & ſacramentũ ſalutís humanę íntellígere cœpíſſet, cuíus fuít vnus Chriſtus ínterpres & antíſtes, íllíco ípſum íllа omnía líterarũ ornamenta ín conſpectũ domíní abiecíſſe, vídelícet agnoſcentem & animaduertentẽ quícquíd ín líterís ſecularís philoſophíæ ac phílologíę vídíſſet, lõge íd abeſſe a díuínís oraculís, atq; a ſermone ípſius díuínę ſapiẽtię. Sacra eñ ſcrípta omnẽ haud dubíe elocutíonem mentís humanæ víncere íntellexít, q̃líbetq; figurís díſtínctã oratíonẽ ac multíplící eloquío elaboratã, præ díuíní ſermonís ví ac fulgore obſcurarí atq; elãgueſcere. Ego quídẽ certe ín ea ſum opínione vt exíſtímẽ tropos oratorios multo ſublímíores efficacíoresq; ín ſacra lectíone ínuenírí, q̃ ín príſcorũ Græcorũ Latínorũve monímẽtís, poſſeq; oratoríã phraſím fierí ea lectíone multo locupletíorẽ. ſed íd perſuaderí íís vix poteſt, quí humanorũ ſcríptorũ lepore, ac ſuauítate captí horrídí ſtatím & refractarií ſtílí lectíõe deterrẽtur. Neq; vero cõcínnitatẽ eloquẽtíæ ín ſacroſanctís líbrís requírere, ſed vím ſublímítatẽq; ſentẽtíarũ cõſectarí debemus, etiãſí hauſtos índe ſenſus ín ſcrípta venuſtíora tranſferre, & pígmẽtis externís reddere floridíores, nec ius nec fas prohíbet. Præſtantíſſímę enim gẽmæ argento potius craſſo q̃ auro íncludũtur, ne thecæ nítentís aſpectus, quoquo modo pertínere aut accedere ad æſtímatíonem tã precíoſę reí videatur. Et alíoquí deus arcere profanos voluít ab oraculís ſuís. quí oratíonís pígmenta & elegantíæ lenocínía, non ſenſus arcaní & myſtící nucleũ elíciendũ putant. Hic autẽ exíſtít íllа Theophraſtí querela de breuítate vítæ, quæ velut ín tyrocínío philoſophíæ ſanctíorís flagrantes anímos deſtítuít. Iamprímũ Talthybíus íllе cœleſtis Eſaías pręconío vrbano & elegantí, ac figurís íllumínato, aduentãtís ſapientíæ & veritatís ſacramentum vocíferans, ſacríſq; (vt íta dícã) leporibus díuínísq; ſalíbus condítus & iucundus, a quo tandẽ ſatís explícarí per totam vítam poteſt? Hũc ſequítur (vt íta appellem) Idæus, Troíæ captíuítatem fatídíco præconío atq; lamentabílí munícípíbus ſuís pronũcíans. cuíus explícatío mírífícam quãdã enarratíonẽ cõmentatíonẽq; poſcít. Hos duos ſequítur numeroſa turba vatum (quos ſalutígeros propríe appellare poſſumus) res cœleſtes entheís rapſodíís effata humano captu omníno maioribus. Horũ enim vocíbus altíloquís quidem & canorís, ſed parũ ín hoc mundí ſtrepítu exaudítís, humanæ cõdítionís ſacramentũ prouídentía ín omne æuũ deprę dícauít. In vniuerſum autẽ ſacros íllos vates camœnas quaſdã altíores eſſe dixerím arcana cęleſtía per Satyram cantítantes, eorũq; vatícínía eodem

De ſacroſanctis ſcriptis.

Quare verborũ phucũ reſpuant res ſacræ.

Eſaías.

Hieremías.

Quę ſit per Satyrã dícere ex Feſto intelligí poteſt.

pertinentia, citharam quandã auguſtam eſſe & cęleſtem paracleti plectro varios in modos numerosq; pulſatam, cuius pſalmata percipere eorum eſt demũ, qui aures a cãtu profano feriatas, quod rarũ eſt, ſacrisq; carminibus initiatas habent atq; dicatas. Iam vero ipſe triſmegiſtus (ſic Solomonem voco) antiſtes ſapientiæ, germanęq; philoſophiæ parens, nonne tribus libris cũ eo qui ſapientia Solomonis inſcribitur, omnia philoſophię placita figurate cõplexus eſt? Ita philoſophum ab incunabulis inſtituẽs, vt affecti bus ad obſequiũ redactis, mentẽ tandẽ in arce Mineruę, & in ipſius (vt ita dicam) contubernio ſapientiæ iam ſeſe indulgentis benignius collocet. id eſt autẽ ſummũ bonũ, quod annos plus mille humana philoſophia omnib⁹ indagans naturę veſtigiis nõ anteq̃ ſeſe indicãte ſapientia & prodente, inuenire potuit. Sed parẽtẽ eius pene omiſi Lyricum illũ vatẽ omni q̃libet heroico vate longe ſublimiorẽ. Cuius poemata humanarũ diuinarũq; rerũ deſcriptione argumentoſa: ipſum (vt ita dicã) Mercuriũ interpretẽ poſtu lãt. Quem ego Chriſtum interuentorẽ diuinę atq; humanę naturæ proprie eſſe cenſeo, cœlitus ipſum ad genus hoc mortale delapſum, mãdataq; cęleſtia deferẽtẽ humanitatis habitu. Hic eſt enim ſermo, hoc verbũ, hęc ratio, quibus diuinitatis principiũ ſummũ, arcana ſacramẽta mortalibus enarrauit: quo etiã ipſo ante vſus erat idẽ pater vniuerſi architecto, naturęq; cõditore: ob idq; a ſummo Euangeliſta logos Gręco verbo vocatus eſt. Ecce tibi in ſermone (vt aiũt) ipſa ſapientia, quę genus humanũ nęuo illo primęuo inuſtũ, purifico rore velut aquula ſmectica, id eſt emaculatoria lauit, atq; e cõditione obnoxia, Orciq; adeo lõgo nexu & mãcipio exemptum natalibus reſtituit. Hęc libris quatuor didaſcalicis (quę Euãgelia vocãtur) bona ex parte figuratis, philoſophiã quã olim Socrates e cœlo in terrã deuocarat, e terra rurſus in cœlũ ſupraq; cœlos omneis erigit. Etenim quę ille ſymbolicus cõcionator ambagioſe & allegorice de ſapientia dixerat, ipſa de ſeſe ſapientia proloquitur aperte & luculenter, tametſi griphos illa quidẽ interim ex cœleſti ſympoſio allatos mortalib⁹ propoſuit, cæterũ nectar ambroſiãq; magnopere redolentes, atq; vt olim Prometheus ignem æthereũ e cœlo Mineruę vſus cõſilio rapuiſſe dicitur, hominibuſq; dediſſe: ſic dei ſapiẽtia ignem æternũ charitatis humano generi cõmunicauit, cui⁹ ſcintillas quaſdã pſeudophiloſophia in diſputationũ ſuarũ fomitibus aſſeruabat, e Iudæa vtiq; quaſi e ciuitate cœleſti quoquo modo petitas. Hũc ignem æternũ noſtra ætas extinctum atq; etiã oppreſſum pene vidit, ædituorũ ſanctuarii nõ tm̃ negligentia, ſed etiã vecordia. Chriſtus autẽ, id eſt veritas & ſapientia, velut Ianus quidã geminus vtriuſq; naturę particeps, vtrũq; teſtamẽtũ diuinitatis, inſtrumentũq; vtrũq; indagandi ſummi boni coniunxit, finẽ æui priſci cũ principio renouati mũdi connectens, dierumq; ipſe antiquorũ inſtaurator innocentię ferme priſcę mortales reſtituit. Iam vero ſapientiã ſequitur e veſtigio ſuus ille Hypophetes Paulus, vir ad vnguem diuinę manus factus, atq; inter omnes veritatis emiſſarios lectiſſimus. eius fani ſapiẽtię architectus, cuius formã ſymbolica graphide antiſtes ille ſapientię Solomon quõdã deliniarat. Idẽq; ſacra ſapientię iis gẽtibus impertiuit, quę antiquiſſimo decreto myſteriis arcebãtur vt indignę

Solomõ triſmegiſtus.

Mercuri⁹ eſt Chriſtus.

Logos filius dei.

Baptiſma ſignificat, quo nota originalis eluitur.

Mãcipiũ nõ tm̃ hominẽ ſeruũ, ſed etiã mancipatũ & poſſeſſionem ſignificat.

Pſeudophiloſophia eſt gentilium ſapientia.

Chriſtus Ianus geminꝰ.

Paulus Hypophetes ſapientię.

Hypophetæ dicebanꝰ qui ꝓphetis & fanoꝝ antiſtitibꝰ ſubſeruiebãt: eoꝝ iterꝑtes q̃ antiſtites dixerãt.

ac profanæ. Hic est qui classico prædicandæ veritatis edictum alterius natalis in Asia & Græcia tam strenue & sublimiter q̃ clare atq; exaudibiliter promulgauit. vt qui mũdi aut dæmonis mancipio hæreditario tenebãtur, velut altero matris enixu ingenui nascerentur, priscaq; noxa soluti. Quid ille liber vnus Euangelii Ioannis, nonne sacrarium pene totum veritatis continet? Hic est ille seruus domini receptitius, qui sapientię ipsi super cœnam incũbens, hausta diuino numine sapientia, inenarrabili libello poste ritati tradidit. Eiusdẽ Apocalypsin. i. annales rerũ nondũ gestarum, quid aliud q̃ Parcarũ cõmentaria esse censeas? Illic enim effusa vaticinia omnẽ seriẽ fatorũ, omnia prouidentiæ calendaria in posterum cõtinent, etiam si Oedipo (vt aiunt) cõiectore indigent. Iob autẽ alumnus ille sapiẽtię, institutionẽ sacrorũ continet Athletarũ, qui liber vnus dramaticus velut spectaculũ quoddã visendũ est: Philosophus consumatus & absolutus edens specimen sui. In eo fortuna plagis multiplicibus sęuiẽs, æquanimitas nusq̃ instanti vrgentiq; aduersarię manus dans ac succũbẽs, velut in campo tolerantię, & aduersitatis infestissimę committuntur. Quo exagone tandem æquus animus velut hieronices, certaminis victor vere sacri, Agonothetę dei iudicio meruisse præmium pronunciatur. Iam libri quinq; Mosis (vt rem a capite, quod dicitur, arcessamus) cum sapientię architecturam atq; opificis naturę primordia, tẽporis incunabula, vitę tyrociniũ cõtinẽt, rursus lustrationẽ orbis, sacrorũ cerimoniarũq; ritus, religionisq; natales & pietatis mirifice descriptos: iuris etiã gẽtiũ elemẽta, legũq; fundamẽta cõplectũtur, quibus humani mores diuinitus cõformati sunt. Tũ vero in illis prouidentiã plane est agnoscere, ex altissimo sinu diuinitatis se proferẽtẽ, summi etiã boni adipiscẽdi rationẽ humano generi indulgẽtissime exordiẽtẽ. Certe qdẽ Geneseos liber historiã quãdã admirabilẽ refert & ænigmaticã pollicitationẽ, puidẽtię, augustioris cuiusdã fastigii natalẽ hominib⁹ immortalitatẽq; beatissimã mortalibus parturiẽtis. In his autẽ libris res arcanę a profanisq; mẽtibus abhorrẽtes, ita proditę sunt diuina solertia, vt ad prosopopœiarũ varietatẽ, figurarũ nouitatẽ, affectuũ mirificã expressionẽ, accederet sublimitas sentẽtiarũ atq; sensuũ gemina tergeminaq; diuinis ingeniis interpretũ enucleãda. Super omnia vero est beatę iãiã futurę vitæ, si sapimus, securitatisq; sempiternę, & sũmo bono acquieturę ęstimatio, mirifice illa quidẽ in iisdẽ multifariãq;, sed e medio sumpto sermone adũbrata. Tãta spe interim animos tãq; certa perfundẽs ac pignerãs, dũtaxat fide bona lectitãtiũ, res omneis vt tẽporarias calcare tãtisper despicereq; cogat. His aliisq; sacrosãctę disciplinę monumẽtis (nõnulla eñ p̃ter eo prudẽs) videre est p̃ nebulã captus humani ingenii, quę p̃mia eos maneãt, q̃ calcatis fortunis tẽporariis & caducis, in expectationẽ summi boni spes omneis rationesq; contulerũt. Sed quũ tot ansas certissimæ doctrinæ nobis dederit prouidẽtia, mirũ est q̃ sapiẽtiã tenere quasi lubricã, fluxam, euanidam non possumus. Quid igitur in causa esse dicam⁹? vtrumq; spes pręferuida in diem longiorem sibi stipulari nequit, at sapientia labores & molestias repręsentãs, præmia & lętitiã in futurum pollicetur? an potius q̃ acreis sensus ad sensu percepta & concreta, hebetes ad intelligibilia,

Sacrarſũ veritatis.

Tẽplũ a Solomone cõditũ typus fuit ecclesiæ cõstitutẽdę. Graphis aut lineamẽta formarũ significat.

Ioãnes seru⁹ receptitius.

Receptitius seruus est quẽ mulieri dotẽ accedere noluit: sed sibi recepit & retinuit ne marito subesset. alludit aut hic ad id qđ dominus de Ioã. euang. dixit: velle se illũ manere ad reditũ suũ quasi a fato, cõmuni, receptum.

Apocalypsis parcarũ commentarium.

& abstracta nobis natura dedit? Primum hoc dico, studii sapiẽtiæ fructum etiam non aspernandum in hac vita repræsentari. Deinde summi boni expectationi non magis annos q̃ annum, nec dies q̃ diem, nec horas q̃ horam cedere, vt viceuersa (o præcipitẽ & abruptũ vitæ situm) summi mali timori atque horrori. Semper etiam nos excubare ipsa sapientia iussit, & ad omne momentũ diei & noctis accersentis fati præstolari vadimoniũ. Vt autẽ his copiis doctrinæ sacræ in corde hominis instructis, & tãquam in procinctu stantibus, non regna, non potestates, non diuitiæ comparantur aut administrantur: sic omnes animi sensus suapte natura petulantes & contumaces, ita ad obsequium rationis rediguntur, vt homo pacem & constãtiam secum seruare possit, quod summum ipsum esse bonum cum philosophia prisca in vniuersum censuit, tum vero Christus sapientiæ auctor, parens, & constitutor, extremum elogium condens, legati loco q̃ amplissimi comitui suo reliquit. Quanta igitur animi alacritate, q̃ strenue, q̃ constanter incumbere ad supradictorum librorum lectionem debemus, & eo amplius ad eorum philosophorum, qui amplis suis disertisque commentationibus res figurarum inuolucris conditas, in lucem eruere piis enarrationibus scriptionibusq; contenderunt? Nam quicquid laboris in literis & studiis secularibus consumpserimus, eius laboris largissimum fructum in illa lectione demetemus: siquidem defæcato (vt dicitur) ingenio, si perpurgata mente, si lotis denique pedibus, ad id studium accesserimus. Illud enim literarum studiũ, vt rudimentum discendi existimare debemus, hoc vt progressum & fastigium. & quidem ex hoc scientiæ fonte perenni atq; inexhausto q̃is magnifica, q̃is copiosa, q̃libet sublimis manare potest oratio, si modo nobis stipendia quidem implere in vtroq; studio contigerit, in hoc vero demum prẽmia sperare operę nauatę & emeritæ. Quid autem gentilitia scripta ad intelligentiam sacrosanctę doctrinæ conferãt, malo cum aliis, tum diuo Hieronymo credi ad magnum tunc oratorem Romanũ scribenti q̃ mihi hoc arrogare vt demonstrare nitar. Tum primũ autem peruenisse nos ad illam euthymiam, philosophię antiquę vt decantatam sic incognitam sentiemus, animos (vt ipsi aiebant) humanos beata vndiq; securitate imbuentem, quum fiducia compertæ veritatis laborum omniũ rationem constare nobis intelligemus. Hanc Euthymiam Esaias vates eleganti metaphora fiduciæ contubernium appellauit. in quo animus humanus a rerum humanarum lectione & commẽtatione emeritus, rerum cęlestium & æternarum contemplatione pascitur, delectatur, fruitur. sed scilicet tot tãtasq; res non capiunt angustiæ cordis humani, nisi curis turbulentis vacui, nec alias res agentis. Quãtum est autem in ea meditatione intelligere, philosophiam ante Christi aduentum velut planum quendam fuisse, vel pręstigiatorem ingeniis humanis varie illudentẽ, cuius Dędalea cõmenta atheos & voluptarios aliaq; portenta sectarum excitauerunt. id quod Paulus ille Vranognomon assertorq; orthodoxiæ, testatus est ad Colossenses scribens. Nos igitur germanam philosophiam religiose adire venerabundiq; debemus, vt quũ a lectione gentilitiorum scriptorum quasi a voluptariis fabularum argumentis, ad sapientiæ, & veritatis fanum semel

Vadimoniũ fati est mors cũ fatum hominẽ vadat, id est ad certũ diẽ astringit: quo se si stat ad iudiciũ diuinũ.

Trãquillitas animi.

Implere stipẽdia est tot annos in aliquo studio p stare quot opus est ad doctrinam assequendam.

Euthymia.

Alias res agere significat non satis attẽtũ esse.

De vera philosophia.

Paulus Vranognomon dicit q rerũ cęlestiũ cognitionẽ habet vt Paulus in cęlum raptus habuit.

acceſſerimus, veluti ſtudio iam ſerioſo vernantes ſenectutẽ priſcæ ignorãtiæ paulatim exuamus, ac nouum quendam & inſtauratitium hominem libentes induamus. Hæc enim vna eſt diſciplina humanæ naturæ magiſtra, quę hominis gubernacula exculpere ſtolidis ſenſibus poteſt, & intellectui ac menti tenenda porrigere & moderanda, etiam ſi naturæ vi atque imperio appetitus eſt proreta. Quare homines qui non bonis tantum externis, ſed etiam æternis ſtudent, hoc videre etiam atq; etiam oportet, vt quod nautæ prudentiores facere dicuntur, vt ſacram quãdã anchoram ad extremum ſalutis ſubſidium habeant, hoc ipſi imitari contendant, contraq; turbidiorum affectuum æſtus & iactationes fortunæ, lectione ſacra velut anchora paſſim ac ſemper vtãtur. Hoc enim retinaculo ac rationis ſubſidio ſæuiente tempeſtate ita nos firmare conuenit, ne tranſuerſi in ſcopulos noxiæ alicuius offenſæ, aut in vada curarum externarum vento quodam cupiditatis repente rapiamur. Prò deus immortalis eſt, ne aliquis tam aduerſis placitis prouidentiæ natus, dũtaxat eorum qui Palladis ſacramento bona fide dixere, qui quum hæc animo accurate reputauerit, deſultoriamq; fortunæ viciſſitudinem perpenderit, ac vitæ humanæ breuitatẽ, nõ Crœſi & Midæ diuitias, Tantaliq; (vt aiunt) talenta pro nihilo ducenda prę ſolida philoſophantium felicitate iudicet? & eos q opũ externarum poſſeſſione in medio poſita, quaſiq; inter homines cupiditate & auaritia prædi tos controuerſa, ad vltimum vitæ diem fortuna diſceptante contendunt: non dico de precaria poſſeſſione rerum, atque in fortunæ mancipio ditione neq; poſita: ſed de aſini (quod Græci dicunt) vmbra vel litigare vel laborare, vel ſeſe miſere afflictare? Ego vero etiam (id quod iidem Græci in prouerbio dicũt) omnes iſtos theſauros non in cellulis cordis, ſed in prõptuariis fortis fortunæ & temeritatis cõditos, carbones tandẽ recte exiſtimãti viſum iri contẽderim. In quibus enim bonis maxime mens humana nimia ſui diffidentia imbuta, iure gentiũ & ciuili contra naturam recepto, parare ſibi præſidium ſubſidiũq; conſueuit. eorum bonorum affluentium ope non tã adiuuari diuites plerũq; q̃ aduri quis non videt? Num quis hoc neſcire poteſt quoſdam aliquãdo vęſana ſtimulante cupiditate per fas nefasq; cenſus ſuos auxiſſe? cuius ordinis eſſe dicuntur, quos exenteratores reipublicę vocant, & eos ipſos tamen vt fuit aliquãdo reipublicę noſtrę cõſtitutio religioſe adiri oportebat, ſi quid æqui boniq; a principe (o ſummã indignitatem) impetrandũ haberes. Hoc genus exagitat hiantis auaritiæ peruigil & inquies cogitatio quęſitis iam ſemper aliquid acquirẽdi, ob qđ eã priſci poetę Alecto vocauerũt, nomine ſane appoſito & cõgruo, furiarum vnam eſſe dictitantes, quas inter miniſteriũ Orci dedicauerũt. & ego beatos eos putem quos cõſceleratis animis ditatos eſſe ſciam? Sed ſint vel fuerint tam hominũ felicitſſimi q̃ omniũ fortunatiſſimi, atq; opulentiſſimi eſſe vel fuiſſe noſcuntur, num ideo eorũ illi ſortẽ ſuſpicere & æmulari debent, qui a philoſophia didicerint, iis tandem cum Orco rationem eſſe habendam? Mitto nunc ſpintrias aulicos improbe ingenioſos, ex genere æruſcatorum: qui rerum noxiarum inuentores, acuti & ſolertes videri populari pauperie non verentur, dũmodo in aula innoteſcãt nihil penſi habentes.

Athei philoſophi quidã dicti ſunt q̃ oĩno eſſe deũ negabant.

Proreta eſt q̃ in prora nauis regit, id eſt in primore ꝑte nauis, vt gubernator in puppi clauũ tenet. Aĩaduerte.

Dicere ſacramento eſt in militiã aſcribi.

De contẽnẽdis diuitiis prę ſtudio ſapientiæ.

Alecto quaſi irrequieta & nũq̃ deſinẽs interpretari poteſt.

Spintriæ ſũt inuẽtores rerũ nouarũ & iniquarum.

Aeruſcatores ſũt cogẽdarũ vndiq; pecuniarum artifices.

Sísyphidæ sũt hoíes honores ambíentes a Sísypho q apud inferos lapidẽ vrgere in mõtis vertícẽ dícit q idẽ tidem ípſe in ímum reuoluít. q̃ allegoría ãbitio ſignificatur.

Ethelodulia Cõtra perdíte ambitioſos in aula,

Tectoriũ op⁹ vt ex Vitruuio & Plí. nouím⁹ parietũ erat expoliatio directuras arenatí & marmoratí cõtinẽs, & ſup id colores inducebant. cuius opís rõ tpe nr̃o oĩno exoleuit, & p eo tñ albariũ remanſit in vſu. accipitur aũt metaphorice pro ſplẽdore rerũ ſupficiario, vt apud Iuuenalem pro fucamẽto.

Ergaſtulũ locus eſt ĩ quo mãcipia vincta op⁹ faciũt qđ hic ad aulam appoſite trãſfertur.

Carceres ſũt repagula .i. príncipium currículi, vñ curſores prodeunt ſigno dato vel in Circẽſib⁹ ludís aurigę, q

Iam vero Síſyphídas íllos q̃ beatos eſſe dícemus quí ethelodulíæ mancipatí (ſic enim appellatur ſpontanea ſeruítus) ſaxũ íllud ambitionís írrequíeto labore ſubuoluunt, non modo humerís & ceruíce, ſed etíam pręcordíís & vertíce? Saxum ínquam íllud pręgraue & aſperum, quod ínterdum ab aulæ ſummo gradu ín medíum relabítur, & nonnunq̃ ad vltímum tam præpoſtera plerũq; fortunæ ímprobítate, vt ín ílla ſchola íma ſummís íngenía non modo permíxta vídeamus, ſed etíam ſuperpoſita. Míſeram vítæ ſortem, atq; vt cætera ſuauem eſſe fateare, eo quidẽ certe grauem íngenuís anímís, & propemõdum enecantem, q; ambientíum natío, quaſi ex hiſtrióníó genere oríunda ſemper perſonata vídetur & geſticulatrix eſſe. Hæc autem moleſtía ambitus comes, ſenſus etíam degeneres & obnoxíi, actusq; per omnía íllíberalíſſímí, íntroſpícientí patent, íís quí prímore rerũ aſpectu acquieſcũt, non ítem patent. Síquídem vt aulícę potentíæ ſtrepitus & faſtu & comítatu frequentí beatus, víbrantí quodam fulgore oculos contuẽteis pręſtríngit, & præ admíratíone ſuí coronas circũfuſas ſummouere ſpecie luculenta vídetur: ſic ſi trans ſplendorem ínanis tectorií perſpícere poſſís, vel líberos eorum actus íntra ſcenam populo íam non ſeruiẽtes vídere, íbí tum íbí triſtía omnía ac lurída anxíetate ſcatentía apparent, prorſus vt tetrí ergaſtulí ſpecíem íllíc vídeas íngenuís & cãdídís morĩbus íngacceſſí. Verum (o lubrícum ambitionís errorem) quíd íllud eſſe dícam, q; cordatí alíoquín vírí, nec cupídítate tranſuerſí, quum íd quod díximus & dícant & ſentíant, vínculaq; ergaſtulí excípuloſa prouídeant: fit tamen ſi própíus adíre detur, ín ea ſe ſcientes prudentesq; vt índuant, quũ tamen íd ípſi maxime fugítare vídeantur? Vtrum q; íam memores ín re præſentí fíunt? an potíus ínſínuantes in locum íllecebrõſum, oculís & ſenſíbus & mente capíuntur? vtrum ſtulta fídutía fretí quaſi exuendí nexus ratíonem teneant, periculũ facere íncognítę rei volunt? & eas plagas íníre quæ míhí tenaciores Vulcaníís íllís vídẽtur, q̃ Martís Venerísq; ſtuprũ irretíuíſſe dícũtur? quas Homerus in Odyſſea tradídít nec oculís perceptas, nec ſolutíles, nec ví quãtalíbet fuiſſe eluctabíles. Scílícet ílle eſt error ætern⁹ mẽtis humanę, quę carceres ambitionís trànſilíẽs, non percípít íta pronũ eſſe íd ſtadíũ ad medíũ vſq; ſpatíũ; & índe ad metã ſenſim arduũ, vt íllíc nullo ſuflamíne procurrẽtes bígę cõtíneri, hic vrgerí ad metã nulla cõtẽtione poſſint: tũ demũ aurígans altíor íã ſpíritus ſera íntelligẽtía docetur nullũ modũ aut fínẽ ambitionís eſſe, quũ ſemel rationís frenos momorderũt cupídítas & elatío pręceps, quaſi Aethon & Podargus equí duo íugales. His em bígís Genius ille lucífugus (quẽ appoſitiſſímo níſi fallor nomíne Laoplanũ appello, quaſi mũdi totíus popularẽ ímpoſtorẽ) ſapiẽtes multos huíus ſeculí per theatrum Reíp. adminíſtrãdę plauſibílí ſpecíe trãſuehít, & ſępe trãſuerſos rapít. Sed vt apud Homerũ Vulcanus Martẽ & Venerẽ írretítos, omníũ deorũ oculís ſubiecíſſe narratur, vt de íís quíſq; ſuperũ ſentẽtiã

bus Prætor ſignum dabat. Sufflamen lignũ erat qđ per rotas traiectũ ín locis decliuibus inhibebat currus ne incitatius voluerentur q̃ opus eſſet.

Aethon ardens: Podargus autẽ a pernicitate dictus eſt: qui duo, quibus bigas ſuas iungit Hector apud Homerũ, hic metaphorice pro cupiditate flagrante, & celeritate præcipiti ponuntur.

Laoplanus dæmon, i. popularis impoſtor.

ludicrã & cauillatoriã ferret, illiq; in rebus Veneris deprehẽſi, pœnas ſtupri pẽderẽt, in cõplexu obſcœno & pudẽdo omniũ dicacib⁹ orib⁹ expoſiti: ſic in cęcis illis interdũ laqueis videmus homines antea exiſtimatiſſimos. non modo Satyriſcorũ iocis ludibrio haberi, ſed etiã bonorũ grauiũq; virorũ calculũ atrũ mereri. Etenim q ad honores aſſumpti quos obnixe ambiuiſſe noſcũtur, nihil iã pẽſi habere manifeſto reuincũtur q̃ ſibi cõſtãter factisq; ſuis cõgruẽtter loquãtur. Aut ita ſe in pleriſq; rebus agẽdis gerunt, nihil vt quicq̃ laborare videãtur q̃ cõueniẽter priſtinę vitę degant qua magnopere antea ꝓbabãtur: quid aliud q̃ fateri atq; etiã profiteri vidẽtur, ſe q̃ olim recte, quę grauiter, quę cõſtãter egerũt, nõ virtuti & ꝓbitati, ſed ambitioni perditę & cupiditati dediſſe? An etiã fortaſſe ſecũdæ res acrioríb⁹ (vt ita dicã) ſpecillis explorãt mẽtes hominũ? & inde ortũ illud dictũ, Magiſtratus oſtendet virũ, vt inquit Ariſtoteles. O ſenſus inops plerũq; humana prudẽtia, quũ eo ſe abũdare maximi arbitretur. Viſendũ vero ſpectaculum pſeudocatones irretitos videre vel Roſcios aulicos, aduerſo omniũ cuneorũ graduũq; rumore ſe in dies magis ac magis in maculas implicanteis, quũ interim triſteis frontes atterẽtes dictitent ſummopere iis plagis extricare ſe cupere. Planis illis triuialibus omnino improbiores humi decumbẽtibus, qui quiritatu ſubdolo viatores ludificari ſolent, fidẽ hominũ implorãtes vt manũ ſibi porrigãt. Itaq; illud iã priſcũ nũc oim ore in iſtos vſurpat, Tollat eũ q nõ nouit. Ego qdẽ certe in ergaſtulo piratico ad ſcalmũ alligatus eſſe malim, q̃ in illis plagis dephẽſus omniũ ordinũ probra impudẽter obaudire. Sed pclarũ illud q ibidẽ vidimus cynicos & momos triduo Harpocrates factos: tanta vis eſt medicati calicis quem Circe illa Dędala curionũ magiſtra iis aliquãdo propinat quos ad ſacra ſua operta nea intromittendos cenſuit. At vero modeſti & graues, vt apes exarmatæ aſpernabiles, virtute tãtũ & probitate macti hactenus iuſſi ſunt eſſe. Itaq; valeãt iſti: omnesq; in Ariſtippea ſchola philoſophãtes, quos ego nõ philoſophos, ſed ſophophilos voco, non amoꝝ aut morũ aut ſapiẽtię, ſed ſcitã quãdã vafrãq; amicitiã profitẽtes. quorũ eſt illa cyria (vt dicitur) doxa, id eſt placitũ in primis ratũ approbatũq;, amicitiã citra aduerſam fortunã, vltra vltra aras colẽdã eſſe, qualẽ illã fuiſſe Theſeiã fabulant ad inferos vſq; cũ fortuna ſequacẽ. Docti eñ & probi iſtorũ vitã offenſatricẽ eſſe intelligẽtes, execrari & auerſari debẽt, alioquin philoſophię fructũ quonã modo ſperare poſſunt, q gratuitã ſibi operã & ſtatariã poſcit? Qui autẽ in caſtris ambitionis & cupiditatis indecore ſtipẽdia ęraq; merẽt, nõ ſtatiuis illi mãſionibus, ſed Nomadũ moribus gaudẽt. quomodo autẽ trãquillitate animi gaudere, aut omnino ratione quãdã certã & ꝓbabilẽ ſeq; poſſunt, id eſt humanã vitã agere, quos immodicis affectibus obſequẽtes, nũq̃ ſecũ (vt dicitur) viuere, nũq̃ apud ſe eſſe nouimus? Age quãdo eorũ ſenſus vacare rationis poſtulatis credemus, eiuſq; monitis auſcultare, q in ea officina opificiũ exercẽt in qua feſto ꝓfeſtoq; noctu & interdiu nõ ceſſat? nũcubi aũt ſecuri

Vincula Vulcani. Satyriſcorũ iocꝰ. Satyriſcus autẽ diminutiue a Satyro deriuat. Pſeudocatones vulgo hypocritę vocãtur. Specilla ſunt quibus medici explorant vlcera ſinuoſa. Roſcii fũt artifices aulicæ ſimulationis Roſcius. n. fũmus fuit Hiſtrio. cuius generis artificiũ ſimulatione cõſtat, & alienæ perſonæ i theatro imitatiõe. Sic iſti qui taxãtur, ſimulatione vultuum bonos & comes ſeſe oſtẽdunt cũ revera alii ſint.

Ex Horatio ſũptũ. nec ſemelirriſus, triuiis attollere curat Fractocrure planũ. epi. lib. i. Ergaſtulũ piraticũ ẽ triremis in q̃ vincti remiges ſunt.

Ad ſcalmũ alligati ſunt quos dicũt i triremi vinctos eſſe.

Cynici & Momi Harpocrates fiunt

Circe Dędala. i. aulica curia.

Per Cynicos & Momos hoies palam obtrectantes

ſignificãtur ꝓpemodũ cõuiciũ iis faciẽtes qui rerũ potiunt. per Harpocrates ii intelligunt q obmutuerũt. Harpocrates eñ ſilẽtii erat index in ſacris. Ariſtippea ſchola. Sophophili. Sophophilos eſt q ſapiẽtet amat: nõ q ſapiẽtia amat, vt philoſophus. Cyrię doxę Epicuri apud Ciceronẽ in Finib⁹ eſt mẽtio. Theſeia amicitia. Nomadũ more viuere. Nomades certas ſedes non habent: paſtoritiã vitã ſemper agẽtes. In comitatu principis viuere.

& alacres animo ſunt, quí nullum portum tutũ, atq; a iactatione & tempeſtate curarũ remotum reſpiciũt? Hoc quũ in omneis valet ambitione perditos: tum vero exitiabile prope eſt iis quorũ vitæ inſtitutum ſeceſſum ac ſecretũ ſibi poſcit, quales ſunt quí aris aſcripti ab aula non abnoctant. Iam primũ aulicę ambitionis comites ſunt, neceſſitas colendi eorũ quí primos curionũ ordines ducũt, & ſtudiũ ſeſe illis venditandi per omnia obſequia. Has ſequitur timor offendẽdi eorũ quí gradu aut ſtatu dimouere ac deiicere poſſunt, aut ad maiora ſenſim aſpirãtes deturbare & percellere. At hę ſunt remorę quędã tenaciſſimę omniũ actionũ a ſeueritate atq; integritate proficiſcentium. Eadẽq; officii fungẽdi auocamẽta in eos quoq; valent qui procul ab aula ciuileis ordines regentes, fauonio quodam aulico impleri actionũ ſuarũ vela & proceſſuũ cupiũt, id quod nullo non tẽpore factitari a ſolertiſſimo quoq; ambientiũ conſtat. Ex quo ſordere cœperũt & faſtidiri mores plane ciuiles & vrbici. Hoc genus iam olim ſeueritatis aciem obtudit in omni parte adminiſtrandarũ rerũ atq; in omni ordine fere maieſtatẽ integritatis imminuit. Neq; enim aliter incorruptus honos integritatis & officii vnicuiq; vel curiæ vel ordini conſtabit, q̃ ſi inter hos & illos erũt cõmercia dirempta. O venefica beneficia quæ a præpotentibus manant. adeo nõnullos videas pridie ferociter probos, mãdataq; potẽtiæ aulicę ingenue abnuenteis, postridie ita in obſequiũ cõpoſitos, vt in naſſam curionũ beneficentiæ ceruices prius inflexas inſeruiſſe non dubie iudices. Certe nulli crimini virtus adumbrata minus inficiãdo eſſe poteſt. Quis enim nõ intellígat eos inter metũ ab illis, & pudorem ab his atq; ab honeſtate, verſare ſententias & in omneis partes vacillabunde torquere, ne in alteram partẽ magis vergãt q̃ vel ambitioni inſtitutæ vel honeſtati conuenit? Soleẽne eſt autẽ rerũ potiẽtibus cuiuſq; ordinis decus vel aulici vel ciuilis vno vel altero auctoramẽto ita ſibi obſtringere, vt in omni parte Reip. virtus libero motu vel habitu verſare ſe nequeat: vſqueadeo adminiſtratiuę vitę & prętextatę ratio moribus hominũ inique comparata eſt, niſi virtus ſibi ſemper inſtãs aduerſus inſidias eiuſcemodi excubet. Ita fit vt toga ciuilis in vniuerſum modũ ſuũ vel claſſem ſupgreſſa, & alienę culpę cõtagione vel imbuta vel aſperſa, maieſtatẽ retinere ſui honoris vix putetur. Hęc cauſa viros cętera egregios in offenſionẽ ſępe iudicii popularis primorũq; impegit. Hi autẽ & huiuſcemodi errores ſunt eorũ hominũ quí Mineruã ſapiẽtię præſidẽ potẽtẽq;, nõ in Athenęo (vt ita dicã) ſed in Lararío venerãtur, & colunt. Nam Athenęum, ędem Mineruæ, ego inſtrumentũ vtrũq; fidei noſtrę eſſe puto, in quo nos ſapientiam quęrere oportet & venerari repertam: nõ vt íi homines faciũt quí ſenſu humano freti, omnia ſibi cõſulta domi, id eſt in ſuopte ſenſu eſſe confidunt, quos erroris luculenti frẽno ſe & alios ſępe rexiſſe cõpertũ eſt. Vt igitur viris prudentibus & doctis ad rerũ publicarum adminiſtratione accedere, & honores magiſtratusq; gerere ac petere interdũ laudabile eſt & magnificũ, contraq; hæc omnino repudiare & auerſarí, inertis fortaſſe aut ignaui animi iure exiſtimetur eſſe, id eñ fert omnino ratio diſciplinarum ciuilium: ſic toto (quod aiunt) cœlo (vt appoſite loquar) errare mihi videntur, qui ſe ambitioni vęcordi quaſi equo effreni

Remora piſcis eſt echeneis Græce dictus, q̃ carinis nauium hęrens earũ curſum retinere creditur: quaſi remora p impedimento ac retinaculo ponitur.

Hoc dictũ eſt in magiſtratus vrbanos qui aulicis ſe venditant.

In naſſam ingreſſi piſces retrocedere nequeunt.

Sic hoies p bi beneficiis aulicorũ inęſcati & ſemel auctorati, vltra ſui iurisnõ ſunt ſed obſequiis cogũtur a quib⁹ ornati ſũt & adiuti.

Arduum eſt hodie integritatẽ ſeruare in adminiſtratiua vita.

Prętexta inſigne eſt magiſtratuum quare p̃texta ti pro magiſtratibus exaudiũtur.

Minerua in Athenęo nõ in lararío colenda.

furentíq; vehendos permíſerunt.íí ſunt autem quí nullo certo vítæ degendę atq; inſtituendæ conſilío feruntur. Sed quo eos cunq; ímpetus tulít, & qua fortunę temeritas adítum præbuít & tranſitum,inconſulto feruore rapíuntur. atquí huíuſcemodí nubígenas íllos fuíſſe crediderím quos poeticæ fabulæ Centauros nominauerunt:homines quoſdam ſemíferos:ín equos definenteis.Quo figmento quíd alíud q̄ eos homines ſignificarí putemus,qui ex humanís ac cōpoſitís ſenſibus ín ferocíam tandē equínam degenerāt?cuíuſmodí íllos eſſe vídemus,quí rebus ſecundís ínſoleſcentes,mox e poteſtate ratíonís exeūt ſenſibus moderātís.Tū cíuílitatís ac príſtínę ſortís oblítí, eos quí ín ſuo ordíne ſeſe cōtínent,aut quí morib⁹ municípalíbus ęquo aío víuunt,& eo acquíeſcunt quod ſors cíuílis tulít & natalíū modus,aſpernātur,& velut a ſe propulſant ferino calcitratu.Hos ſtímulat nō calcar ęmulæ vírtutís ad decus alíquod exímíū ſecundo rumore cōparandū,quod íncítamentum eſſe ſolet generoſis mētíbus ad publíca munera capeſſenda, aut ad ſuſcípíenda magna egregíaq; facínora:ſed ínanís quædam aura vel popularís vel aulíca, qua proceſſus ſuí vela ſínuarí futíles homines gaudēt atq; tríumphant: ob íd fortaſſe Cētaurí appellatí quaſi ínaní aura ínſtíncti, nec ſolídam ípſi nec verā gloríam conſectantes.quín & ípſis parentē eſſe aíunt euanídam quādam nubem,eorum(vt ínterpretor)índícem vanítatís,ípſam pro Iunone Ixíoní eorū genítorí ſuppoſitam ludíbrío memorabílí.Eſt ením Iuno dea præſes(vt antíquí voluerunt) legítimí veríq; potentatus atq; honoris.Proínde valeant íſtí Ixionídæ líterarum ſtudíí & philoſophíæ deríſores,& ín amplexus ſe effundant vítæ ſíbí deamatæ . Nos ením líterarū amore præoccupatí ríuales eorum eſſe nequímus:vt ímagínarío rerum ſecunda rum fructu certíſſíma bona mutemus,quæ a philoſophíæ amœníſſímo ſtudío manare dídícímus.Vt autē hedera proceríſſímam quāq; arborem complexa,nō ante eam dímíttít:q̄ ſenſim exuctam & víuído humore exhauſtam ad tabem necēq; perduxít nexu tenacíſſímo : ſic ingenía præclaríſſíma quæ ſeſe prorſus ambitioní dederunt,nō ante q̄ alíquíd eís ſecus accídít,ab eíus contubernío lento tenacíq; explícantur.Id adeo facíle eſt ex euentu iudícare. Quem ením vnquam íſtorum vrbana officía reducem habuerunt líbero vltro cítroq; commeatu?quíſnam autem veſtíbulo íſtíus ambitionís alíquo caſu exactus,íta poſtlímínío ín cíuílem vítam redíiſſe víſus eſt vnquam: vt nō exulare magís ín vrbe q̄ aulíca prouíncía deceſſíſſe vulgo exíſtímaretur? Solenne tamen íllís eſſe conſtat quí mordícus poſtes aulæ, fibulaſq; prætorii omní ope retentant, vota clara ídentídem laríbus ín redítum nūcupare, quaſi vrbanæ vítæ deſideríum vltra ferre nō poſſínt.ſcílícet híc regíbus labor eſt:aut ea voluntaríorum comítum ínopía premuntur:vt ínuítos íſtos promíſſís íngentíbus aut precíbus retentent.vídelícet Gallía tam ínops eſt vírorum , aut reges noſtrí non habent vnde præmía ſequacíbus ſuí perſoluant:vt vnus & alter muneris obeundí ín ſanctíore conſílío aut ín ſenatu caſtrēſí & víatorío neceſſítate teneātur. O vaníſſíma ſemper ambitío:ín mendacíís tam apertís fidem tuam labefactas ? ecquís eſt hodíe tam ín regíbus aulícís peregrínus:aut omníno ín moríbus hominum ıudícandís tam míníme malus,tam hebes,tam choridon,tam ſtupídus,quín ſtatím querulís íſto

Centauri.

Iunō.
Ixionídæ cē-taurorū germani & ſimíles:
Riuales ſunt qui eandem rem amant.
Ambitionis tenaciſſimus amplexus.
Lar dē ē domeſtic⁹:itaq; pegre redeūtes larē famíliarē ſtatī ſalutare ſolebant.
Sūptū ex Horatío,q̄re pegrinū vícía rauca reclamat.i.q̄re pegrínos nō vícios qb⁹ fidē facias,nos.n. fidē tíbí non hēm⁹ vt q te ꝓbe nouim⁹ eē planū & īpoſtorē:mendacemq;.

Callipidæ in aula vasa sẽp colligẽtes sed nunq̃ abeuntes.

Causia gestamen capitis regium solis calorẽ arcẽs: & plerunq; purpurea erat. hic p galero purpureo ponitur.

Albatos scurras appellari puto episcopos qui scurrilẽ leuitatẽ in verbis & gestu præferunt. Albati enim sunt cãdida toga induti. In cõpetitores sacerdotios; factiose dimicantes.

Agones epitaphii dicebantur certamina nouendialia quę in honorẽ exequiarũ in funeribꝰ fiebãt: quod hic trãsferẽ ad cõpetitorũ ambitũ: & quandã quasi dimicationẽ eorũ q exuuias sacras petunt.

In eos qui sacras sibi prouincias petũt ante tẽpꝰ decessionis.

Sectores hic appellantur metaphorice ii qui sacerdotia viuentiũ vt iamiã morituroꝝ ambiũt: sectores enim sunt proprie hodie qui cõfiscationibus diteſcũt, quasi prędam sequentes. De galeris purpureis. Sacrificantes olim exta aspiciebãt, ex quibus ii qui extispices dicebãtur futura sacrificanti prædicebãt. Regalia autem exta dicebantur ex quibus regnum portendebatur: ad quem morem nunc alludit. Victimas inauratas significare puto precium tanti honoris cum vænalis esse cœpit. Purpura dibapha dicitur quæ bis tincta est vt eius intensior ac flagrantior sit color, quę hic Galerum cum legatione significare potest. Fallax spes ambitioso rũ. Auspicia maiora maiores honores & magistratus significant. nullus em̃ magistratus inauspicato creabatur.

rum verbis illud prouerbiale reclamet, Quære peregrinũ? Est enim clarior istorum Callipidarum frustratio q̃ vt quenq̃ non rusticum fallere queat aut quoquo modo latere. Num eos quotidie pedatim discedẽtes inde videmus quo singultim festinare videramus? q; si per detrectationem stationibus suis vel sacris vel profanis non absunt, qui conuenit quum quotidie cõmeatũ flagitare se dictitent, nunq̃ impetrare eos posse? vel quum in dies ampliora munera sibi suisq; impetrare noscantur, non summa eos animi æquitate muneribus aulicis asseruire? De iis vt arbitror silẽdum est (ne sacrosanctã existimationem lædamus) qui auguſtã illam causiam non vitæ sanctitate, non illęsæ famę cõmendatione, non probabili aliquo consilio mereri, sed aulici ambitus decennali seruitute, sed amplissimi honoris fugillata reuerẽtia: sed fastus & insolentiæ spiritu instigante aliquando visi sunt. O rem præclarã, & Christianis institutis congruã, honorẽ sacrificum aulicis officiis mereri. Absit autem vt id aut dicam aut sentiã quod quidã incõmode faceti cauillantur, aulã solere gallicam scurras albatos rasosq; circumferre, qui etiã lubrio haberi se nec ignorent nec ęgre ferant. Illud certe præterire nequeo quod vidimus, nondũ plane cõploratis põtificibus epitaphios illis agonas in aula quasi parentalia certamina ab istis excitari, non ludicros sed capitales: tam aduerso rumore, vt puderet nos audire. Vtinã autẽ huius culpæ rei arcesserentur qui in omni vitæ parte vitiũ aut peccãdi licentiã profitẽtur. Sed quid illis futurũ est qui frontẽ præ seueritate obducere non desinũt, & turpiũ facinorũ exẽpla prodere nõ erubescũt? & post hæc etiã simulatio fallere nos sperabit? Mitto nunc sectoriã eorum improbitatẽ, qui exuuias sacras nõ modo viuentiũ sed etiam stantiũ ambulantiumq; petunt, quãdoquidem magnorũ virorũ auctoritas huic crimini vt aliis obtenditur. Reuertar ad illos purpurę cãdidatos, qui obscuris sępe natalibꝰ orti, & nullo ingenii ornamẽto prędĩti, regibus ęquales videri, eorũq; amici maximi vocitari cupiunt. Quid em̃ est quod tãtopere iã admiremur beatulas illas causias, quæ sordere in Frãcia prę multitudine gestantiũ, eorũq; leuitate vidẽtur, qui ne in sacrosanctis quidẽ & visendis gestaminibꝰ augusti vel venerãdi esse possunt. Pridẽ id decus vt eximiũ & opimũ regalibꝰ tantũ extis promitti videbatur, vt decebat, nũc minorũ etiã honorũ auspiciis & plebeię fortunæ non negari videtur ex quo inauratis cornibꝰ hostię passim litare cœperũt. Quis em̃ hos iã magnopere suspiciat: qui haud ita pridẽ vnũ viderit dibapha purpura ferocẽ æmula cãdoris beatissimi, quũ cohortẽ ipse purpuratã quocũq; post se traheret, inter eos tã eminẽs q̃ inter galeritas vpupa? Species igitur nunc eadẽ & dignatio, auctoritas ad populũ non eadẽ. Neq; vero in vniuersum honoribꝰ auctoritas sua restituetur & maiestas, priusq̃ sordidis aut pusillis igeniis sũmę decora virtutis petere fas esse desierit, & sacrosãctos amplissimosq; ordines rerũ nostrarũ sũma nũdinari capitale esse cœperit, qđ

vtrunq; nobis videre vtinam mox contingat. Summa autem disputationis eo pertinet: vt intelligatur eorum gloriam qui summum bonum in loculis cõditum esse putant, vel fascibus aut infulis maiorum auspiciorum adhærere, mortuis illis superstitẽ esse nõ posse. Iisdemq; sæpe morientibus aut gradu potentiæ deiectis (quod mortis instar ciuilis putatur esse) pro spera ta gloria infamiam agnasci: aut certe perpetuam ignominiam. Eius rei quũ innumera sunt antiquitatis documenta: tum vero recentia proferre nunc ex empla possemus si id ad rem pertineret. Quotum enim quemq; vidimus aut meminimus istorum integra persona atq; integro statu decessisse (vt iuris verbo loquar) qui nihil non viuentes honori tribuerunt? Porro autem vt fugacissimus semper splendor est gloriæ pigmentis adumbratę: sic veræ, eminentis & expressæ claritas nulla carie, nullo situ vetustatis exolescit. Et est eiusmodi gloria non in æs aut in auro incisa, vt illorum: sed stilo exacuto & splendenti impressa cedrinis in tabulis quæ carie non intereunt, & quæ resistibili traducum natura prodãtur in omne æuum. Atqui huiusmodi est gloria non opum congestarum, non vitæ per summos honores indecore transactæ: sed rerum egregie vel gestarum vel scriptarum, quæ in alios aliosq; traduces propaganda, æternitate dedicata quodãmodo videtur. Porro autẽ vt sine aqua & igni sacrificiũ aut consecratio non ritè peragitur: sic sine stilo & eloquentia nullius aut principis aut populi gesta ad posteros inclarescere possunt, æternæq; memoriæ commendari & consecrari. Proinde etsi antehac memoria nostra quidam homines officinæ magistratuũ honorũq; præfecti, cupide fecisse noscuntur, tum vt studiosi & literati, tum innocentia modestiaq; prędíti parum plausibile nomen in adytis aulicis habuerint: quasi ab actu rerum reiectanei. contraq; imperiti & procaces, & in tenebris perspicaces, vel earum rerum emaces quæ in commercio proborum pudentiumq; non fuerunt, pleraſq; Reipub. partes nominum suorum fama læta, tristi, ancipiti, euariante replerẽt, non ideo relanguescere studiosorum hominum ingenia contentio debet aut philosophantium. Est enim, est abunde philosophis gemínos illos fructus sperare Euthymiã & Euthanasiam, res duas q̃ maxime mortali expetendas. Illam scilicet beatam & constantem numeris omnibus securitatẽ: duntaxat quod ad bona corporis & fortunę pertinet: Hanc hilarem animi ac spe bona perfusam in morte æquitatẽ. Illis autem perdite ambitiosis quodnam esse maius supplicium potest in vita per aulicam gesticulationem agenda, q̃ hominem in corde cõditum, qui non nisi veritati seruire potest, ab homine externo conspicuoq; dissidere, qui scenę tantum ipse ac populo se ostentat, ad oculosq; theatri quasi ad speculum nõ afformat sed affingit? quis enim istos Chamæleontes ignorat: reconcinnantes sese identidem ad mores aulicæ potentiæ, vt tabulas olim suas clarissimus ille pictor Apelles reformare solebat ad vulgi iudiciũ? Est autem id natura comparatum mentem male sibi conscią cum homine externo ac vultuoso dissidere, hominemq; etiam hominis pudere, quum vi veritatis cæca intus tormenta admouentis fateri quisq; cogitur apud acta rogitantis conscientiæ suæ, se non eum esse hominem quem vultus profitetur. Atqui isti quos solertes aulicos & veteratores appellari videmus: quum per omneis

Integri status non decedit cui post mortem crimina obiiciuntur. Vera gloria & expressa.

Eloquentia publice necessaria.

Euthymia. Euthanasia. Cõtra simulationem aulicam. Chamæleõtes aulici. Chamęleon pro hoie subinde mutabili ponit, quia chamæleon pauidissimũ aĩal idemtidẽ colorem mutat & formã, vt auctor est Arist. in. iiii. de hist. aĩaliũ & sic ipse vtitur in principio Ethic.

vitæ actus perſonati ludiorum more videantur, non intellígo quidnam af-
firmare poſſint ſerio ſe in Repub. aut bona fide egiſſe. Certe in iis quæ ad
verum fiũt locus præſtigiis nullus eſt: bona fides ſe ad manum aſpiciẽdam
& contrectandam præbet: ſimulatio ſe vultuum inuolucris multiplicibus
occulit & verſicoloribus. Prò ſuperi immortales quid eſt ſi hæc impoſtu-
ra & fallacia nõ eſt? ſi enim compoſiti iſtorum vultus cum cordis motu tur
buléto diſſident: quonã tandem modo inſontes eſſe poſſunt? atqui hoc po-
ſcit veritas quã nobis Chriſtus nõ modo in terris agẽs præiuit: ſed etiã le-
ge promulgata pſcripſit: vt quãdo natura ſympathiam eſſe inter mẽtem &
frõtẽ eius indicẽ cenſuiſſet, ſummopere id videremus: ne homo qui in frõ
te eminet & toto ſe promit aſpectu: ſimul is ſermo qui ore verſatur, & in au
res ſe inſinuat: ab eo homie eoq; ſermone diſſiderẽt qui extra præcordia ca-
put non exerentes, interiores vocantur. Quid autem totos dies precamur
& a deo petimus niſi vt fiat voluntas eius in cœlo & in terra? At id quid
aliud ſignificat, niſi nos docet & hortatur vt corpus cum animo congruat?
materia a forma nõ diſcrepet? Homo ipſe interior, & exterior idẽ ſit? Quid
igitur iis hominibus facias? quid cum iis diſſeras, qui aulicarum cerimonia
rum antiſtites eſſe volunt: & ſimul probitatis opinionem atq; etiam ſancti-
tatis aucuparí? proinde qui vtilitatis aut potentiæ aſſequendæ nimium ſtu
diosi, ad iſtorum mores ſe afformare contendunt, vt ſummis curionibus in-
duſtriam ſuam probent: ii non modo literis & honeſtati ſalutem, ſed etiam
Chriſto & veritati vt dicant neceſſe eſt. Ita ſequitur ſi Stoicis confectariis
eos vrgere pergas, vt hanc ab inuitis confeſſionẽ exprimas: ad gloriam ſe
& beatam vitam comparandam non ſupernate via, ærumnoſa quidem ipſa
& confragoſa: ſed infernate, plauſtraria & militari progredi. Et hanc autem
& illam ineuntibus viam vadimonium tandem ad ſummum tribunal obe-
undum eſt, quod in incertum diem conſtitutum, nullis nec opibus nec faſci
bus comperendinari poteſt. Quando igitur tandem ipſi aliud ſemper agen-
tes (vt dicitur) cauſam ſibi dicendam meditari videntur? qui aduentante ſæ
pe ſummi & vltimi imperii viatore & interdum lictore, diem vel perendi-
num vel craſtinum iamiam dicturo, conſilia de ineundis (o cæca mens ho-
minum) honoribus nouis agitant. En cur diſciplinarum cultum, cur litera
rum elegantiam, humanitatem, leporem, amœnitatem homines abiicere de
beãt, & philoſophiã deniq; ipſam floccipendere rerũ humanarũ diuinarũq;
interpretẽ, tranquilitatis ac ſecuritatis parentẽ, quod ſummũ in hac vita
bonum eſt, ex qua non opes vulgares & aſpernabiles ſperare & parare, ſed
velut ex cornu Amaltheæ ſumma omnia poſſunt haurire & copioſa. Quid
enim non inuenias in Pandectis illis germanę philoſophię? ſed ſcilicet hęc
homines in terram in eiusq; viſcera cernui & intenti, Alcinoi (vt dicitur)
apologum eſſe credunt, aut Arimaſpea carmina: res illa quidem viſendas
ſed a nullo viſas enarrantia. eosq; Pheacas eſſe putant, qui animi bonis ca-
pti, eo ſpes omneis ſuas referãt quo nemo viuus acceſſit, & vnde nemo red-
iit. Sic plagiarius ille dæmonarches lucifugis emiſſariis animos huma-
nos ſolicitans, a doctrina philoſophiæ abducit, & velut ex Iouis quondam
Liberatoris præſidiis ſic a præceptis Chriſti deductos & abſtractos aulico

Sermo interior & exteri or ponit ab Ariſtotele.

Comperinẽdinari vadimoniũ dicebatur cũ dies iudicio cõſtitutus in perendinũ diem i. tertiũ reiiciebatur.

Alcinoi apologus apud Homerum.

Arimaſpea carmina.

Ariſteas Proconẽſius poeta antiquior Homero ſcripſit hiſtoriã carmine de Arimaſpis hyperboreis ad q̃s nemo acceſſit: ſed eius aiam creditũ eſt e corpore exire vagariq; ſolitã, & vicibus in corp⁹ redire.

Phæaces hic pro credulis & ſtultis ponuntur. Alcinoo eñ corcyrę Regi & eius populis phęacib⁹ Vlyxes Leſtrigonas & cyclopas & alia monſtra a ſe cõficta narrabat, & iis oĩa vera eſſe perſuadebat, vnde Iuuenalis Tã vacui capitis populũ phæaca putauit.

nexu astringit vt omni religione liberet. Inde illa præclara axiomata aulí-
cacademiæ, in eos semper mores vergere in quos aula prona sit. Corpore &
anima aulicæ potentiæ asseruiendum esse ei quidem, qui aliquo in numero
esse velit. fortunatos magis q̃ probos obseruandos atq; colendos esse. eum
demum recte in officina aulica perpolitum esse: qui omneis numeros simu-
lationis teneat, impudentiã & dissimulationem præsentissima duo numina
viris acribus & industriis esse. odia & simultates in loco ponendas esse, vi-
cissimq; resumendas: nunq̃ offensionem condonandam nisi fortunatis esse,
inimicos in articulo oppressos ad internicionem proculcare. Tum illa plu-
tacademica in æde Plutonis inter oracula cõsecrata, qui rem facere velint,
diuinis præceptis aliquantisper obaudiendum esse: tanti esse vnumquenq;
quantum possidere videatur, qui pauperiem fugere per fas nefasq; nesciãt:
iis superos non dubie iratos atq; aduersos esse, male de se hæredibusq; me-
reri, qui religiose rem ampliat: strenuissimi cuiusq; atq; ingeniosissimi esse
penates suæ gẽtis architectari, vel promouere q̃ potest amplissime, in eisq;
rem augere q̃ cumulatissime. Qui in hac vita inter armentarios censi sint,
in futura etiam subulcos fore: primarum enim classium homines in altissi-
mo quoq; ordine cælitum pro portione beatos ac diuos fore credunt. His
& huiuscemodi proloqis hoies in Plutonis porticu philosophãtes, dogma-
ta mirifica astruunt, in quorum assiduis commentationibus ego nullam er
roris intercapedinem & vacationem esse puto. etenim quum timor domini
auctor nobis esse debeat omnium rerum expetendarum atq; fugiendarum
(nam absq; eo, Digitum tãtum exere & peccabis, vt inquit ille) quonã mo
do rationis habenis reguntur qui plus fortunæ & temeritati casuum, q̃ ve
ritati atq; pietati tribuunt? in quos inuehens Esaias vatum facile princeps,
fortunæ eos mensam apposuisse testatur ac super eam libasse. Aut qui con
uenit eam vitam hallucinatricem non esse atq; offensatricem, quæ per den-
sissimam caliginem rerum humanarum ingrediens (quam vitã aulicam es-
se dico) nulla prælucente face sapientiæ aut doctrinę salubris, rapide pro-
mouetur? Atqui sapientiæ præcepta & monita nemo satis sine oraculis no
uit: & eorum oraculorũ antistes est philosophia. Ita patet sine philosophis
aut sine philosophia vitam recte instituí ac commode non posse. Quum em̃
mens humana, quæ principatum animæ tenet, iudicium rerum facere sine
sensibus corporeis emissariis suis nequeat: illi autem partim suapte hebe-
tudine hallucinãtes: partim ab noxio genio, circulatore ipso & archiplano
solertissimo, circunuenti, rerum sensilium species falso ad eundem princípa
tum deferant: fit vt mens in arce humani corporis sedens, nec cauendas res
nec admittẽdas iudicare probe sciteq; possit agnoscere. Accedit q; prouidẽ
tia quos in album illud suum atq; æternum retulit, eos fortunis interdum
euersos, alioqui quoq; male mulctatos exercet, & per tolerantiam insontẽ
& inculpatam ex sententia sua probat: istos autem fortunatos & temerita-
tis alumnos arbitrio suo ipsorum & prudentiæ permittit, cui nimium ipsi
confidunt. Quos genius ille impostor excipiens, præstigiisq; allectos sibi

Axiomata aulicacademiæ. Axiomata dicũtur propositiones maxime ratę, q̃ ita certę sint vt demõstrari nequeant: sed ex iis demõstrẽtur alię. Hę propositiones principia disciplinarũ sunt, & latine postulata & proloqa dicuntur, vulgo maxime appellantur.

Plutacademica proloqa Plutos grece opulentiã significat. ideo plutacademicã appellat, philosophiã cui⁹ fines sint bonoꝝ & malorũ diuitiæ & paupertas. a Pluto autẽ id est diuitiis Pluto deus dictus est vt latine dis: alludit igit̃ ad Plutonis fanũ vt significet illius philosophię dogmata ad orcũ tandẽ tendere.

Memorabile dictũ Esaiæ, Philosophiã homini esse necessariam.

Archiplanꝰ dicit̃ dæmon planorũ oĩm impostorũq; caput.

Relati in album æternæ prouidentię.

Fides auxilium significat, vt dii vestram fidem apud comicos: fides etiam persuasio est certa de aliqua re vt fides catholica. Hic autem alludit ad fidem, id est pietatem diuorum.

Geryones tergeminus. Christ⁹ vere fuit Hercules Alexicacus. Exclamatio cõtra iniqtatem tẽporũ. Cathortomata. Choragium instrumentũ scenicũ. hic autem metaphorice pro magistratib⁹ regni ponit. sine eñ magistratib⁹ homines in medium quasi i proscenium pdire neq̃t & documentũ sui dare. semp enim p stat in metaphora superi⁹ suscepta. In cuneos se stipare priuatę vitę se reddere. In ordinibus sedere, in magistratu esse municipali & munere aliquo fungi. In medio stare, in actu rerũ esse inter aulicos. Blattarũ contuberniũ renebrosa loca sunt: & nulla luce illustrata, ppter qd Vergil. eas lucifugas appellauit.

mancipans, ideo quietos a molestiis, & sarctos (vt dicitur) & tectos ab omnibus tuetur incommodis, incautiores vt eos securitate inoffensa indies efficiat. Scit enim in huiuscemodi homines liberam sibi cum volet manuũ iniectionem fore. Inde ille stupor humani iudicii euentus rerum admirantis, atq; in errorem sæpe eorum reuoluti & implicati qui negant prouidentiam. Superi vestram fidem: adeo ne erroris perpetui nebula nos offudit tenebrarum ille præses, veritatem rerum vt cernere ne sole quidem illustrissimo possimus? Adeo ne Geryones ille tergeminus superbia cupiditas & voluptas (tres aduersariæ potestates e terra & inferis enatæ) infestus est ætati nostræ, vt sapientiæ pręcepta toties inculcata memoria fideli complecti, & compressis (vt dicitur) manibus retinere nequeamus? nonne omnia quæ videmus, a deo prædicta sunt? an alterum tandem Herculem expectamus post Christum Alexicacum, qui monstra hæc e terra atq; ab inferis ad hominum perniciem emissa conficiat? an vt iterum ad Troiam magnus mitta tur Achilles? & iterũ Christus humanitatis decus redeat, oculisq; nostris conspicuus occurrat? O cæli & terræ omniumq; animorũ conditor optime ac maxime, omnium sæculorũ illustrator & insignitor, omnium errorũ explosor, & morum emendator: qui regnis & prouinciis præstites genios & consiliatores eorumq; rectoribus prouide statuisti, quiq; principum mẽtes freno tuæ prouidentiæ regens, flexanimo sæpe numine a studio rerum noxiarum & exitiabilium, ad honestissimũ quodq; propositum saluberrimũq; detorques: erit ne sæculo nostro tempus quando homines suo magis ac proprio censu & dotibus a te profectis, q̃ fortuita possessione rerum fluxaq; publice censebuntur? neq; enim ante id tempus futurum videtur vt solidæ germanæq; virtutes in Francia eluceſcant, quam tu in deliciis habere existimaris: quando antehac raras prodeunteis in publicum videre nobis licuit: etiam si in vmbraculis secessus & priuatæ vitæ latuisse credimus. vnde factum hisce paucis annis vt per omneis ordines illa quæ dicuntur Catorthomata apud nos requirerentur, id est præclara quædã virtutis exẽpla, numeris omnibus officii publici absoluta, quasi officia in administranda Repub. ad amussim virtutis directa & emendata. Nam cum in paucis familiis seminarium beatorum haberemus atq; copiosorum, quid mirũ est si inuisa publice virtus, ab iisq; e proscenio exacta qui choragium nostrum in potestate sua improbe tenuerunt, post scenam latere voluit: aut in cuneos se stipare promiscue sessitantium? quando nec ei stare in medio licebat per tẽporum iniquitatem, nec in ordinibus sedere promptum erat per sordes omnia nundinantium. Falso igitur literarum studiosos nõnulli criminantur vt vmbratili vita marcentes, vt in luce atq; celebritate torpentes, vt rebus gerendis honoribusq; inutiles. Nam qui in solem prodire, & aulam interuisere sine contemptu sui literarumq; suggillatione nequibant, non inuiti faciebãt fortasse vt in exhedras & porticus, & in omnia virtutis & philologię diuersoria se conferrent, quasi in præsidia quædã philosophię amœnissima. Neq; enim tũ innocẽter actuosum esse, nec gratuito licebat integraq; existimatione in publicũ prodire vt quidem erat hominum opinio. At vero iidem ipsi si mox fortasse edictũ principis exierit (paulisper enim ariolari

iuuat) vt homines iam non prædiis,non ſupellectili,non aliis pignoribus obnoxiis fortunæ:ſed cultu atq; ornamento ingenii,& mũdo (vt ita dicã) non muliebri,ſed virili cenſeantur,in quibus nihil licet fortunæ pignerari:iidem inquam ipſi caput illico prolaturi ſunt non abiectum,non abditũ, non demiſſum:ſed aduerſus fortunę & temporum iniquitatem vt conditũ ſic erectum,quos nonnulli opinione falſa ducti gaudere nunc putãt blattarum contubernio:& qui tum non neſcii eorum improbitatis qui fatorum vim modumq; in Francia temperabant:boni tamen conſulebant ſtudio ſe literarum,auocamento Reipub.amœniſſimo diſtineri: ii ſi aditus publicos patere virtuti ſenſerint in poſterum.ad profeſſionem ſui non inter proletarios,ſed inter mente cordeq; cenſos continuo coibunt: omniq; inſtrumento vitæ ciuilis per virtutem agendæ.tumq; illi claſſici fortaſſe ludibrio habebuntur,qui nullum teſtem locupletem aut fide dignum eſſe credunt:qui nõ idem copioſus ſit opibusq; circunfluens.Neq; vero philoſophia lucifuga eſt,neq; iners,neq; ocii gaudẽs veterno,neq; deſidioſe ſellularia,vt multi criminantur,neq; non ipſa rebus gerẽdis vacare poteſt,& forenſia induere prę textataq; videri.cum tempus ita tulit,& decus eam ad id prouocat:ſed diſſimulationem,ſed fœdam aſſentationem,ſed deſultorias amicitias,annuerſariasq; morum mutationes auerſatur:nec ſub comico vultu tragicas ſimulates occulit,quibus rebus noſtro tempore in aula maxime quæſita eſt auctoritas & retenta. Quemadmodum autem Socrates olim philoſophiam e cœlo in vrbes deuocauit,& coegit de rebus ad ciuilitatẽ pertinentibus diſputare,ſic philoſophos quoſdam rebus gerendis idoneos, in forum ingredi aliquando & in publicum prodire decet, induſtriamq; ſuam approbare in Repub. egregie ac ſtrenue adminiſtranda. Q7 ſi interdum ſtudioſi homines in celebritatem vel ciuilem vel aulicam non prodeũt:non ob id delitẽſcũt:ſed velut ex conſpicilio honeſti ſeceſſus iactationes atq; æſtus ambitionis obſeruant,& in eos homines perſpicaci æſtimatione inquirũt quos fortuna famaq; omnium oculis auribusq; expoſuit.Quis enim eo tempore libens in rerum actu verſaretur,cum quidam ob redundãteis opes nec inno center quæſitas nec ſine publica calamitate,beati & primarii homines atq; etiam ſummæ ſortis haberentur:qui ſi nunc ad calculum ſeuere reuocarentur,talentum vnum auri puri,probi,ſui (vt fuit olim in ſermone) demonſtrare nequirent:quum viri ingenioſi & cultu doctrinæ elegantis perpoliti,aut quacunq; eximia facultate commendabiles,a comitiis aulicis exploſi,& tanq; ſexagenarii de ponte deiecti eſſe dicerentur:quum fœcunda virorum bonorum doctrina fugeretur,totoq; orbe accerſeretur quod priuatim fructuoſum,in vniuerſum luctuoſum eſſe ab omnibus cernebatur:quum re nulla magis homines creſcere q̃ cothurnatis facinoribus tragicisq; auſis cœpiſſent,non legum conſtitutionumq; conniuentia, quas multas ſane & præclaras habemus,ſed præpotentium hominum coitione:qui omnia præ-

Proletarii dicebantur homines ſopes & nullo cenſu in claſſes redacti,hic p trãſlationem dicũt proletarii qui nulla dote aĩ, nulla ingenii ac ciuilis prudẽtię facultate cenſentur, & cõmẽdabiles ſunt.

Phi reip. adminiſtrandæ non inepti.& gerendis magiſtratib⁹ accõmodati.

Deſultoria amicitia dicit nec vera nec conſtans, ſed tẽpori tm̃ ſeruiens & ex vſu & cõpẽdio amãtis inſtituta,ob idq; mutabilis & varia p cõditiõe tẽporũ.

C õpicilium nõ tm̃ oculare ſubſidiũ ſignificat, ſed etiã feneſtrã clatratam & minutis cancellis obtectã vnde i vias ſpiciunt hoies qui ſe ſe e via videri nolũt:qua ſi obſeruatoriã feneſtrã.

Hic autẽ metaphorice p priuata vita ponitur in ſeceſſu acta,vñ homo ignotus vel in publicum raro prodiens ve-

lut ex occulto res geſtas eorum inquirit & adnotat qui adminiſtrationi rerum prefecti ſunt.
Inſignis indignitas in aulicis rerum actibus. Purum probum ſuum aurum dicebant quod ſacrorum cauſa conferebatur.Purum erat quod ſpurco actu quæſitum non fuerat. Probum quod obryzum:ſuum quod propriũm conferentis eſſet,non alieno admixtum.

Redimitum hic diadematũ intelligendũ puto. Vnde curiadicta Nouissima tẽpora regis Ludouici significantur.

sidia reip. constituendæ occupauerant? quum in sinus priuatos & exiguos amplissima respublica clarissimaq; cessisset, quæ in capite redimito, grandi quidem illo & augusto, sed infirmo iamq; nutanti sedere nõ poterat? quum inopes repente facti diuites, mutationem fortunæ fastu & improbitate sermonis profiterentur? quum ii fere soli opima decora ab optimo principe ferrent, quos nobis malorum omnium sementem fecisse nobilitas non obscure ferebat, & populus obmurmurabat? quum summæ cupiditatis & licentię omni lege pudoreq; solutæ virus lenta contagione manans, omneis pene bonos mores & honestos paulatim imbuisset? deniq; cum in ea quæ a cura rerum humanarum diuinarumq; curia (vt opinor) appellata est, ita sibi quisque gentilibusq; curaret & sollicitus esset, vt maximus quisq; curio maxima incuria maiestatis publicæ ac diuinæ teneri crederetur, iiq; maxime negocia reipublicæ populoq; facesserẽt: quos caput & fortunas opponere pro populo decebat, ac vitæ etiam discrimine intercedere ne quid grauius aut turpius in remp. decerneretur? Hæc enim omnia cum nostra ætas & memi-
nit & vidit, tum vero alias plærunque imperii nostri felicitati incommoda fuerunt. Cumulus autem indignitatis fuit, quum iam eo ventũ esset vt nau-

Naucler⁹ nauis latine naucularius dicit, id est nauis dñs, cuius periculo nauis agitur: & cuius est summa potestas. Hoc in regẽ Ludouicum dictum qui i demortuorũ magistratuũ locũ plærũq; nullos sufficiebat, nec in eos regia seueritate inquirebat, quos summo rerũ actui præfecerat.

clerus tantę nauis fatali incuria vel fiducia potius inconsulta, nec in prora, nec in puppi sederet: ac ne impendente quidem tempestate nautarum officia viceq; recognosceret. nec qui ad clauum sedebant rerum communium iacturam ad se pertinere magnopere arbitrarentur, docti iam olim ex naufragio fragmentum arripere. certumq; etiam nauclero ipsi esset extremam potius necessitatem expectare, q̃ nouo supplemento proram puppimq; propemodum iam inanes explere. Quum charitate frigente, hiante maxime auaritia, ardente inuidia & simultate, languente pietate, exolescente sceptrorũ pristina maiestate, iam nec superi, nec mortales extrema deformitatis exempla ferre possent. Hæc & huiusmodi alia ideo frequentius in hoc opere meminisse mihi subiit, q̃ homines ipse queribundos identidem meminerã eas res ætate nostra Franciæ contigisse, quæ gentem bello paceq; clarissimam, in ordinem degenerum socordiumq; populorum coegisse videbãtur: siue id culpa vnius contigit, siue fatali inclinatione rerum. Atqui maior esse nulla potuit indignitas, q̃ summa nobilitate & doctrina a gubernaculis inclytæ gentis deiectis, quasi floscułis regiæ coronæ decussis, homines haud clara sorte natalium ortos, summa infima & media in potestate habere, qui nec ius nec fas nec æquum bonũq; nossent, nec bonis æquisq; omnino bene cuperent, triaq; tantum illa verba fari possent, do dico addico. quum regni opulentissimi bona quibus collibitum esset ita delargirentur, vt sibi necessitudinibusq; suis bellissimum quicq; reciperẽt, reliqua præcerperent. Vnde contigisse videmus, vt in gurgustiis quidam nati educatiq;, domos ac stirpes architectati sint grandiorum penatium æmulas, quæ triduo excitatæ, publicoq; dispendio expolitæ, haud scio an mox collapsuræ sint: si summus tãdem Iuppiter in membranas cælestes respexerit, vt est in Gręcorum prouerbio, id est si merita cuiusq; ex actis diuinitatis & commentariis supernis recognouerit. Nuper autem quum res nostræ in eo fere statu essent, proh suprema prouidentia, quodnam nobis documentum tuæ potentiæ fluxæq;

Iuppiter in membranas suas respicit.

felicitatis dedisti? Nam quum hæc postrema simul scriberentur a nobis, simul liber sub prelis impressorum supra dimidiam partem exactus esset, ecce calendis Ianuariis sublato rege Ludouico(cuius vtinã cum manibus deus gratiose & clementer egerit) tãta vno die mutatio rerũ facta, vt qui prius digito cœlũ attingere posse sperabant, protinus humi serpere demissoq; animo viderẽtur, nec funebribus lachrymis(vt assolet) sed veris & intus obortis lugere & deplorare. vsqueadeo occasus ille multis salubris(vt quidẽ nunc spes est vniuersorũ)paucis esse maleficus & noxius visus est: sideratos esse diceres qui ante triduum omnia ad se cum fortuna trahebant, vt fere est solẽne in vicissitudine huiuscemodi rerum. In vniuersum autẽ is erat habitus animorum & vultuũ, diuturnas vt sordes reipub. excussas esse crederes, vt in luctu Hilaria sane festiua celebrare videremur. Secutus est vnus & alter dies per munificentiã & benignitatẽ transacti iamdiu desuetas, quum rex nouus idem primusq; Franciscus, sed regere iamdiu eruditus ac populo charissimus, tyrocinium regni faciens, ingenii sui specimẽ ordinibus præberet salutatũ coeuntibus. In quo sceptorum auspicatu, quũ ipse intẽtissime obseruarẽ, verba multa audiui felicíter ominosa, signaq; adnotaui: quæ si ratum nobis auspicium non faciant ad id quod publica vice optamus & speramus, non video quid posthac mentes humanæ augurari debeant, aut quãdo nobiscum prouidentia in gratiam redítura sit. Certe in funere tripudium solistimũ fuit, & festa frons reipub. quicquid inde præsagiẽdum fuit. Nam & ante triduũ fulmen læuum per totam prope Franciã extiterat, quod ante nemo meminerat eo tempore ne in vno quidẽ loco accidisse: omninoq; ea tunc hominũ cõstans erat opinio, hactenus expiata nostra esse peccata, Francicíq; regni maiestatẽ suo genio restitutã. Post id prodigium vna & altera nox interceserat: venit ad me homo mihi & affinitate cõiunctus, & amicitia summa deuinctus Franciscus Deloinus: regius cõsiliator in prima & honoratissima decuria curiæ centenariæ, inter primos Iurisconsultorũ, his & literis & studiis maxime & fauens & incumbens. Is quum me in hoc opere valde intentũ offendisset, cuius finem vrgebã ne impressores opus accelerantes mihi anteuerterent, instítit mecũ hac de re contendere, non tam ꝙ a me ea de re dissentiret vt postea intellexi, q̃ vt mecum differendo ab nimia me auocaret scribẽdi cõtentione: incaluerat enim mihi animus præsentiũ tunc rerum indignitate meditanda. tum velut proludẽs, quum pone stans vidisset quę scribebã: Ohe(inquit)odiose facis atq; refractarie, qui tempori & fortunę animũ accõmodare non labores. Quid enim tantopere studium hoc sapientiæ aut liberalis omnino doctrinæ exoscularе, quod frigere nũc in aula tu quereris ignorantię patrona? Inania enim nunc nomina videmus doctrinæ & virtutis algere, & studia literarũ dãno sa amãtibus sui esse. Quid mirum(inquã)quũ & ea quę de superis inferisq; tradũtur, quęq; tot sacris monumẽtis, tot oraculis, tot sanctarũ animarum elogiis contestata sunt vix tertius quisq; istorũ non argumenta tantum dramatica esse putet: si quidem hominum mentes ex habitu gestuq; serioso, non ex sermone tantum specioso æstimentur. tantũ abest vt huius temporis aula doctrinæ & virtutis amore teneatur. Tum ille, Quin igitur Budęe

Mors regis Ludouici duodecimi.

Siderati dicũtur qui velut astro aliquo percussi repẽte exarescũt, vt arbores q̃ vento noxio afflatę retorrescunt.

Hilaria festũ diem significant nõ absimilẽ illi, quẽ pridie quadragenarii ieiunii ineũtis vulgus celebrat.

Frãcisc⁹ rex.

Prodigiosũ fulmen.

Tripudiũ solistimũ auspiciũ erat lætũ, quo statim a pullariis nũciato Consules aciẽ instruere solebãt, vt videre ẽapd Liuium li. x. significat ẽt lætitiam populi pedibus supplodẽtis. & veluti saltãtis: tripudiũ em̃ a terra pauienda, id est ferienda dicitur.

Prodigiosũ fulmen.

Franciscus Deloinus.

Proludere ẽ præludiũ certaminis aliquius facere, & certamen auspicari.

vtilitatí conſulís? eorumq; exẽplís admoneris, quí magno ętatis oleíq; díſpendío íngenium atq; animũ literarũ ſtudío excolendũ cenſuerunt? præſertím quũ tu ípſe clamites ſtare gallica íngenia ín hac ſcena nõ poſſe, níſi alí os hellanodicas (ſic enim vt arbitror appellatis íngeniorũ íudíces) Frãcia noſtra nacta ſit. An tu aliter cenſes, ínquã, quí ſcías quoſdã rerum arbítros noſtratiũ hominũ íngenia laudare nõ ſolere, níſi more faſcínantiũ? a quib⁹ cũ beneficíí loco peteretur, vt línguís tantũ fauerent, vt quondã ſolebat ín ſacrís Harpocrates, non ſatís íllí quídẽ habuerunt, quos meritos nõ neſcírent, teſtímonío ſuo fraudaſſe, níſi etiã eos premerent apertíſſíme. Quãdo ígítur (ínquit) ínanís ſtudíorum meſſis hactenus fere decoxít ín Frãcía, & nunc maxíme íngeníorũ flos eſſe tíbí frugíperdus vídetur, quín alíud ínterím conſilíũ ípſe capís e re nata? & a ſtudíorũ cultu damnoſaq; obſeruantía ad colẽdos mores huíc ætatí placẽteís contentíonẽ íſtam animí cum omní ínſtrumẽto atq; ornamento eius tranſfers? Sane vero ínquã quaſi líberũ ſít & íntegrũ animo Mineruæ auctorato íam quínq; & vigíntí ſtípendíís, abrupto nunc mentís ímpetu & pene præcípítí ad lunonís tranſíre præſídía, poſítaq; doctrínæ & phílologorũ candída, ín candída protínus ambítus & petítorum vídeří: hocne eſt decorí & honeſtatis ratiõnẽ habere? etiam ſi eo cultu permultos omní arte ac facultate líberalí defectos, ad horrea vſq; ſumma vídemus copioſos eſſe factos. Quíd ní eſt? ínquít ílle, Sero Phryges ſapíunt: Omnís Arístíppum decuít ſtatus & color & res. Valeant ínquã íſta ínter eos quí ad rem faciendam attentíores eſſe ſolent magísq; q̃ nos ſoler tes: ego Arístíppeos íſtos verſícolores non probo. quotus enim quíſq; honeſtatís & conſtantíæ ſtudioſorum faceret, vt ín quíbus partíbus conſectãdís mílítareís annos, & venientem vitæ partem vigentemq; contríuiſſet, earum poſtea partíum cauſam, hominum aut temporum íníquítate damnaret? quíd ſí ígítur ín hís ſtatíuís díuínũ numen verſarí líbentíus atq; preſentíus exíſtímaret, num etiã tum íllé cum fortuna ín díuerſa præſídía tranſíret? At enim fors fortuna humanarũ rerũ arbítra, maíora íllíc ſupplementa & vberíores cõmeatus ſuggerít, & ſuggerat ſane, nũ ídeo tu malís, aut quíuís bonorũ & grauíũ, ínter Autolycos íllos centuríarí quí comítũ turba clíentũq; lautorũ ſtípatu nos ſummouẽt, q̃ ínter deſtítutos Arístídes cẽſerí, quí cõpoſíta & ínſontí fortuna acquíeſcunt? Equídem quod ad me attínet, nec Arístíppeũ placítum verſabílís philoſophíæ probo, vt alíum atq; alíum vtilítatís cauſa ſubínde me faciã, níſi ſí ſalua tueri íd modeſtía poſſím & cõſtantía: quod quemadmodũ fierí poſſít nõ vídeo: nec Pythagoricã íllam metẽpſychoſín agnoſco, vt repẽte alíum me q̃ líterarũ amantem eſſe velím, aut nunc anthropolatres eſſe poſſím, quí prius phíleleutherus fuerím. Nec eñ Vertũno tã benígno natus ſum, vt ab hoc vitę ínſtituto quod certa ratíone ac meditata probauí, ad alíud ab eo díuerſíſſímum tranſeam: nec ſí maxíme cupíam, líberũ eſſe íd míhí ſínent íí quí ſcíunt ſummís íllís Arístíppeís Democrítum Gelaſínum me ſemper eſſe voluiſſe. Sed vídeˊ (ín quít) vt íta rationem íſtam tuam ſubducas retínendí líterarũ amorís, ne ad mantícam (quod aíunt) res tíbí redítura ſít. Ad mantícã autẽ? An putas prouídentíam tantũ de philoſophía permiſiſſe fortunæ, quã vitæ ínſtituen

Hellanodicæ

Laudare more faſcinãtiũ .i. animo maleſico & venefica lingua. Linguis fauere ẽ ſilere. Flos frugíperdus.

Autolyci ſolertes. Arístides.

Metẽpſychoſis eſt alarũ in alia atq; alía corpora tranſitus.

Anthropolatres homínibus honorẽ díuínũ exhibẽs interpretatur.

Phíleleutherus ſui iuris retinentiſſimus & libertatis amans. Arístippei.

dæ atq; degendę magiſtram nobis dedit, vt ad inopiã ſubſidiorum vitę redi gere eam poſſit: nihil agis mi Franciſce, etiam ſi magna tua apud omneis auctoritas, apud me maxima ſemper fuit. Neq; enim quod tibi in conſiliis grauiſſimi viri iidemq; doctiſſimi factitant: vt in tuam ſæpe ſententiã trã ſeant, doctrinę id eximię & exiſtimationi tribuẽtes, id ego nunc imitabor in hac controuerſia, quę in meo magis foro q̃ in tuo diſceptatur. Iamprimum non ſemper iiſdem prędẽtoribus hortamenta canẽtur in Frãcia, vt omnẽ ſpẽ in poſterũ vectores abiicere debeant, aut iacturam ſtudioſi facere exanclati iam laboris. adeſt tempus fortaſſe quod multi non prouident, quum in ſtudia literarum incubuiſſe laudis ſummæ loco ponetur: quare & ſi aura fauoris iſtorum Aeolorum nos prorſus deſtituit, non continuo eſt cur vela proceſſus hui⁹ literarii finam⁹ ipſi refl acceſſere, quę Fauonio ſpei bonę in portum quendam certum & hoſpitalem conſilii fixi, ac meditati feruntur: dein de(id quod rei caput eſt)cum omneis opes noſtras omneis ſpes & copias non in ædem Saturni ſed in arcem Mineruę congeſſiſſe nos meminerimus, quid eſt quamobrẽ magnopere angamur ne in diſpendium tandem locularium ſtudiorum curſus exeat: mirum vero quin in compendium quęſtumq; luculentum. Atqui ego præclarum eſſe puto, ne ſtrigmenta quidem clariſſimi certaminis ſeruare voluiſſe, nedum oleum & operam nos doleam in eo perdidiſſe, tãtum abeſt vt locularia iſta commoda reſpiciã, & eſt diuina benignitate vnde ſtudioſam ætatem tolerare poſſimus, non modo ex horto, ſed etiam e macello: ſed fac eſſe improbiorem fortunam, quid tum? ſubſidiũ rei familiaris a parſimonia non ſordida aut pudenda, ſed honeſta & liberali petemus. Hoc enim præſtabilius eſſe putamus q̃ vt fortunatorum faſtui philoſophiæ nunc alumni lenocinari ſuſtineant. Equidem ex literarum ſtudio didici philoſophiam ſuffugiũ eſſe tutiſſimum atq; amœniſſimũ inter optimam conſcientiam deſtitutis & iniquiſſimam fortunã. Habet enim habet inquam illa tolerãtiam æquanimitate conditam pro anodyno calamitatum. Hic amor, hæc amœna nobis manſio, hoc ſtudium iucundiſſimum. Q̃ prudenter a nobis ſuſceptum nunc non diſputo, quando iſtis lucripetis approbare id nequeo, conſtanter quidem certe & obnixe retentum: mirum vero(vt nunc ex æquo tecum procul ab arbitris & familiariter agam)niſi tu aliquo ambitionis illicio captus es, qui hoc mihi conſilium ſerum & indecorum afferas, q̃q̃ aliud fert fortaſſe vitæ tuæ ratio, quæ in celebritate ſummorũ virorum verſans, & oſtẽtationi neceſſario ſubſeruiẽs, libera prorſus eſſe & intacta ab ambitione non poteſt: ad quam alioquin quoq; proclíuũ eſſe te animaduertiſſe videor, natura magis q̃ iudicio. quare mea quidem cauſa licet de hoc negocio in vtranq;(vt aiunt)vt conquieſcas, facilior autẽ hac de re ratio eſt cum iis qui doctrinã & literarũ peritiã quæſtui paſſim habendã eſſe cenſent: nam ego a ſtudio philoſophiæ honorariũ fortaſſe eſſe petendum, non idem operæprecium duco, ſi tamen ipſa per ſeſe non ſatis putatur eſſe. Eſt enim eſt huiuſcemodi philoſophia, multa vt in ea plerunq; deſiderentur, ſed pauca flagitentur. In quo vitæ inſtituto, minimo iure fortunæ bona noſtra poſſidemus, & deceſſionis diẽ ceſſiſſe e prouincia a deo nobis iniuncta nunq̃ non exiſtimamus: æquitas autẽ animi & mens pau

Hortamẽta ſũt celeuſma ta nautarũ a ſymphoniacis cantorum ſolita.

Vectores ſũt priuati & populares q̃ officia in naui regenda non obeunt,

Aeoli in aula.

Aedes Saturni ærariũ erat Romę, quare hic metaphorice ꝓ lucro & ſtipendio publico accipitur.

Anodyna medicamẽta quę doloris ſenium aufe runt.

cis contenta, reliquiq; affectus animi comites philosophiæ, in quo alio vitę genere æque inueniuntur? super omnia est obfirmata semper ratio aduersus supremam necessitatem, animiq; præsentia excubans ad obeundum æquanimiter vadimonium mortis. Philosophiam semper vocamus non vanam, nō tumidam, non disputationibus rerum naturalium elatam commentatricem, non mantica & squallore insignem, ac sese populo venditantem: sed sapientiæ illum amorem quem Græci Vranoscopum dicunt, quasi in cœlum semper arrectum. Earum rerum indagatorem, quæ non persuasione gentiū a maioribus tradita, non commentis & speculaminibus humanarum mentium constant, sed quæ elogiis diuinis, & oraculis testata sunt, humanum captum excedentibus. Vt autem qui peregre proficiscuntur, quum ad vrbes aliquas sermonē hominum celebratas venerunt, eos quos appellāt Xenagogos adhibent, qui eos ad loca vrbium earum memorabilia deducant, resq; visendas cuiusque loci demonstrent, quo modo hodie Venetiis vrbe in clyta factitari videmus (quotus enim quisq; id non facit eorum peregrinorum qui cognitionis cupidi succisiuas horas rebus agendis detrahunt?) sic homines in hac vita peregrinanteis studio literarum vti decet quasi quodā Xenagogo: si iis quidem ipsi natalibus orti sint, aut alias idonei qui eas res visant & speculentur, quæ cognitu q̄ maxime dignæ existimantur. Q̄q̄ huiusmodi institutio quam antiqui liberalem ideo appellauerunt q; & ciues ciuiliores, & homines humaniores facit, ad vitam istam valet quasi per egre transigendam hilarius & commodius: philosophia autem illa sublimi peta (quam ob id docti & pii viri Vranophronem vocauerunt) non modo Xenagogos, sed etiam eo amplius Psychagogos Christianis esse solet: eius enim studium animas a cogitatione rerum sub sensum cadentium concretarumq; abductas, ad sublimium & cælestium rerum speculationem sub uehit, mirificisq; eius studii illectamentis eo tandem perducit, quo animæ suapte natura & conditione vergunt. Hoc vnum studium soli deo se probat. Nec vt alia studia literarum populo se venditat. Agedum Franciscе compone nunc cum hac tranquillitate vitæ aulicam turbulentiam, istorūq; beatorum obnoxiam obseruantiam, ad quam tu me hortaris: & aude quanuis argutus & disertus vnum vltra verbum addere. Iamprimum (quando quidem tu mihi, vt dicitur, bilem concalefecisti) in illa conuenarum ciuitate vel apolidum potius qui sine lare, sine sedibus viuunt: quonam tādem pacto recte vita institui potest? nisi vero compoti rite penates possunt, & vitę ratio recte atq; ordine in eo loco constitui, vbi colluuies ambitionis, cupiditatis, simulatiōis, impostura, curiositatis delatoriæ, fraudis veteratoriæ, inuidiæ fascinatoriæ, superbiæ titanicæ, fastus deniq; & impotentissimæ insolentię diuersoriū habet, & commune cōuenticulum, vbi nunq̄ supremis curis locus est, nunq̄ rebus vltimis cōsulere vacat, in æternūq; prospicere. Visendus vero cōuentus, in quo stropharum opifices, noxiarū rerum (vt vocantur) spintriæ, nec dicēdi censendiq; artifices, nec iusti iniustiq; prudētes, primas sæpe & secundas summa indignitate ferunt. Hic est enim aulicarū rerū status, aut certe fuit memoria nostra, vt est opinio cōstans inter prudētiores q quādiu futurus sit, in manu est prouidētię. Ecqs est autē honestatis

Philosophia propriè appellata.
Vranoscopi amor sapientiæ.
Memorabilis locus.
Xenagogi.
Liberales artes cur dictæ sint.
Philosophia Vranophrō Psychagogosq;.
Vranophron dicitur nihil nisi cœleste meditans.
Psychagogos quasi deductor animæ dicitur, significat etiā flexanimū. fuit etiā olim epithetum Mercurii animas ad inferos deducentis.
Xenagogus est peregrinorū deductor.
Conuenæ & Apolides in aula.
Apolides nullius ciuitatis sunt.
Elogium vitę aulicę.

amans & compositæ vitæ,qui non modo sine molestia,sed etiam sine rubore possit in eo comitatu videri,in quo omniũ sententiis iri moris est in potentiorum laudem dignorum iuxta indignorumq; in quo rumorũ aucupes, criminum consarcinatores,auræ temerariæ captatores, assentãdi artifices, blanditiarum magis q̃ eloquentiæ gnari,in omnẽ obsequendi necessitatem sese industriamq; suam potentiæ venditantes,diuini cultus vel nescii,vel negligentes:hominum viuentium inter dios relatores officiosi & comes atq; etiam elegantes acresq; esse dicuntur?Veritatis autem tenaces, curã honestatis atq; integritatis antiquissimam habentes liberalioris institutionis retinentes,pudori in primis consulendum esse atq; existimationi ducentes, aut rustici aut tardi aut socordes iudicantur?Quis enim aut edictorum cœlestium prudens,aut interdictorum metuens non prorsus ineptire inter aulicos semper visus est,aut etiam delirare?quare in eo licentiæ & erroris gurgite demersi,nec in cœlum postea suspiciunt,nec vnquã inde ita existunt vt emersisse videantur.id quod clarissimis quotidie exemplis innotescit. Prorsus quidem(inquit ille)si ita in ambitum & fastum sese ingurgitarint, vt regressus ipsis ad vitam ciuilem postea liber non sit, aut sui oblíti sint:cuiusmodi nonnullos helluones honoris & pecuniæ nouimus, quorum hians perditaq; cupiditas quærendo intenditur. At vero liberaliter homines instituti,& literarum studio perpoliti,certos cuiusq; rei numeros esse sciunt,intra quos tantum moueri modestia dictante didicerunt. Tibi vero Guliel me eo facilius ansam cupiditatis, atq; ambitionis porrigo , q̃ te in re fere nulla immodicũ animaduerti præterq̃ in literarũ studio,a quo nec rei vnq̃ familiaris iactura reuocari, nec valetudinis incommodę tedio potuisti. Vidi enim te & misertus sum annos plus septem ita infirma valetudine,vt velut dioscuri alternis viuus mortuusq; viderere. Itaq; libentius te in eũ(vt ita dicam)campũ immitto,in quo te longius latiusq; nõ expatiaturũ scio. Idq; maxime vt istam Philologiã amicam tuam & sedulam contubernalem crimine magno liberes.Scio enim medicos amicosq; mulctam sæpe tibi capitalem interminatos,nisi eius amore(vt prope dixerim) insano interdiceres tibi primo quoq; tempore,qui te lenta tabe exugere exesseq; compertus est.Quandiu enim quæso hanc fœminæ mihi affinis & dilectæ pellicem in thalamo & geniali interdum lecto retines?Quã vsqueadeo deperire videris o coniugum omnium virorumq; ingratissime atq; inuenustissime , vt non vxoris blanditiis,non suauiis eam vnquã posthabueris:etsi tot te illa pignoribus perq̃ tibi charis vinctum tenet & obstrictum,quippe quæ bis triũ te liberorum iure decẽnio reddiderit & auctum & ornatum, cum etiam alioqui tibi sit e sententia.Illi vero tibi sæpe commentanti aures obtundunt iucundo quiritatu,vnica cum sorore lusitantes , puerilíterq; supplosítantes tripudio quodam veluti solistimo. Quid si igitur (inquam) moderationis frenos in illa vitę licentia momorderim,atq; inter indomitos illos hominũ affectus,philosophiæ iugũ proterue excussérim,num tu præsto eris auriga cũ voles qui mihi moderere?sed fac me tecũ sentire,& in hac re quoq; auctore te,vt in pleriscq; aliis,vti velleq fieri tandẽ id posse putas,vt qui moribus municipalibus non modo imbutus est,sed etiã in iis ita callũ obduxit,adeo

Crimina aulici conuentus.

Dioscuri Castor & Pollux.

contraxit habitum plane vt fingi denuo aut reformari non possit. Quinetiã vt in prouerbio est vernaculo, lã maduit & cõtractus est: is vt ad aulicos ritus nunc afformare sese aut certe assimulare ementiriq; aulicum hominem possit? Hoc enim perinde esse puto, atq; si me natura verecundũ, iubeas exuto statim pudore frontem acriter perfricare ad summam impudentiã. quod quemadmodum tueri possis, ipse certe non video, præsertim qui me a teneris (quod aiunt) vnguiculis noueris. Verum esto, frontem quoquo modo perfricare potero, etiam ne sermonẽ ita affingere, vt fronti iam duriori sermo quoq; adulterinus commentitiusq; subseruiat? Hæc aliis q̃ prona sint nescio, mihi certe habitus illos gestusq; & flexus corporis sermonisq; non tenẽti, nec alioquin etiam gnaro figuratę istius aulicæq; vrbanitatis, si quã do inter illos Logodædalos loquor aut flexiloquos, identidem solœcismũ admittere contingit, etiam si lepidus esse aut disertus loquitando mediter. non enim numeros assequi possum aulicæ istius elegantiæ, quæ suam quandam palæstram habet anniuersaria mutatione menstruaq; euariantem: sine cuius peritia moueri, aut proloqui nemo non inconcinne potest risumq; (vt opinor) in circulis ciere. Iam vero vestem illam ancipitem aulico vtiq; homini penula magis necessariam, an tu habilem esse censes philosophiæ alumnis? quid? cothurnis illis aulicis quemadmodũ pares esse possumus? Theramenes illos a te intelligi volo, qui ita temperare officia, ita iura amicitiæ interpretari nouerunt, vt inter simultates exercenteis ipsi vtrinq; gratiam summam ineant, quum neutris plenum germanumq; officium exhibeant. Hæc & alia permulta eius institutionis documenta quum nec tenere satis possim, ingenii fortasse refractariolí vitio, nec in ore sedeant Romanę affecto mancipatoq; facundiæ, per me licet vt alii natura sciti & elegantes, illustreis se & beatos faciant in vita tenebricosa. me vero lubentem curia illa nunq̃ tenebit, quum etiam si maxime cupiam, ne longo quidem vsu suum facere & perpetuum possit. Quin & vt imperare mihi possim istos fortis fortunæ conciliatores colere, stipare, & eorum fastidia perpeti (neq; enim aut turpe esse credo eos homines obseruare quibus apud principem gratia flagrare splendereq; contigit, si non eosdem ad populum & ordines infamia atq; inuidia flagrare videamus: nec ita me hebeti ingenio esse puto, vt non id efficiam, si velim, quod omnibus obuium est & pronum) vt igitur istos beatores hominum liberali quadam obseruantia prosequi possim, non tamen eorum riualis esse velim, vt eam quoq; vitam adamem quam ipsi consertis (vt dicitur) manibus amplexantur: siquidem vt est hodie & plerunq; aulicarum rerum status & facies, vix tertius quisq; hominum rationem habere futuræ vitæ atq; æternæ videtur. Vsqueadeo væsanus ille amor honorum & diuitiarũ, excordes homines immemoresq; reddit. Prorsus certe (inquit ille) si quidem est nimius. tibi enim hac de re assentior, vt meministi sępe me tecum disputare solitum: etenim cum in corde hominis religioni nostræ auspicato initiati persidere amor rerum diuinarum debeat, atq; etiam deus ipsæ humanæ animę sponsus, quasi in thalamo sic in corde cum pacta sibi anima acquiescere (hoc enim poscit Christiani hominis sacramentum in prima lustratione susceptum) is certe cor habere non videtur, qui mentẽ

Cothurnus vtriq; pedi aptus est ob id ad hominẽ transfertur q se ancipitem inter duas factiones præbet: quo nomine Theramenes Athenięsis dictus est, propter eãdẽ causam. Theramenes aulici qui & cothurni dicuntu

Curia aulica excordes homines facit.

ad captum rerum cœleſtium natam,ac dei conſortium,ad commoda fortunæ & externa ita tranſfert,vt nunq̃ apud deum,ac ne apud hominẽ quidem ipſum homo eſſe videatur,id eſt ſua negocia & propria æternaq; curare,ſed alias res agere,de externis vt antiquioribus præcipue laborare.Etenim ſceleratí illí ſpíritus,Orcí emiſſarií, earum ſæpe rerũ ſequeſtres(vt videtur) atq; interuentores,quæ in aula tranſiguntur,ambitionis & cupiditatis affectibus velut vncinis cardiulcis corda hominũ etiam doctiſſimorum e ſede ſua euellũt,vt exemplis luculentis poſt memoriã tuam meamq; cognitum eſt.adiiciunt enim ſubdoli inſtinctores ſuauitatem quęrendi & voluptatẽ honores aſſequendi,cum quibus velut catapotiis,quę anodyna vocant medici,hamus ille cardiulcus,id eſt eximendo cordi aptus,nullo ſenſu voratur.At vero philoſophia vitæ inſtituendæ magiſtra cordatos homines reddit,humani etiam ipſa alioquin animi excitatrix ad virtutem capeſſendam. Iſtos autem aulicæ diſciplinæ alumnos,hamo iam vorato,& pernicie intus graſſante videmus futuri æui ſecuros malis ſuis indormire ſomnũ Epimenidis:nec anteq̃ vadante in craſtinum viatore mortis,quicquam ſummæ & vltimæ curæ animo agitare:tunc trepidos illos videas,vel verius ſtupidos diſiecta vaſa ſua velut in tumultu colligenteis: & vt ſero fortaſſe quoquo modo reſipiſcenteis,ſic nondum Adraſtiæ legis formulam intelligenteis, qua formula cauſam ipſi ad ſummum tribunal dicturi ſunt. Hæc eſt enim iuſtitiæ ſummæ ſeueritas ex bono illa quidem atq; æquo iudicans, ſed nequaq̃ ex iure gentium nato,non ex humani ſenſus placitis, non e principũ ordinum huius ſeculi reſponſis.Cuius interpretationem deus idem & homo ſacris quatuor voluminibus eorumq; appendicibus enarrauit,iis quidẽ qui aures non audiendæ tantum,ſed exaudiendæ etiam & hauriendæ æquitati ſortiti ſunt.Philoſophia vero e contemplationis ſpecula aduentantem mortem prouidens,cuius diem ceſſiſſe homini iã inde ab auſpicatu viuendi ſpirandiq; intelligit, vix vnq̃ opprimi aut occupari morte necopinata poteſt. Cõpoſitos enim penates illa ſuos ſeruãs,in procinctu ſemper excubat, quaſi nunq̃ non illo imminente tumultu quem in horam incertam prædixit is imperator,qui pro vigiliarum teſſera Herculis ærumnas militibus ſuis dedit.Ipſe enim Chriſtus verus fuit Hercules qui per vitã ærumnoſam omnia monſtra ſuperauit & edomuit.Hæc & alia huiuſcemodi philoſophię dictata mihi excidiſſe putas,qui me ineſcatum illiciis aulicorũ cauillaris? Cuius rei ſuſpicionem ita a me abeſſe velim,vt tamen hanc eſſe ſententiam meam intelligas,aulicã vitam ſapiẽti non ſtatim vt ſphingem quandã exitialiter ambagioſam præſumpta in vniuerſum atq; in omne tempus opinione fugiendã eſſe aut auerſandã:ſed eam inſtituendæ vitæ rationem vel ætate hominis,vel ſorte oblata,vel neceſſitate temporis temperari, vel commoditate debere.Atq; vt obſignatis iam literis tecum agam,qui modo philoſophiam nec inertem ad res gerendas eſſe dicebas,nec ſolifugã.nunc ipſe pedem efferre eam extra pomœria vetas, atq; adeo propemodum extra limen ædium priuatarum,videlicet quaſi ad ſolem & puluerem caligaturã, aut quaſi conuenarum illum ſermonem aſpectumq; non laturam.Vide igitur vt conſtanter hęc tibi & congruenter dixeris,mihi quidem multa ferre

Cardiulcus cor euellens.

Anodyna catapotia. Philoſophia cordatos facit.

Vadari quid ſit docuit Budæus in Annotationib⁹.

Ius gentium eſt, quod in ſenſum communẽ cadit, ex quo commercia manauerunt & impoſturę. Vigilate inqt dominus, quia neſcitis diẽ neq; horam. Chriſtus verus Hercules ait,Qui vult poſt me veníre, & reliqua.

Philosophia loco & tempore ad res gerēdas ꝑdiscere ex vmbraculis debet.

videtur ciuilis & humanioris institutionis ratio, multa temporum condi-
tio, multa ingeniū cuiusq; & captus, & naturæ dexterioris aptitudo ad hoc
ad illud genus vitæ versatilis quum res hoc familiaris postulauerit, quę o-
mnia obseruare debent (vt opinor) literarum studiosi, ne studium ipsi igna-
uum animi tantum, & voluptatis instituisse causa, non etiam ad subsidiū vi
tæ accommodasse videantur. Hoc quum Cato, cum Brutus ille Ciceroni
probatus, cum Seneca, cum alii permulti literarum eruditione præditi fa
ctitarunt, vt a studiorum secessu ad celebritatem rerum administrandarū
transirent: tum etiam publicarum hodie rerum interest magnopere: quin &
ad priuatarū imaginum claritatē, & nominis cuiusq; gentilitii illustratio-
nem id ipsum suapte vi maxime valere solet: etiam si nunc friget temporū
iniquitate, vt tu antea questus es ipse. Proinde vt Crassus orator ille nobi-
litatus elogiis Ciceronis, in eiusdē auctoris dialogis inquit, se quum hono
res antiquo more præhensandi singulorū peteret (sic enim tum ferebat am-
biendi ratio) solitum esse a se Scæuolā socerum suum iurisconsultū grauis-
simum dimittere: cum ei ita diceret se aliquantisper esse velle ineptum: sic si
olim aut propediē tempus existat quum viri doctrina eleganti perpoliti, in
ter aulicos agere honeste ac commode possint, cur non etiam libentes faci-
ant vt quod moribus ciuilibus cōuenit, pace philosophię ad aliquot annos
verecūde suscipiant, ad aliudq; institutū vitæ non migrēt, sed commeent: id
quod si fieri per occasionē oblatā bona philosophiæ venia nequit, qd causæ
est tandem quin literarum studiosi, vt caudices marcidi tantum in tenebris
fulgeāt? Enimuero Budæe, vt philosophiæ studiosi circunferre philosophiā

Lysanias comes, tristitiæ discussor

mansionatim nequeūt: sic ab literarū ipsi amore quasi quodā Lysania comi-
te nunq̄ derelinquuntur, qui molestias omneis insuetæ vitæ discutit. Pera-
ctis autem stipendiis honestæ ambitionis quæ nullo ipsa certo numero prę
finiuntur, sed alia quadam ratione modum suum sortiuntur: tum demū phi
losophia receptui canens, iterum sibi reddit homines quasiq; natalibus, sic
ingenio restituit, quos aut ambitio ciuilis aut cupiditas non improbata in
claris ingeniis, liberali seruituti, ac temporariæ mancipauerant. Qz si refra
ctaria illa vitęq; infensa philosophia viri gaudentes studiosi, inexpiabili o-

In mantica Cratetis philosophari.

dio dissidere cum ratione ciuili aulicaq; perseuerarint, quid aliud q̄ in man-
tica Cratetis (vt aiunt) extremum fati vadimonium expectare dicētur? Hęc
est mea hac de tota disputatione sententia, quam tu fusius ipse (vt opinor)
atq; eloquentius dixisses: ego censentis more & deliberantis, vt in curia sū-
ma solemus, non exornantis more dixi. Quasi vero (inquam) tu leuiter hāc
artem dicendi attigeris, in qua tibi iam par esse non possum, vt video, vt ni
si te studiū istud iuris nimiopere teneret, in quo tu matutinas horas pomeri
dianasq; collocas (nec immerito, fere enim primarii viri eo studio inclarue
runt) scribendi nobis occasionem facile prærepturus fueris. Vnus tu autem
a regno hoc condito inuentus es, qui modum in ea re tenere possis quæ
modum nullum nouit, annos & dies vt præstituas stipēdiis cupiditatis ęra
in comitatu principali merentis: & rursus cum emeritā ipsam quoquo mo-
do senseris, velut causariæ aut veteranæ missionem a ratione vt imperatri-
ce postules. Quis vero post hominum memoriam missionem ante ab aula

postulauit,q̃ vno ipse aut altero stipendio ære dirutus fuit? quasi vero ratio ambitionẽ & cupiditatem exauctorare possit, quas liberum arbitriũ sacramento ita obstrinxit vt non milites illę quidem, sed deuotę potius dici debeant. Cedo nunc vnum igitur quem vel in præcipiti canitie missionem impetrasse fateamur, nam multos numeris expunctos ipsi nouimus, qui nunc falso inter causarios voluntariosq; profitentur, periti autem rerũ nouerunt missionẽ detrectanteis exauctoratos esse, quibus illi frustra fucũ factitare nituntur. Proinde Deloine aut tu ex sententia animi non loqueris, aut parũ nosse videre naturã & pellaciam eius belluæ quam vulgus hominũ curiam perspicaciores autẽ Androsphingẽ vocitant, cuius ambages dissoluere si aulicarũ rerum homines consultissimi nequeunt (quotus enim quisq;, vt dixi, explicare semel ab eis se potuit?) quo modo temerariũ non est eam rem arbitrii nostri futurã existimare? Mitto nunc q; si eius vitæ dies atros, ac cãdidos numeres, multis partibus maiorem illorũ numerũ inuenies, etiam si eos tantum spectes qui potentiæ succesu obseruantiam omnium ad se trahunt, nedum si vnum e multis consideres, quibus anguste & incommode tentoriũ habere in castris tumultuariis illis non statiuis necesse est: in quorum manipulis similes nostri si sacramento adacti sint, centuriari solent. Atqui (inquit) sic existimo virum literarũ vere studiosum, honestatis amãtem, & dei metuẽtem, nunq̃ ita deprehensum, ita indagine quamlibet apta, nexa, arctaq; cinctum esse, quin liberũ arbitriũ a philosophia vindice hominum & assertrice commonefactum & excitatum, eas plagas (vt aiunt) ipsi summissurum sit, quibus nonnulli perdite ambitiosi circumcluso esse se fingunt, nullo interlapsu exituq; relicto. Hic etiam tu autem delicias facies, & fortuita hospitia angustaq; causabere, homo credo vitæ vagæ & peregrinæ insolens. ceu vero nesciam Italiam te & vrbem Romam non semel adiisse difficillimo tempore, partim animi causa, partim cum potestate: cũ tu liberã legationem suscepisse dicerere visendæ Italiæ gratia, quam tu admirabare tũ in ipso etiam aulæ Francicę comitatu pridem munia obiuisse. Sed rursus q; me illicio aliquo inescatum esse dicebas, qui soles omnia cõcitatius in huiuscemodi eloqui, num tandem tibi videor, aut grauitatẽ magistratus mei imminuisse, aut anteactę vitæ opinionẽ qualis est cunq; de me, cuiuis homini aut causæ aduerso rumore addixisse? Addixisti etiam me tibi esse visum ad ambitionẽ pronum, nõ tam proposito q̃ ingenio. Nam etsi ambitionem honestam claris fere ingeniis aut cognatã esse video aut agnatam, gestientis tamen ambitionis culpam, quam turpẽ semper esse censui, haud libẽter agnoscã: & tamẽ ioculari hac tua reprehẽsione admonitus, vereor ne quid imprudẽs in ea re admiserim, vt est humana cõditio, aut ex statu tu constantiæ & grauitatis alicubi excidérim, vt imminuisse aut maiestatẽ aut dignitatẽ huius magistratus atq; ordinis videar. Amabo te mi Budæe si quid in me tale animaduertisti, obiurgato me strenue, ac pro ea amicitia quã iam tot annos colim⁹. nosti em̃ me nihil vnq̃ antiquius bonorũ & grauiũ existimatione habuisse dũtaxat secũdũ rectã cõscientiã, cuius deus vn⁹ & solus explorator est. Cũ autẽ iudiciũ tuũ nũq̃ aspernatus sim: tũ vero maxime itelligo tibi me notũ esse, vtpote cui i vsu familiarissimo indicare me

Contra aulicos qui rationem & honestatem receptui canentẽ non audiut.

Androsphix

Agnatũ est quod post natum est.

Locus animaduertēdꝰ.

q̄ ſimpliciſſime ſoleam.ſimul illud memini ſępe te mecum ita eſſe collocutum,nihil vt cōmodius eſſe poſſe diceres viro in magiſtratu conſtituto,ad magnosq; honores aſpirāti,q̄ ſi amicū ſibi vnū delectū ac probatū, adhiberet caſtigatorē,aut certe emiſſariū & ſubauſcultatorē,qui ad ſe velut iure ſuo referret cuiuſmodi eſſet populi de moribus eius actibuſq; iudiciū: quæ actio eius motuſq; cuneorum plauſum frigusve, quæ aduerſum rumorem ordinum,quæ bonorum & grauium calculum mereri videretur: ſic enim futurum eſſe vt iure improbari non poſſet qui omnium prope arbitratu ſe emendauiſſet. Hoc autem cum pauci animaduerterent, hactenus factū eſſe:vt egregii ſæpe viri ſummos ſtatim honores adepti,ad populum (vt dicitur) & ordines offenderent,ſuarum ſcilicet ipſi inconcinnitatum ignari,quæ per ora tot hominum magno ſtrepitu peruulgantur. Quod vero ad me attinet:vt ambitionis ſuſpitione vindicare me nō admodum laboro: ſic hoc deprecari peruelim,ne me cupiditas tranſuerſum egiſſe: aut extra numeros probitatis & honeſtatis extuliſſe videatur. Nec em̄ mei obliuiſci ipſe poſſum,nec perſonæ quam mihi cum literarum ſtudium flagrantiſſimum,tum vero collegium grauiſſimum ampliſſimumq; impoſuit,in quod non pœnitendis (vt opinor) auſpiciis ipſe adoptatus ſum. Sed quid ego hæc tecum nequicq̄? qui me propemodū ab incunabulis & crepundiis noſtī,& cui me iam tot annos explorandum bona fide ad manumq; aſpiciendum præbui? vt notiores animi mei ſenſus omnes ei ſacerdoti eſſe nō poſſint quem a confeſſionibus religioſis habeo,q̄ tibi Budæe mens mea pernotuit.Ibi tum ego renidens,Equidem (inquam) Deloine videor te non leuiter cōmouiſſe:cuius rei indices ſunt malæ iſtę tuę pleniores inſolito rubore ſuffuſæ:id quod niſi vt facerem in mentem mihi veniſſet, nūq̄ iſti facūdiæ vtiq; par eſſe potuiſſem.Etem̄ quis tibi hoc cōcedat:vt mihi te ſemper Scæuolā & quū voles etiā vt ſubinde Craſſum prębeas? Vt em̄ ſi quid in foro tuo poſſim (tuū autem voco in quo primaria eſſe auctoritate te dicunt homines doctiſſimi) ſed vt ſiquid ad intelligētiā enarrationēq; iuris veſtri ciuilis cōminiſci aliquando & afferre in medium poſſim,quod ex ea penu prompſerim quæ vobis iuriſprudentibus vſualis eſſe non ſolet (cuiulmodi nōnulla in Annotationibus noſtris ſcripſimus in Pādectas editis, & iterū fortaſſe ſcribemus,ſiquādo eo animū retulerimus) id totū iudicio tuo tuiq; ſimiliū ſubmitto:ſic te viciſſim decebat amicitię ſaltem iure doctrinę mihi faſces in ea re ſummitere,qua in re non ętatulā quidem (quod vehementer doleo) ſed ętatis bonā partem te ſtimulante contriui,etiam ſi vi maiore ingenii tu in eadē ipſa re nos ſuperare videare: quippe ius hoc poſcere amicitię noſtī vt inter diſſerēdū ſimulata interim & affectata vel infantia vel inſcitia,ab amico vinci te patiare:cum ſi nihil de cōtentione remittas,poſſis animū eius ęgritudine nō leuiter ſautiare.Itaq; quādo te nihil mihi (vt videbam) condonaturū vincere alia ratione non poterā, non inuitus ipſe feci vt acriore altercandi velitatione te e ſtatu peruicacis facūdię depellerem:quæ copioſius ipſa mihi ſemper videtur atq; compoſitius verba vobis iuriſcōſultis non vſitata fundere,q̄ vt e libris tantum iuris hauſtā eſſe quis eam credat. Q̄q̄ haud admodū lubens facio vt eam tibi facultatē tantam concedā

Offēdere ad populum Ciceroni eſt nō populariter agere,nec populi plauſū mereri.

homini in aliis studiis occupatissimo, quã omniũ difficillime artium cõpa rari contendere tecum soleo. Sed enim id pene muto quod nuper de te affir mauerã. Ambitiosum esse te natura dicebã, non proposito, nunc natura ab ambitione abhorrere te vel verius ab ambitu dico, nõ item fortasse propo sito. Nemo est enim omniũ quos noui ingenio & doctrina prędítos, qui mi nus te prehensare homines, aut colere potentes, & omnino numeros imple re ambitus iusti atq; efficacis aptus sit: siquidem oportet eos qui hoc scite facere volũt quo iure quaq; iniuria morigeros se spondere postulantibus, ad festiuosq; vultus semper esse fictos & cõpositos, etiam si probi viri esse animo obfirmauerint. Alioquin frustrari nemo potest aut deuorare mole stiam adeuntiũ, æqua, iniqua, expedita, perplexa improbe postulantiũ, quo rum in odium & iurgium etiã incidas necesse est, quasiq; in campo & inter comitia offendas atq; impingas, si quid æqui boniq; nõ obsequiose dixeris. Ita qui ritus eius disciplinę tenere velit, hũc necesse est duplicẽ quam vo cant philosophiam & ancipitem nosse, vt exotericus ipse sit & esotericus, nec idẽ intestinus homo sit & externus. Sermo tãtũ speciosus & vrbanus, ac vultus blandus & festiuus inter se non discrepent. Ad hanc autẽ disci plinã & alias quas homines ambituros percallere oportet, cũ parũ te do cilem semper animaduerterim, miror cur tibi in mẽtem venerit Aristippi meminisse, quem omnis (vt inquis ipse) decuit status & color & res: quasi versabile mihi sit, & tibi cum voles futurũ sit ad ista ingeniũ. Quo modo autẽ tu non ineptã sentẽtiã hãc tueris cõtra tuũ institutũ, qui quũ nõ ig nores illic hominũ iudicia atq; etiã proposita fere esse corruptissima: eis ta men suadeas in eo conuẽtu esse viuendũ qui in simplicitate & candore mo rũ spes omnes suas repositas habeãt? Neq; enim mihi ludibũdi sunt oculi, quibus in occursu & in circulis isti venusti gratiosi esse didicerunt. nec lepores illos vrbanitatis aulicę noui, quibus pro illecebris logodædali ad aucupandã famã scitę comitatis & emerendã vtũtur. Quũ ille rursus ser monẽ excepisset, egoq; nõ defuturus sententię meę mihi viderer, amicoq; in eo non cessurus: ecce tibi nũcius regię mortis qui disputationẽ nostrã ab rupit consternatione subita. Post aliquot autẽ dies cũ eũ domi offendissem ociosum (interuisere enim sępe inuicẽ solebamus) cõtinuo vt assedimus, Ecquid (inquit) Budęe aliud tibi in mentẽ venit de disputatione nostra? an in sententia permanes? Vides emi triduo eã mutationẽ rerũ factã, vt iam alius omnino sensus publicę mentis existat, diuersiq; mores esse inoliturí putẽtur, vt fere omnia circũagit & plurima inuertit regni noui exortus. Certe vox famę publicę iucundissima ad aures omniũ ferme ordinũ venit natali huius regni. Atqui eo (inquã) pene euasimus, vt nõ facundia tantũ tibi huius disputationis palmã, sed etiã rerũ euentus fortasse daturus sit. nam si festis huius principatus auspiciis rerũ gerendarũ progressus respõ derit: erit vtiq; cur virtus & doctrina exeãt ex vmbraculis, & ferre solem, vt dicitur, puluerẽq; non renuãt. Id adeo licet ex pręteriti & pręsentis tẽpo ris contẽtione æstimare. Quũ enim ante orba respublica summis magistra tibus esset, maximaq; munia partim vicariis operis obirẽtur, partim omni no nõ obirentur, primũ nihil nec recte satis nec ordine (id quod necesse

Alludit ad exotericam disciplinã & acroamaticã cuius memi nit Cicero in quinto de Finibus, & Gel. lib. vn deuicesimo.

erat euenire) fiebat, deinde velut abdicatis vel abrogatis magistratibus informis ac destituta Resp. iniuriis intestinis externisq; expolita & obuia iacebat. Cuius indignitatis causam nũc magnopere non inquiro. id tantũ dicã quod fama circũfert, in duas ipsa sententias diuisa. partim hominũ cul pã a vertice ipso arcessebãt, qui bona magis volũtate, q̃ strenua & cordata solertia fuisse a multis existimatur. Partim ad actores ipsos rerũ dispẽsato resq; copiarum summũ crimen referebant, qui hebetes iam oculos domini non verentes, nec ab auribus eius magnopere metuentes, quas obfirmatæ obaudientiæ cera obstructas esse cõfidebãt, in libera administratione summæ rerum remissi fuisse dicuntur, & in tumultu securi (sic enim homines tum sobrii loquebantur) aut nimiũ sese in arduis consulentes, vt prudentes dictitabant. Commune autem vtriusq; crimen ab hominũ sermone illud erat, q; orbę rerum summæ tutores vt suspecti postulari non poterãt, cum honorarii ex diadematico genere adhibiti nulli essent, qui custodes saltem administrantium in speciem esse viderẽtur. Ex qua rerum deformitate (vt parcissime loquar) secuta est ea Francici nominis suggillatio, quę sine insigni mutatione rerum discuti non poterat. Affuit igitur precibus nõ publicis, sed populi dũtaxat, vt speramus, tutelare numen Franciæ, quũ Calẽdis Ianuariis Rex socer fato functus Francisco nobis Regem æquo animo reliquit, vt filiam quoq; suã Reginam relinqueret. Prò superi immortales, quid hic primũ, quid postremũ exequar. Iampridẽ Calendæ Ianuariæ quid non pollicerí ad instaurandam rei Francicæ formam ac dignitatẽ videntur? quo die strenæ vice aurea (vt antiquo verbo loquar) fortuna ad eum regem transiuit, qui & corpore & animo implere vices summi imperatoris possit, vt si quis vnq̃ maiorum. Deinde nominis eius omen nonne certam spem præmonstrat illustrandæ gloriæ nostræ, cum a condito hoc imperio Franci nunc primũ de suo vocabulo denominatum habere regem cœperint? Iam vero manus illę cinctrices summorum magistratuũ: nonne militum mẽtes afflictas insolita ignominia, humiq; propemodũ serpentes ordinũ omniũ animos triduo ita erexerunt, vt altiores etiam pristinis spiritus excitarint? prorsus vt magnificum quoddam atq; amplum huius regni principiũ fuerit hoc maxime nomine. Nullum enim auspicacius esse poterat (vt quidem est hominũ iudicium) q̃ vt pacis belliq; artes, longo summorum magistratuũ interregno consopitæ, statim velut e somno diuturno expergiscerentur. Quare Cancellario primo quoq; tempore dicto, viro eximiæ doctrinæ & industriæ, cum in purpura summa probatæ, tum alias principi ipsi spectatę & cognitæ: quid aliud q̃ veluti iustitium diuturnũ solutũ esse visum est? Est enim ille magistratus inter togatos summus. cuius domus (quod Nomophylaciũ dicitur verbo prisco) iuris custodia, legum ac constitutionũ præsidium, oppressorum asylum, flagitiosorum scopulus, æquitatis officina, ara supplicum, & iure summo lapsorũ adminiculum esse debet. Atqui (inquit ille) cum de eo magistratu in Annotationibus tuis loquerere, originẽq; eius a Minois tempore repeteres, nullis prope finibus munia eius circũscripsisti, quasi vnus ille honor ad se summã omniũ rerum munerũq; traheret, cum principis vires propemodũ

Franciscus Cal. Ianuar. Rex appellat

Cancellarius Franciæ.

Nomophylacium.

impleret,præsertim vt est hodie ratio gerendi eius honoris.nunc vt video partes eius magistratus tanq̃ Nomophylacis tantum exequeris,quasiq; antistitis cuiusdam æqui & boni & viuæ legis indulgentiæ, cuius interpretationem a benignitate principali postulaturi, nomophylacium velut oraculum quoddam clementiæ principalis supplíciter adeũt. quem magistratum q̃diu desiderauimus,tãdiu æqui boniq; oraculũ obmutuisse creditur. quod nunc quũ luculento aditu princeps patefecerit,& alias quoq; partes inaneis in Rep.constituenda repleuerit,vtiq; imperium iuri & legibus, & dignitatem suam imperio,& regnum deniq; ipsum sibi restituisse dicetur. Si tum prouidentiæ expectationi nostræ subscripserit, sed perge porro. Omnia enim hæc quæ nunc dicis,in causam meam vertam, quasi non tibi aqua sed mihi iam soli fluat. Quid mea refert? inquam,quum iamiam tibi herbam porrecturus sim,quod ad controuersiam quidem ipsam,non quod ad me pertinet. iuuat etiam me victum a te in publica lętitia fateri. ita te superiorem fecit non tua tm̃ facundia aut mea mala causa,sed euentus felicior. cuius vtinam expectatio ita nobis satisfaciat, ne tibi rursum huius rei quã coniectura iudicauimus, controuersiam olim ipse referre possim. Equidem (inquit) non video Budęe quid vltra causaturus sis, omnia nunc vides ex sententia animi tui contigisse. Cancellarius is est factus quem tu maxime exoptabas, non tua magis causa q̃ omniũ qui in literarum studiũ spes suas cõtulisset.Is est Antonius a Prato,vir non modo literarũ amore captus: sed etiam literarum amãtissimus,qui cum doctis in vniuersum & ingeniosis nimirum fautorem se præbebit,& apud hũc nostrũ Augustum alterum Mœcenatem,tum vero proprius & æternus tibi erit suffragator, vtpote qui iãdiu (vt nosti) omnia tua causa cupiat. id quod & si tibi auditum compertumq; esse nõ dubito: ipse tamen tibi fidem facere vberiorem debeo,quicum ille pridem dudumq; familiarius sermonem his de rebus fectitauit. de quo hoc tibi tãtũ dicam,quoniam parcus esse soleo (vt nosti) in laudibus hominũ viuentium.Hunc (nisi fallor) habebis imitatorem & (quod maius est) æmulum Guidonis a Rupeforti,summi illius viri cuius tu memoriam (vt arbitror) illustrissimã apud posteros reddes clarissimo aliquo elogio,vt quidem te semper affici erga illius manes video, siquãdo in sermone mentio eius incidit.Prorsus (inquam) recte opinaris, si quidẽ ipse aliquid possim dicendi facultate. neq; enim est aut fuit vnq̃ hominum quisq̃ cui secundum parentes plus me debere existimarem,etiam si nihil est aut fuit quod ei acceptum referre possem. vt qui eo tempore mortuus sit quo mihi absenti & propemodum inuito optime cupere ac magnifice cœperat.Ita fortuna cui nihil adhuc pręter ocium literarium debeo,obstitit ne illius beneficia calendarium meũ implerent vel augerent. tu enim nosti frustra me ab eo nunciis & literis eius chirographis accersitum, cum ego quidem valetudinem tum mihi incommodissimam excusarem, ille autem existimaret per detrectationem valetudinarium me esse & falso causariũ,& iterum me admonens ægre ferret ignauo me literarũ studio animũ maioris fortunæ despondisse.Eo me ille maxime nomine increpitans (o virum summa laude dignũ) q̃ eam ignominiæ notam & literis & suo tempori

Antonius a Prato Cãcellarius.

Guido a Rũ peforti.

inurerem, quasi docti homines neglecti tum viderentur & abiecti, cũ tamen eo tempore nulla arte homines memorabili prędíti, opima interdũ decora, opinione doctrinę temeraria ferrẽt. Gratum est autẽ mihi ꝙ eius viri nũc memoriam refricas nunq̃ non viris bonis iucundissimam, cuius vtinam tã vere imitatorem hunc Antonium spoponderis, q̃ ego libenter hanc stipulationem ab eodem ipso fecerim si liceat. ad quod etiam eũ suapte sponte animatũ esse fama est. id quidem certe decet. In vtroq; enim eorũ ingenii ac fortunę partes ita æquæ fuerunt. vt vtri plus debuerit ille, hic nunc debeat, vix constituere possis. Ille summo magistratu honorificentissime delato non petenti, accersitus, statim eo euasit vnde altius subuehi non poterat: hic nihil nõ facile & scansim assecutus est, quo togę prętextæ aspirare ius fuerit. verũ ille pręstantissimi ingenii ornamentis instructus, & fortunę adminiculis erectus, quũ fato concessisset, memoriam sui magistratus clarissimã reliquit atq; testatissimam: Hic eandẽ sortem adeptus, quid in extremo eodẽq; summo vitę actu sit gesturus, quod fastigium laudis anteactis vitę partibus additurus, adhuc in expectatione est. Quare (quod est in prouerbio prisco) hic magistratuũ vertex qualis sit ipse vir mox ostẽderit. Nunc quoniã tu tantopere me vrges, causam haud dico quin doctrinæ & virtuti ex secessu prodeũdũ sit, & generosa ambitione documentum sui dandũ, vel in atrio regiæ vel in aula interiore, si pateant eis aditus: nõ etiã si inter miscellaneam turbam possint quouis modo irrũpere aut arrepere. Hoc tamẽ exigã vt doceas cęteris in partibus rẽpublicã ita esse cõstitutã, vt illis velut matronis quibusdã pudicis & honestis, tuto & sine pudoris suggillatione sese proferre liceat in publicũ. Scilicet (inquit) ab armatis istis metuis: qui nescio qua fama excitati primas & secundas parteis suas hoc rege sperant fore. Ego autem accinctos viros ita rerũ potituros arbitror, si non plus armis q̃ consilio tribuãt. cuius rei argumentum duco ab ipso loricatorũ vertice, quem omniũ votis expetitum princeps rei summę militari prępecit. Nempe ducẽ (inquã) Borbonianum dicis? Illum ipsum (inquit) superi boni quem virum, quantum principem, q̃ maguũ futurũ ductorẽ si numini diuino (vt speramus) res Franciæ cordi fuerint. Atqui (inquam) memini quum auspicando regno princeps Cancellario statim creato, hunc Magistrum equitum absentem tum dixisset, vt votis hominũ & famę flagitanti satisfaceret: quanta omniũ lętitia, q̃ certa spes, q̃q; magnifica expectatio per omne genus hominũ excitata sit. Quis enĩ rei summæ constitutionem non speraret, qui censuram militarem Magistratũ desitum & pene obliteratum reuocatã videret? Deinde cuius prudentię fuit, q̃ rectę voluntatis, regem vt primo quoq; tempore, sic non tumultuarie, non propere, eum ducem ense quidẽ illum Dictatorio verũ illi hęreditario cingere: quem claris documentis cognitum, fama iãdudum auguratrix, & prærogatiua vota omnium ordinum designauerant? Magnum erat per se cẽsuram armorum, quasiq; regimen restituisse morum militarium. Nomen enim ipsum eius honoris multũ habet reuerentię ad disciplinã rei militaris vtcũq; retinẽdam. sed maius multo fuit ei duci iniungere qui generis splẽdore augustus, moribus generosis insuper venerãdus, belli pacisq;

Dux Borbonianus magister equitũ

artibus æque pollens, in prætexta, in paludamẽto víſendus, in conſeſſu, in procinctu cordatus, domi & militiæ, in vrbe & ſub ſignis gratioſus, Martis (vt ita dicam) & Palladis ſuffragia tuliſſe videbatur. Atque equidem Deloine nunc in memoriam mihi venit eius temporis quod hiſce annis vidimus, quũ tu rebus afflictis mœſtus, tanq̃ præſciſcente animo díceres, te viam primam ſalutis videre, ſi dux Borboníanus ſummæ rei militaris admoueretur. Nam quũ auctoritas multum, tum morum maieſtas plurimũ in ductoribus exercituum valent, quibus hic dono quodam Palladis prędítus eſt. eum vero omneis virtutes habere dictitabas huius regni tutelares aut certe prę ſe ferre. Quas eſſe, pietatem in primis aiebas & religionis reuerentiam, prudentiam, continentiam, liberalitatem, magnanimitatem, & conſulendi peritos prudẽtesq; ſolertiam, quæ regum maximorumq; ducum ſumma laus ſemper fuit. addebas ſeuerum ſimul & clęmentem eſſe, eo temperamento vt nunq̃ iracundus niſi in animaduertendis indignitatibus aut ſceleribus videretur. & cũ firma ac decora corporis conſtitutione natura prędituſ eſſet, ad naturæ commoda acceſſiſſe educationis diſciplinam dicebas ſub ſocru fœmina cordatiſſima, quæ numeros omneis memoriter teneret inſtituendorum principum: quippe quæ regis filia eadem & ſoror regnum olim ſecundo rumore adminiſtraſſet. Itaq; quum eum regem habeamus, qui cum ſpecimen ſui tum alias tum in decurſione militari, & ſimulacro ſplendidiſſimo pugnæ iuſtę factitauiſſet, ad regnum ſtatim aſſumptus eſt, & mox Magiſtrum equitum gentilem ſuum dixit: eum virum (vt vno verbo abſoluam) quem fata rebus noſtris alleuandis debebant: cuius ſi ætas maior indoli reſpõderit, ne Momus quidem Aeſopi inueniet quod in eo reprehendat, eademq; prouidentia princeps relíquas reipublicę partes conſtituturus eſſe videatur: non inuitus faciam vt in tuam tandem ſententiam tranſeam, & viris ſtudioſis etiam auctor ſim vt in ſpem accingantur capeſſendæ reipublicæ. quippe ſi ad liniamenta præſcripta ætatis florentiſſimæ princeps regni ſui curſum viridẽ peragere contẽderit, haud periculum erit ne virtus aulicę ſuperbię vt dudum mancipetur. Abſit em̃ vt hoc rege, his proceribus, his conſultis qui rerum potituri eſſe exiſtimãtur, virtus & doctrina tam turpiter in aula ſeruiẽtes cultuq; indecoro cernãtur q̃ olim Hercules in Lydia. Vidimus quam indolem futurę maieſtatis princeps in tyrocinio, id eſt nondũ Remis inauguratus oſtendit, quãto honore, quantis liberalitatibus Cæſarem (vt ita dicam) ſuum, ſororis ſuę virum, ducem optimum & regię indolis proſecutus ſit, quos viros ſummę rerum ſecundum ſe præfecerit, quanta pietate parentem olim indulgentiſſimam, nunc officioſiſſimam colere & obſeruare inſtituerit: vt ſi ad huius auſpicatus pręſcriptum vniuerſam ipſe formã principatus deliniarit, ſpondere auſim apocataſtaſim quãdam inſignem priſcę Francorum glorię extituram. Francia quidem certe tantarum rerum expectatione excitata, animos illos alacreis denuo iam ſuſtulit, quos haud ita dudum tacta de cœlo abiecerat. Exiſtimãt enim omnes ſupplicationibus populi cataractas cœli apertas eſſe, & lucem nobis reddítam. Cuius ſpei cũ omen haud aſpernandum habemus a nomine Franciſci Regis ductum: tum velut repromiſſore

Tutelares, regni virtutes.

Apocataſtaſis reſtitutio rerũ & inſtauratio periodica in priſcũ ſtatum.

deo acquiescimus: qui signis & ostentis clarissimis lętitiam nobis publicam ratam fecisse existimatur. His tam magnificis, tam regiis rerum administrandarum primordiis si hoc quoq; accesserit, vt literis & doctrinæ honos habeatur a principe & primoribus, haud scio an nihil sit quod addi ad regni amplitudinem possit. Id quidem certe fidenter affirmauerim ad posteros memorabile maxime fore, nos ex obsoleta & tristi socordiq; facie regni, nulla aut diurna certe tm̃ temporis intercapedine in magnificentissimam regni speciem atq; alacerrimam transiuisse, vnãq; tantũ noctem cõfinium fuisse sceptrorum squallentium atq; nitidissimorum. vsqueadeo numen aliquod benignũ repente nos circũegit, velut theatro quodam versatili: quod vtinam benignitate diuina fauste & feliciter regi, rectoribus, nobisq; regendis eueniat. Vidimus dudum Gallici nominis Genium antea semper cultum ac nitidum planipedis habitu in theatrum tot finitimarum gentiũ sub choragis imperitis & bona ex parte pusillis inductum. Iidem (vt spes est) videbimus propediem in cothurnum pristino altiorem excitatum. Si modo qui summam rerum tenebunt, hoc intelligere intellectumq; meminisse poterũt, Mineruæ q̃ Bellonæ numen maius ac præsentius semper ab Alexandro Magno Romanisq; ducibus existimatum esse, qui imperia ipsi maxima ac clarissima omnis æui condiderunt. Vt enim Magister equitũ dux summus, & Polemarchi creati viri decora multa militiæ meriti, quasi optiones eius allecti, bellicis in rebus speciem quandam magnificam & tanto imperio dignam prębebunt, recte atq; ordine constituentes omnia, sic in rebus pacatis consiliarios adhiberi necesse est earum rerum administrandarũ prudentes, quæ procul a classicis transiguntur, aut ipsos bellicarum rerum consultos quasi quosdam Nestores vtraq; facultate pollere, id quod fieri nequit si literatos oderint, aut spreuerint, Magno enim errore regibus olim nostris ac summæ nobilitati persuasum est, Galliæ campos naturam, Martis (vt aiunt) orchestram esse, non etiam musarum odeum voluisse, in quo regum ac ducum gesta clarissime celebrãtur. Qua de re quoniam multa in pręcedẽtibus libris diximus, non necessarium hic habeo lõgius rem prosequi. Proinde fastigium principale nihil generosius instituere, nihil augustius velle potest, q̃ vt rebus bellicis quasi in tumultu constitutis, literarum studiosos excitare q̃ plurimos contendat, partim a consiliis ei futuros, muneraq; togata ac ciuilia obituros, partim res nostras monumentis literarum illustraturos, id quod Alexander Magnus quum maxime exoptaret, vix assequi potuit. ob quod Achillem felicem identidem appellabat, cui contigisset ipsi post mortem Homerum præconem rerum suarum habere. Reges autem nostri ne Chœrilos quidem suarum rerum scriptores habuerunt, vt qui nihil existimarent literas pertinere ad memoriam sui suorumq; æternitati prodendam. qua temporum incuria factum vt res eorum gestæ & instituta patria auctorum silentio sepulta sint, vel ita memoriæ prodita vt auctores pudẽdos magnarum rerum laudare vereamur. Quam gentis nostræ ignominiam si reges & proceres satis æstimare potuissent, pæclare cum viris literatis hactenus actũ esset. Verum enimuero quando ea quę ad hunc principatum pertinent nũc

Planipes comœdia argumẽto & actione humilis, nihil splẽdoris habẽs. Cothurnus grauitatẽ ac sublimitatẽ significat. Polemarchi sũt quos marescallos vocant.

Odeum locus est choro & symphoniacis destinatus.

primum ineuntem, non tam in commendatione ac laude posita sunt q̃ in coniectura atque expectatione, sustinẽdum nobis vlterius iudiciũ ad progressum vsq; rerum magnifico iucundoq; omine incohatarum. Ne si quid secus acciderit (quod ominari nolim) aut in rebus secundis atque plausibilibus proceres mandragoram (vt fit) biberint, præpropere ipsi occacasionẽ res inexploratas laudandi admirandiq; arripuisse videamur. Quod quum dixissem, & ille annuisset, dirempto hoc colloquio sermonem aliũ quæsiuimus. Eam autem disputationem nostram simul animi causa huic operi attexendam esse duxi, simul vt monumẽtum esset æternũ (vt spero) amicitiæ nostræ. Deloinus enim & Budæus insigne par amicorum in hac vrbe existimatur esse.

Finis libri quinti & vltimi Gulielmi Budæi Parisien. a Secretis Regiis de Asse & partibus eius, diligẽter cũ reliquis & recogniti & aucti. In Typographia Ascensiana ad Calend. April. ad calculum Romanum. M.D.XXXII.

QVoniã intelleximus huius operis lectionẽ negocia multis in locis exhibere iis qui non satis exercitati in lingua Latina sũt: opępciũ me facturũ putaui, si glossemata q̃dã & scholia adnotarẽ i marginib⁹, ad subleuãdũ legẽtiũ laborẽ: id quod feciſſe mihi videor: quãtũ q̃dẽ assequi intelligẽtiã potui, niſi q⁹ trãsmittẽda quædam esſe duxi & cõiecturę relinquẽda: vt quisq⁹ pro captu exaudiret, quę plane indicari enarrariq⁹ nõ debẽt: & q⁹ sero hic mihi animus inceſſit. Nã in priorib⁹ quaternionibus q̃dã explicãda censui, nec tamen adscribẽda duxi, auctore operis (qui tum aberat) nõ cõniuẽte, quę serie chartarũ nũc tñ mutata, sed literario ordine in indice reponẽda his adecim⁹: nõ quidẽ omnia, sed quę difficiliora visa sunt. Multa eñ mihi vel prima lectione cõspicua, nõnullis sunt obscura: & quę illis euidentia mihi fortaſſis ignota: quę vtcũq⁹ se habent boni consule.

Pronaum. Pronaum, limen est & frons templi.

Cella. Cella autem interior est pars ædis sacræ in quam ingredi non cuiuis licebat.

Muſęum. Muſæum ædes est Musis sacra.

Album. Album est tabula in qua nomina iudicum in foro Romano proponebantur, qui anno quoq⁹ causas iudicaturi essent. Erant enim plures iudicum decuriæ vicibus iudicantes.

Reiicere ex albo. Reiicere ex albo significat iudicem vt suspectum & iniquũ recusare & auersari. His vsus est fol. xi. pagina postica circa finem.

Critica seueritas. Critica seueritas dicit̃ ꝓpter criticos, i. poematũ iudices, q sibi eã auctoritarẽ sumebãt vt quos visũ esset, in ordinẽ poetarũ redigerẽt vel nũero eximerẽt, & eximiũ poetã ꝓnunciarẽt. Char. xii. a fronte.

Eximere e numeris milites. Eadẽ charta a tergo vers. tertio, metaphorice dictũ est verbũ a militia tractũ. Est eñ eximere e nũeris milites, ex manipulis expũgere & reiicere, stipẽdioq⁹ priuare. licet eximere nũero aliud significet.

Ambulationes basilicanæ. Eadẽ pagina, basilicanas ãbulatiões vocat q̃ i palatio sũt ĩgẽti mẽtiẽdi licẽtia & noua cõminiscẽdi.

Statiua hĩe. Char. xiii. Statiua habere, est quod vulgo dicunt campum tenere, hoc est castra stataria metari.

Stilo exigẽ. Ibidem. Iudicem ferre est arbitrio alicuius permittere litem, verbum antiqui iuris.

Mancipes societatum. Ibidem. Stilo exigere est scribendo assequi & latine explicare.

Optiones. Ibidem. Mancipes societatum sunt magistri & capita quarũcũq⁹ factionum, metaphora sumpta a redemptoribus aut publicanis.

Minerua. Eadem charta a tergo linea quarta Optiones pro adiutoribus & subministrantibus accipiuntur, Verbum est a militia ductum, quo Plautus in Asinaria vtitur.

Astes. Ibidẽ. Linea. xxvi. Astes Minerua dĩ q̃ lateri astat, quasi socia & custos sapiẽtis.

Pręstes. Pręstes q̃ p̃cedit quasi dux. Sic pręstites dii homini nascẽti assignabant̃ ab antiqs auctorib⁹ Macrobio, Festo & Martiano.

Pręstites dii. Charta. xiiii. verſu. xv. Cercopũ. i. lucripetarũ appellatiõe ii significãtur inter aulicos qui in Reip. administratione priuatum compendium sequuntur, & publicas opes in suum lucrum vertunt. Quo nomine Quæstorũ & Præfectorũ ærarii natio significari videtur, quorum versutias & cõmenta principes & populus videntes: tamẽ intelligere nequeũt.

Cercopes. Cercopes latine lucriones appellati sunt.

Cercopum hedra. Inde vt mihi Budæus ipse indicauit Cercopon hedra κερκώπων ἕδρα apud Herodotũ in septimo, hoc est impostorum & lucripetarum sedes, & inde natum apud Græcos prouerbium.

Obnũciare. Eadẽ charta. Obnũciare & vitiũ obuenire verba sunt tracta a more comitiorũ Ro. Obnũciãtes eñ Augures. i. affirmãtes ifaustũ aliq̃d signũ e cęlo ſese obseruasse, phibebãt ne magistrat⁹ eo die crearẽt.

Vitium obuenire. Vitiũ aũt obueniſſe dicebat̃ qñ ostẽtũ aliq̃d creationẽ vitiãs apparuerat. Vtit̃ his verbis Cicero in scda Antoniana. Hic aũt metaphorice accipiũt̃. Obnũciare eñ eos intelligit, q nocere iis volẽtes quos publica fama cõmẽdat clam eis detrectãt, q̃si vitia i eis cõperit: & sic eos a bñficiis arcẽt principalib⁹.

Prętęrire. Ibidẽ etiã Prętęrire verbũ est ãtiquũ. Et p̃teriti Senatores dicebãt̃, quorũ noĩa tacebant̃ i recẽsendo Senatu. Et p̃teriti cãdidati i comitiis apd Ciceronẽ & Plinĩũ legũt̃, quoꝝ rõ i comitiis nõ habebat̃, & qui repulsã tulerãt. Hic ꝓ iis accipiũt̃ quoꝝ fama supprimit̃ ab iis q nouerũt eorũ merita & virtutẽ.

Præteriti.

Seruare de cęlo. Seruare de cęlo, ibidem verbum est augurale, sed metaphorice accipitur pro eo quod est ex sentẽtia animi sui homines probare vel improbare: obseruato diuino mandato. Hoc est rationem cęlestium rerum habere, nec affectibus inseruire, & amori vel odio obsequi.

Pręrogatiuũ suffragium. Eadem charta. xiiii. in postica pagella Prærogatiuum suffragium dicitur vt prærogatina tribus. In comitiis enim Romanis Prærogatiua tribus dicebatur, cui sorte obuenerat vt prima rogaretur, hoc est suffragium ferret. Sic prærogatiuum suffragium dicto loco dicitur eorum hominũ sententia qui primi censere iubentur a principe de vnoquoq⁹ præficiendo.

Pręrogatiua tribus.

Amare a lenone. Char. xv. Amare a lenone, antiqua est locutio, & significat amare prostitutam meretricem, nõ mulierem impudicam quidem, sed delectum tamen amatorum habentem, nec se cuiuis permittẽtem.

Cernere hęreditatem. Eadem charta a tergo Cernere hæreditatem verbum est antiqui iuris, sed apud Ciceronẽ frequẽs & significat adire hæreditatem.

Donatiua venialia. Charta xvi. Donatiua venialia dicuntur, quæ vulgo indulgentiæ vocantur, metaphora a donatiuis imperatoriis sumpta.

Motorii act⁹ Motoriæ. Charta. xvii. vers. iiii. Motorii actus dicuntur allusione comœdiarum priscarum. Comœdiæ enim motoriæ dicebantur quæ turbulentæ erãt. Quę autẽ quietiores eæ stataríæ vocabãtur. Alludit igit̃ ad reip. summam quæ turbulentis actibus administrata est propter tumultuosa bella.

Comœdiæ. Statariæ.

Pyrrhica. Pyrrhica eadem charta saltatio est armata.

Choragus. Choragus, chori hoc est saltantium primus est & dux choreæ. Choragi autem Pastophori intelliguntur antistites & pontifices res bellicas tractantes. Pastos enim vestis est sacerdotalis, & Pręsules

Pastophor⁹. Pastos. Præsul.

dicuntur quasi præsultores seu præsaltantes. Indecorum autem esse ostendit & absonum sacerdotes choragos esse saltationis armatę, hoc est in consiliis suscipiendorum bellorum præsidere, & rerum bello gerendarum principatum habere, & veluti classicum pugnaturis canere.

Amentatæ hastæ.

Charta. xviii. vers. x Hastę amentatę dicūtur quę ansula & habenula instructę sunt. Amentū em̄ eiusmodi est habenula, qua velites. i. leuis armaturę milites in prima acie stātes, & antesignanos prę-cedētes iacula sua cōcitabāt, pugnāq; hac iaculatiōe cōmittebāt, quod Latine velitari dicitur, quasi pugnā iritare & incipere. Haltas autē amentatas mutuari metaphorice dicitur, pro eo quod est dictatas orationes vel sentētias a viris doctis accipere, & pro suis vti, quasi iaculo ab alio sumpto brachium suū accommodare. & digitos amento inserere, est alienis orationibus respondere, nō sua sed corrogata Minerua. Perstat autē in metaphora propter verbū velitari, quo paulo ante vsus est.

Amentum.

Velites.

Velitari.

Catonis animo ferre.

Eodem fol. a tergo versu. viii. Catonis animo ferre, est mortem sibi consciscere ob iniquū fortunę arbitrium & incommodum summe rerum euentum. Ciceronis autem stomacho ferre est partim tempori inseruire, partim in secessum studiorum se conferre, & incommodarū rerum solatium quę-rere, vt Cicero post Cæsaris victoriam fecit.

Ciceronis stomacho ferre.

Adumbrare placita principū.

Charta. xx. vers. xxxi. Adumbrare placita principū, iis quę paucis placita sunt, hoc significat cū quid paucis libuit & vtile est, id vt nullo refragāte aut reclamāte fiat, diplomatibus a principe elicitis & in oēs regni partes dimissis, edictalē auctoritatē ei rei accōmodare, vt sub vmbra & prętextu regii nominis ipsi animo suo obsequātur, & nullus in eos obloquatur, ne in regē obloqui videatur.

Fucū facere ordinibus.

Eadem charta, fucum facere ordinibus significat ita astute & callide agere in administratione summæ reipublicæ vt proceres & nobiles & magistratus oppidani & populus falli se & simplicitati suæ imposturam fieri non intelligant.

Arbitri oculati.

Eadem charta, arbitri oculati rerum sanctiore præiudicio transactarum, sunt illi qui ad speciem tantum & prætextum in consilium adhibentur, vt res non ex paucorum libidine, sed consulto agi videantur, cum tamen ipsi in consilium admissi non censere iubeantur ab iis qui cōsilio principis præsident, sed vel assentiri iis quæ ipsi secretiore consilio statuerunt, vel adesse tm̄ rebus decernendis: non autē sentētiam dicere, vtpote cum ad res iam antea decretas & prędiudicatas vocentur. Arbitrari enim oculariter tm̄, hoc est spectare, non etiam vocaliter eis datum est.

Arbitrari oculariter.

Eadem charta. Translatitium est id quod vsitatum iam esse cœpit, & cuius multa sunt exempla.

Trāslatitiū.

Eadē charta, pagel. postica, Paludati duces sunt ad bellū iam accincti, & in expeditionē exeuntes.

Paludati duces.

Togati sunt qui pacis tm̄ artes nouerunt. Infulati sunt antistites.

Togati.

Infulati.

Eadem pagina, Diras imprecari dicitur populus sub paucorum regimine vexatus, cum abrupta patiētia eorum improbitatem execratur, & eos pœnis æternis deuouet. Verbum est antiquum, quo infausta & exitialia rerum euenta imprecari significabant.

Diras imprecari.

Eadem pagella, Vultus sordibus excussis ferocem prędentes securitatem, his verbis ii homines significari vidētur, qui cū aliquādo rei peculatus essent, & in summū discrimē adducti propter infamiā interuersę publice pecunię, cū p̄potētis alicuius aulici suffragatione ampliati essent magis q̄ ex reis exēpti: lāguescētibus tamē criminationibus cōniuētia principū & curię summę, velut absoluti superbiores solito facti erāt. In sordibus enim esse dicebātur olim qui rei publici criminis erant.

Ferociā prę-ferētes excussis vultus sordibus.

In sordibus esse.

Hæc hactenus. reliqua suis marginibus adscripsimus ex instituto plurima prætergressi, & vsi vocabulis forte non satis protritis, sed ab auctoris stilo minus degenerātibus, vt rudiusculus lector explanationis subinde explanationem desideret, cum sint qui nesciant qui sint rei peculatus, qui ampliati, qui reis exempti, quod summū discrimen, quæ interuersa pecunia, quibus modo ex Annotationibus Budæi vlus sum: equibus etiā nuper, nunc pauca sunt addita. Verū non plane cæcis sed paululum cęcutientibus hanc faculam præferre constituī. Cæterum quia chartarum numerus subinde est mutatus, siqua aliubi q̄ vbi signata nunc sunt offenderis: ad indicem in fronte positum qui te ad locum & vocabulum diriget, recurrito. Vale.

ERRATA.

Fol. 1. pag. 2. vers. 9. ϕῶ τῆ τῶ Fol. 13. pag. 2. vers. 17, imperiose vet. Fol. 68. pag. 2. vers. 30. exemplarium mend. Fol 71. pag. 1. vers. 22. id est princ. Fol. 72. pag. 2. vers. 13, duplo maius. Fol. 103. pag. 1. vers. 19, animoq; meo obsequar, opere iā. Fol. 107. pag. 2. vers. 29, seruire. Fol. 110. pag. 2. vers. 17. potentissimos principes circūf. Fol. 111, pag. 1. vers. 34. Et hactenus. Fol. 152, pag. 2. vers. 42, peragamus.

